

*Del. Lib. de la Comp. de St. de Gran. 167*

R. P. F. 1799

**IO. ANDREAE  
COPPENSTEIN  
MANDALENSIS  
ORD. PRAEDICATORVM  
THEOLOGI**


DE  
**FRATERNITATIS  
SS<sup>mi</sup> Rosarij B. Virginis  
MARIAE**

**Ortu, Progressu, Statu  
atque Praecellentia  
LIBRI TRES.**

*In gratiam Cultorum Deiparae Virginis MARIAE,  
Materia nunc primum. ut nunquam ante,  
absolute pertractata.*


Indices

1. Auctorum. 2. Capitum. 3. Rerum. 4. Concionum  
*Parthenicarum ad Fraternalitatem hujus  
parandarum.*



**COLONIAE AGRIPPINAE,  
Ex Officina PETRI HAACK,  
Sumptibus Petri Henningi.**

Anno Domini M. DC. XIII.



*Del. Lib. de la Comp. de St. de Gran. P. R.*  
R. P. F. 1799

**IO. ANDREAE  
COPPENSTEIN  
MANDALENSIS  
ORD. PRAEDICATORVM  
THEOLOGI**



DE  
**FRATERNITATIS  
SS<sup>mi</sup> Rosarij B. Virginis  
MARIAE**

**Ortu, Progressu, Statu  
atque Praecellentia  
LIBRI TRES.**

*In gratiam Cultorum Deiparae Virginis MARIAE,  
Materia nunc primùm, ut nunquam antè,  
absolutè pertractata.*

Indices

1. Auctorum. 2. Capitum. 3. Rerum. 4. *Concionum*  
*Parthenicarum ad Fraternitatem huius*  
*parandarum.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Ex Officina PETRI HAACK,  
Sumptibus Petri Henningi.

Anno Domini M. DC. XIII.

*pppp*

**B. V. MARIA**

Primo Fraternitatis Renouatori

Alano de Rupe sub annum M. CCCC. LXV.

- I. *Quam diu durauerit PSALTERIVM in tali Ordine Sancto: tum diu Scientia; Sapiaentia, Observantia, miraculorum fama & gloria apud Deum & homines in immensum floruit.*
- II. *Audiant nunc cuncti, quanta cum gloria mea tunc honorabatur in isto Ordine.*
- III. *Videant nunc multi, quanta nunc est distantia in eo in mea laude.*
- IV. *Sed caueant sibi, qui sic Me, & Filium meum priuarunt PSALTERII honore.*
- V. *Et studeant per Me Matrem pietatis & misericordia Regnamque Pradicatorum, & cunctorum Fidelium RESVRGERE: ut ad pristina deuotius Patrum antiquorum & Sororum redeant PSALTERIA.*

Alanus lib. de Dignit.  
Psalt. B. V. M.



**REVERENDISSIMO**  
ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO

**D. LOTHARIO**

Metropolitanæ & Electoralis

AUGUSTAE TREVIRORVM

**ARCHIEPISCOPO**

SACRI IMPERII ROMANI PER  
Gallias & Regnum Arelatense

**ARCHICANCELLARIO**

**ELECTORI**

**ADMINISTRATORI**

Prumiensi, &c.

PATRI PATRIAE, PRINCIPIQUE SVO

Clementissimo

DIV, BENE, FELICITERQUE AGERE,

AC AETERNVM VIVERE

**BEATO.**

F. Ioannes Andreas Coppenstein Mandalensis  
Ordinis Pradicatorum.

**E**AS mihi sit, pace Tua, Reverendissime  
& Illustrissime Princeps, renouare vetus  
exemplum Heleanæ, ac Deo primùm;  
dein R<sup>mæ</sup> C<sup>i</sup> T<sup>æ</sup> laboris mei fructum,  
ac animum offerre.

(:) 2

D.O.

EPISTOLA

D. O. M. & M. V. M.  
VOTIVVM ANATHEMA MEVM SIC  
REDDO.

1. Paralip. cap. 29.

Benedictus es Domine Deus Patris mei  
S. DOMINICI, ab æterno in æternum.

Tuum, DOMINE, Regnum: & Tu es super omnes  
Principes. Nunc igitur Deus nosse, confitemur tibi, & lau-  
damus Nomen Tuum in clytum. Tua sunt omnia: & QUAE  
DE MANU TUA ACCEPIMVS, DEDIMVS  
TIBI. Domine DEVS noster, omnis hæc copia præ-  
sentis Operis, ac similitum, quam parauimus, vt ædifi-  
cavetur Domus Fraternitatis Rosarij Nomini sancto  
Tuo; de manu Tua est, & Tua sunt omnia. Scio, DEVS  
quod probes corda, & simplicitatem diligas: Vnde & ego  
in simplicitate cordis mei letus OBTVLI VNIVER-  
SA HÆC, & Populum Tuum, qui repertus est in Fra-  
ternitate Rosarij, vidi cuius ingenti gaudio Tibi offerre  
donaria Rosaria. Domine Deus Patrum nostrorum, custo-  
di in æternum hanc voluntatem cordis eorum; & semper in  
veneratione Tui mens ista permaneat. Mihi quoque da cor  
perfectum, vt custodiam mandata Tua, testimonia Tua, &  
ceremonias Tuas, & faciam vniversa, & ædificem Aedem  
Fraternitatis sanctissimi Rosarij, CVIVS IM-  
PENSAS PARAVI HASCE.

Et Tu quoque DIVA MATER, VIRGO  
MARIA, PATRONA INCLYTA: Si quod  
voluisti, volui, & valui; Tuum Donum bonum agnosce:  
Si, quod dediſti, edidi; Tuum hoc, Tuumque ME accipe.

FAVE VIRGO: FOVE MATER.  
SERVA DIVA: SALVA DEIPARA.

Sic

NVNCVPATORIA.

Sic ritè precatus DEVM, Deiparamque, R<sup>me</sup> &  
Ill<sup>me</sup> Princeps, Helcanam imitari placuit. Qui,  
quos prius ex illegitima Phenenna susceperat li-  
beros; hos facilè æternâ sinebat obrui obliuione:  
At quo demum Samuele sua ipsum augebat Anna  
vxor, fisa Deo, & plus freta precibus, ac summi Sa-  
cerdotis Heli benedictione; quàm viro sæcunda-  
ta: illum inprimis vterque parens adductum in  
Domum Domini, & præsentatum Ipsi stiterunt:  
Tum deinde obrulerunt Cano & summo Sacerdo-  
ti Heli.

Ita quoque ad priora extendens me ipsum, ad  
destinatum persequor Ordinem Prædicatorum, ad  
brauium supernæ Vocationis Dei, in CHRITO  
LESV; quæ relicta mihi retrò sunt, obliuiscor. At  
quem denique lucubrationis meæ fructum edidit  
illa Ordinis stabili mihi foedere iuncta Religiosa  
Quies, freta DEO, Ordinis foeta meritis; & HE-  
LI nostri, R<sup>ma</sup> C<sup>is</sup> T<sup>a</sup> læta benedictione, ac fa-  
uore subnixâ; vsâ etiam mediocritatis meæ nisu:  
hunc equidem primùm DEO, Deique Parenti Vir-  
gini consecrare: dein prius nemini, quàm R<sup>ma</sup>  
ac Ill<sup>ma</sup> C. T. Summo Sacerdoti nostro, Sacro &  
Cano CAPITI, offerre, ac nuncupare volebam.

Et verò debebam nomine multiplice. Nimi-  
rum, vt sub Illius Sacri Antistitis inclyro auspicio  
lucem aspiceret Opus; in cuius Venerandæ Auto-  
ritatis Archiepiscopatu Operis Autor ipse mihi  
tandem Ordinem delegi Prædicatorum: in quo  
(ex desiderio, & amore in Religiosæ Profesionis  
Stabilitatem insolubilem) me Deo, Ecclesiæque  
suz totum mancipavi, æternumque dicaui.

Cum verò etiam R<sup>ma</sup> C. V. nunquam non Se

(:) 3 aman-

EPISTOLA

amantissimum S. Ordinis nostri Cultorem, ac Fautorem fuerit, testata; præsertim Conuentus nostri, atque etiam Fraternitatis Rosarij, in hac Vrbe sua per celebri Confluentina, Patronum beneuolentissimum; quin pium Patrem, ac munificum PROTECTOREM, & Conservatorem sese constanter præstare dignatur; par est quoque post DEVM, R<sup>mam</sup> C. V. officioso à me affectu respectari; religiosa cum demissione obseruari; ac pro tenuitatis meæ facultate isto, qualicunque munusculo, honorari. Hocque amplius: Quòd totius Conuentus nostri idem vnâ mente esse desiderium cognoscerem. Quò tali scilicet ipsè sui quoq; in R<sup>mam</sup> C. V. animi grati significationem faceret testatorem.

Atque tamen si Tractatum hunc argumenti præstantiæ (quanta Fraternitatis est, atq; Rosarij) longè imparem; & me non eum esse confitear, qui viam bonis quidem omnibus apertam, mihi tamen, singularem ad R<sup>mam</sup> C. V. Gratiâ, per hunc librum, quasi prodromum meum, parare audeam: fretus nihilominus Fraternitatis de Rosario in Ecclesia meritis ac dignitate; deinde admiranda rerum de ipsâ scribendarum quâ multitudine ac varietate, quâ singulari magnitudine & veritate; planè futurum confido, quòd nec materiæ amplitudini, scriptoris humilitas; nec celebritati obfutura sit styli mediocritas; sed necessitati, quæ me ad scribendum induxit, par, aut penè par vtilitas responfura.

Etenim cum nihil hodie tam exiguum reperiatur, quòd non ab aliquo Scriptore sibi literarum celebritatè inueniretis; solum hæctenus de Rosario, deq; Fraternitate ipsius, (Re tanta!) silentium obtinuit. Cumque vetustissimi quiq; scriptores indices velut

renascan-

NVNCVPATORIA.

renascatur, & per typos in nouâ exeant lucem; solis qui rem eam Rosarij celebrarunt quondâ, nunc pleriq; temporû seu antiquitate, seu iniquitate, incuriâ nostrâ, seu quâ aliâ iniuriâ penè interuersi, in Bibliothecis ac manibus esse desierunt. Ut iam vix quisquâ sciat, nemo luculentius aliquid scribat de Fraternitatis ac Rosarij Ortu, Progressu, Statu & amplitudine: nemo de ipsius Instituto ac Fructu: nemo de vtriusque Admirandis: de Corporis, de Animi beneficijs, per Rosarij preces aliquando impetratis, vel iustum Opus cõporter, ac euulget nemo. Itaq; hæc mihi B. P. nostri DOMINICI hæreditatem esse deligendam, ac velut Spartham meam, si minus pro dignitate sua, at pro facultate mea excolendâ duxi.

Atque eo ad scribendum accessi alacrius; quòd zelosius Smus Dominus noster PAVLVS Papa V. hoc nomine, in confirmanda, ac ornâda Fraternitate hæc suis Prædecessoribus successit, & mihi minimo in ea commendanda præcessit. Tantum tutus sequor Ducem vel per enses, vndas, & ignes. Is omnia & singula, prisca ac noua Ordinis nostri Privilegia & Gratiâ nuper in optimâ forma corroborauit vnâ, ac rursus alterâ hoc anno, Bullâ. Is tertiâ, (postquam omnibus Mendicantium Religionum Sodalitatibus omnes antè concessas Indulgentias ademisset, certas præscripsisset alias,) hæc Fraternitati nostræ quàm primùm largitus est. Is Bullâ quarta eidem, ex speciali fauore Gratiâ omnes, quibus antè fruebatur, in solidum restituit. Is denique Bullâ quinta Fideles ad Fraternitatis Processiones, tanquam ad communes pro Ecclesia supplicationes, inuitat. Tanti Sux Sanctitatis Cura Pastoralis interesse ducit Ecclesiæ, vt hæc vna Fraternitas quàm maximè celebrata frequentetur!

## EPISTOLA

Cum itaque, *Illustrissime Princeps, Pater Reuerendissime, ac Protector Inlyte*, Tuam Animam pro ouibus ponentis sollicitudo pastoralis ac Pietas nemini in mentem venire sinat; quod zelo ea minore zelet ad amorem, timorem, cultumque Dei Suos inter subditos Ecclesie Archiepiscopalis; quam ad eundem Romanus Pontifex inter Vniuersalis Ecclesie Fideles promouendum: nemini certè dubium, vel obscurum esse potest, aut debet; quin R<sup>ma</sup> C. V. in Fraternitatem hanc Animum gerat parem illi; quem Sua Sanctitas tot editis nuper Bullis declarauit.

Præferri cum, sicut Sua Sanctitas istius fauoris sui, & facti autores sequitur Prædecessores: ita R<sup>ma</sup> C. V. Suorum quoque Maiorum Archipræfulum illustria minimè desint exempla; que nunquam non intuetur. Atque illud inprimis, fel. record. quondam Archiepiscopi Treuir: Ioannis de Badens; quo studium Is suum ad Fraternitatem hanc amplificandam, ac frequentandam, annis abhinc septendecim supra centum, paternè & religiosè literis. publicis testatus est. Quin ipse, ANNO M. CCCC. LXXV. die 8. Septemb. Nomen suum, suâ manu in Librum Fraternitatis Rosarij, cum Imperatore, Imperijque Proceribus inscriptum, ad posteritatis memoriam, & gloriam pietatis suæ reliquit. Vt inferius libro tertio demonstratur.

Efflorescebat igitur id ætatis Fraternitas ea, simul Charitas Pietasque Christiana. Quod Rosetum Coronarium iam pridem tristem hyemem passum, nunc demum sub R<sup>ma</sup> C. V. felice, (nisi Bellona turbaret :) regimine repullulat; ac Rosas cum alubi, tum hic, & Augustæ Treuirorum sparsim fundit aliquas, & redaperit.

Quò quidem animosus me in religiosam hanc,  
& stu-

## NVNCVPATORIA.

& studiosam quietem conieci ac abdidit, ad nonnihil de Fraternitate ac Rosario, inter cæteras ex Ordine consuetas occupationes meas, elucubrandum. Neque id primùm meopte instinctu; sed bonorum ac grauium impulsu virorum: Superiorum quoque hortatu, ac penè iussu. Vt hoc Opus, & que ipsius sequentur similia, nò tam vigiliarum mearum; quam Obedientie fructum qui appellârit, is haud multum aberrârit.

Quare ita mihi de R<sup>ma</sup> C. V. Paterna Pietate, eximia Prudentia, & singulari in Confluentinum hunc Conuentum nostrum Beneuolentia polliceri debeo; cum Obedientia melior sit, quam victima; eiusdem quoque hunc quantulumcunque, R<sup>ma</sup> C. V. non ingratum; Sed omnium nostrî, atque mei nouissimi omnium erga R<sup>ma</sup> C. V. Affectus debiti, Obseruantie, prompti paratique Obsequij indicem ac testem futurum.

Talem igitur accipiat Librum hunc; quin Animum potius omnium nostrum, submisè precor: simul DIV, BENE, FELICITERQVE AGAT; PRAESIT; PROSIT: AETERNUMQVE VIVAT. Ita voueo. Confluentie, in Vrbe C. V. pridie Annunciationis Deiparæ, Anno exeunte M. DC. XII. Stylo Treuirensi.

*Reuerendissima & Illustrissima  
Celsitudinis Vestra*

*Obsequentissimus seruus in Christò*

*F. Ioannes Andreas Coppen-  
stein Ord. Præd.*

(:)

AV-

AVTORIS EIVSDEM  
alia  
DEDICATIO METRICA  
EIDEM SVO  
REVERENDISSIMO

&  
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO  
**D. LOTHARIO**

Gr.  
Canitie SALVETO CAPVT  
Venerabile cunctis.

MAGNE PATER PATRIÆ TREVIRORVM, AC  
INCLYTE PRÆSVL:  
INDVPERATORVM ELECTOR, PRINCEPSque  
LOTHARI:

Gloria Magna DOMVS, & Apex METEORICHANORÛ;  
Fas mihi pauca loqui. Vultu annue, quæso, sereno.  
Cernis OPVS; supplex quod DO, DICO, CONSE-  
CROque,

Auspicijs & DEDO TVIS procul ire per orbem.  
Curemissus ear, quaris? Responso prompta est:  
Suscitet vt veteres ERATRVM ignes, adque labores  
Exacuat PATRVM: præconizetque ROSARIVM:  
Vtque pios sub Iura vocet Fraterna Fideles:  
Illustra vt VESTRVM; non Nostrum exilite celebret  
NOMEN: & vt PIETAS latè rex regnet in orbe:  
Et verò in primis TREVIRORVM regnet in oris.

Dec DEVS hoc; benè fortunetque MARIA,  
Calituumque chori: simul & TVA, Maxime Princeps,  
Cura poreff multum; multum Tua IVSSA. Iubero:  
Præ cunctis IESVM; post IESVM quisque MARIAM  
Ritè colat: MARIANA ROSARIA præseis.  
Quisque frequens consueta terat; Coctusq; frequenter  
Fraternos IESV, Coctus adeatque MARIÆ.

lis nemo IVRAT. His multum quilibet ORAT.  
Oramus, PRINCEPS, (quoniaam deberis Olympo):  
Vt tamen in terris vsque annes. Inde perenna  
In cælis; vbi Votorum stat Summa Tuorum.  
Stat: stabit. Qui dar, dabit ista Tibi DEVS olim.  
Nunc spe viue, DEVS Tibi Sospiter angeat annos!

AD-

ADum RRdis PATRIBVS  
& Superioribus, & Subditis Sacri Ordinis  
PRÆDICATORVM.

CHARITAS FRATERNITATIS MA-  
NEAT IN VOBIS. Heb. 13.

**V**ETERVM Scripta typis indies renas-  
cuntur pleraque: & pleraque Nostrorum  
nostra de Rosario, deque Fraternitate ve-  
terascunt. Quò simul vtriusque prædicandi à Nobis  
studium in nobis adhebescit. Equidem ab iniuria vin-  
dicare quadam volui: Sed quantum valui? Quod ta-  
men valui; cum Deo edidi. Vnum me cunctis simul  
propinavi postponendum cunctis: fretus Dei gratia,  
Deipare vsus Patrocinio, sisus Charitate Vestra. Er-  
go quicquid, id est, aequi accipite: Boni ipsi consulite  
boni: Non facultatem; sed Voluntatem aestimate.  
Velle namque adiacet mihi; perficere autem in me  
non reperio. Idcirco VOS oro, qui spirituales estis;  
huiusmodi in spiritu lenitatis suscipite. Suscipite  
DVAS in præsens vnus argumenti PARTES  
de Fraternitate, deque Rosario, velut minuta  
duo: & ea in Gazophylacium Scriptorum Ordinis  
Nostrum mitti sinite.

DABIT his quoque DEVS incrementum.  
DABITIS & VOS quasi irriguum superius SV-  
PERIORES zelando. DABITIS & VOS ir-  
riguum inferius SVBDITI Prædicando Rosa-  
rium, & allaborando pro Hereditate nostra Fra-  
ternitatis germanæ Sororis. DABIT hæc mea li-  
bellorum

bellorum quantulacunque opella materiem: vt in-  
uentis adinueniatis.

DABIT illam Vobis mentem DEVS, vt literis  
priuatis me & de erratis, & de omisissis paternè sub-  
moneatis: simul, quos Auctores me desiderasse cogno-  
ueritis, eos mihi fraternè subministretis: si que  
cadent, (ad diuerbium,) repetendo typo, & utique  
& potius, meliores Cura posteriores.

Ceterùm,

IN FRATERNITATIS AMORE SIM-  
PLICI EX CORDE INVICEM DI-  
LIGITE ATTENTIVS. I. Pet. I.  
Valet. Confluentiæ IV. Nonas Ianua-  
rias anno M. DC. XIII.

Adum Rdarum PP. VV.

Serum in Christo & Con-  
frater indignus

F. Ioan. And. Coppenstein  
Mandalensis Vester.

## Ad Lectorem Beneuolum.

**D**RO Opusculo hoc historico simul Encomiastico  
Fraternitatis nihil te alloquar; Candide Lector.  
Loquitur Ipsum, ac testatur, rerum se viam ape-  
rire hæcenus inuiam: tractando materiem eâ viâ  
ac ratione, stylo ac ordine, cura atque labore tractatam ad-  
huc nemini. Tu tantùm probas; quantùm doceo. Dicis: De re  
vna

vna, nimis multa. Scias: Res, quàm Lector plura possit. Deis

Tres mihi conuiuæ: Nec Iupiter omnibus idem.  
Ceterùm faue, vtete, ac fruere: Et, sicubi hallucinor; dirige,  
vel corrige, aut ignosce. Nam quòd rosisse iuuat? Iuuabunt au-  
tem ista tam Amatores Fraternitatis Rosarij; quàm varia-  
que Predicatores. Typum verò delegi exiliorem; quòd li-  
bellos fieri, quàm tomos, vellem: Ne comparandi pretium, lo-  
gendi studium ac vtendi retardaret.

Sed præter hæc, aliâ, que Fraternitatem, Rosariumque at-  
tinent, requires plura. Ne, queso te, in vno omnia Volumine.  
Expectare iubeo nonnullâ, que res ipsa iuxta tecum desiderat.  
In quibus iam affecta mihi sunt Opuscula, Exemplorum præ-  
cipuè, & Miraculorum Fraternitatis atque Rosarij: & que  
passim promitto cetera. Vale diu: ac Vire DEO: DIVA M-  
QVE MARIAM cole; & Charitatem dilige FRAT-  
TERNITATIS. Hec age.

## EDITIONIS LICENTIA

Dignissimi P. Prouincialis F. F. Predicatorum, &c.

**F**ROSERVATIUS IUNGELING,  
SS. Theologiæ Magister, Fratrum Prædi-  
catorum per Germaniam Superiorem,  
Saxoniam, & Austriam Prouincialis, Ti-  
bi Reuerendo Patri F. IOANNI ANDREAE  
COPPENSTEIN MANDALENSI, Ord. D.  
DOMINICI professio Sacerdoti, tribuo & conce-  
do facultatem, quatenus Opus, de Sanctissimi Ro-  
sarij Fraternitate Tractatus varios continens, in lu-  
cem emittas, & prælo mandari facias. In cuius Rei  
fidem me subscripsi.

F. Seruatius Iungeling Prouincialis,  
qui supra, manu propria.

APPRO-






## APPROBATIO.

**N**OS Frater COSMAS MORRELLES Ordinis Prædicatorum, SS. Theologia Magister, Generalis Apostolicus Inquisitor Colonia, ac locis annexis, vidimus ac perlustrauius præsentem Tractatum, tribus comprehensum libris, de Orru, Progressu, Statu ac Renouatione Confraternitatis Rosarij Sacratissimæ Virginis MARIAE, compositum ab R. P. F. Ioanne Andrea Coppenstein Ordinis Prædicatorum: In quo non solum quicquam Catholica Fidei, bonisque moribus repugnans non contineri censemus, Verùm etiam eundem magnæ utilitatis ad morum restaurationem, ac pietatis promotionem, Beatissimæque Virginis in cordibus Fidelium excitandam deuotionem, plurimum Reipublicæ Christiana profuturum, ac proinde dignum euulgatione iudicamus: Colonia pridie Annuntiationis Mariae Anno M. DC. XIII.

F. Cosmas Morrelles Apostolicus Inquisitor, &c.  
qui supra.



AUTORIS

*Ius fas, Res ac Preces.*

**V**RA omnia, quæ optima, suarum esse quemque rerum Dominum volunt iubent; earumque potentem, quantum & ipse mentis potens fuerit. Ius autem par est paternum & Genitoris in liberos, & in Libros Autoris. Quare pro Iure meo Volo iubeo, neu quisquam ausit vsquam, citra meum & scitum, & consensum, Libros meos typis recudere intra quinquennium.

RES etiam mea, quæ vertitur, est illa: neu ad prælum reuertant absque Addendis fortè, Dementis, Mutandis. Quando semper dies posterior esse prioris magister affolet: & nihil inuentum simul perfectum est.

PRECARI denique, quàm minari malo; se quisque præstet indemnem: impunem ipse præstitero. Secus qui faxit; dignus fuerit, vt stylo confixus orbi detur ostentui.

**E**CCO ROSARIOLVM Matris; Gnati ecco COROLLAM.  
 ILLA Rosarioli FRATRVM est Patrona piorum:  
 Primog; sed genitrix in multis FRATRIBVS ILLE est  
 CHRISTVM vni Fratrem Frater? Christiq; COROLLAM.  
 1. Fac Tua sit Christi Mater: 2. Cape: 3. Redde Rosari

Hæc IESV, MARIÆque pijs orabo Coronas:



Atque hæc IESV, & MARIA sperabo Coronam.

Diffusa est gratia in labijs eius

Serua frequens; 4. Animamque ciba sæpe, anid piatus:  
 5. Scribare in Fratrum IESV, MARIÆque Coronam  
 Cuius in Ambobus Communio, & Vnio magna est:  
 Et constanter agas. IESV, Genetrixque MARIA  
 Exge, tibi imponent quondam diadema Corona.

EPI.

# EPIGRAMMA

MAVRITII DE VILLA PROBATA, OR-  
 dinis Prædicatorum.

## AD LECTOREM.

Quid vitrea, Lector, profunt certamina Circes?  
 Quid Cithæinâ Victor Iâson opes?  
 Laomedontææ quid bella decentia Troiæ?  
 Aut Meleagræci nobile vulgus apri?  
 Quid vel ebur Pelopis, vel sanguinolenta Thyestæ  
 Prandia, cum bijuges Phœbus abegit equos?  
 Hæc te non facient meritis accumbere Diuum,  
 Perpete Calorum lætitiæ frui.  
 Tunc salutifero CHRISTI purgatus in Amnè  
 Graugentium nugis tempora sacra teres?  
 Gemmiferam potius MARIÆ præpone CORONAM:  
 Quæ tibi perfaciles pandat ad alta vias:  
 Hunc eme thesaurum, gtauidam dissolue crumenam:  
 Fiar vt indemnus Bibliopola meus.

## ALIVD

### BIBLIOPOLA EMTORI.

Re, non Ære meos pretiosos esse Libellos,  
 Lector, cum cernas: Hos eme; Remque tene.

## A S T

### AUTOR LECTORI.

Res, Amor est Fratrum, & Pietas Fraternal Rosari.  
 Vtraque rara nimis. Num, quia chara minus?  
 Frater ama Fratres; Mariana Rosaria volue.  
 Non Liber hic carus: sed tibi charus erit.  
 Iste suas laudet, quas vult exttudere, merces:  
 Hand præconis eget RES. Lege: & ISTVD AGE.  
 Viue; Valeque; Deumque time: Venerare MARIAM.  
 Nimirum vitam sic benè claude piam.  
 Meque tuis quandoque memor, (pccor,) infere Votis:  
 Fratris & ANDRÆ, dic, Miserere DEVS.

(:)(:)

AVTO:

# AVTORI ET LABORI

## Operis

Epiphonema acclamabat


Confrater

F. Gerardus Lincen

Ord. Pradic. Colonia.

*Ergone tantillus poteris donare, LIBELLE,  
Auctori tantum Nomen; ut aquet Aeos?  
Multi mult a quidem scripsere volumina eadem  
Re super: & Nomen ritè perenne ferunt.  
Vnus at hic multos paruo complecteris Auctor  
Libros. Æternum Codice Nomen habet  
Omen habe Meriti, quondam adscribendus Olympo!  
Interea plures condere perge libros.  
Bibliopola tuis ditabitur are libellis:  
Lector ab hoc Libro diuite dimes erit.  
Ditior huic similes, reddetur uterque, Libellos  
Si dederis plures. FAVTOR ADESTO DEVS!  
MATER ADESTO DEI, Famuloque faueto! ROSETA  
Tot parat ANDREAS; quot parat ipse Li bros.  
Ergo tuum da VIRGO PARENS Hunc viuere. Tales  
Vt Pater ANDREAS det tibi sapè ROSAS.  
Nos Harum illecti curemus odore ROSARVM  
Omnes, queis Cordi est ORDO, MARIA, ROSA.  
Hisce Rosis pius Ordo Fragrat: Fragrat Orbis: Olympus  
Exultat: sed trux Orcus inhorret. Age:  
Maeste Pater, FRATRES Mariana sub inclyta Signa  
Pluribus emissis perge vocare Libris.  
Pergemus tecum plantare, orare ROSARIVM,  
Et FRATRIVM COETVS amplificare pios:  
Vt pergat NOBIS Patrona fauere MARIA:  
Et PATER Astripotens, DOMINICVS QVE Pater.*

Auto=



# AVTORVM

Calatio, quorum tribus in his

Libris fuit Vfus

Autori.

**A** Bbas Vrspergensis. S. Biblia.  
Ægesippus. Blondus.  
Æmilius Probus. Boëtius.  
Alanus de Rupe. Breuiarium Pradicatorum.  
B. Albertus Magnus. Breuiarium Coloniense.  
Albertus Leander. Bullarium Romanum Laer-  
Albertus Kranzius. tij,  
Aldus Manutius.  
S. Ambrosius. Casar Baronius.  
Anglus Politianus. Casarius Heisterbacen-  
S. Antoninus. sis.  
Antoninus Senensis.  
Antonius Bonfinus. Carolus Sigonius.  
P. Athanasius. Calpurnius.  
P. Augustinus. Cassianus.  
Ausonius. Chronica cum figuris.  
Aulus Gellius. Chronica sine figuris.  
S. Basilius Magnus. S. Chrysostomus.  
Baptista Confettius. Clemens VII.  
S. Bernardus. Clemens VIII.  
Bernardus Luxembur- Clemens Lassan.  
gus. Codex Iustinianus.  
(:) (:) 2 Cunctis

*Concilium Aunioneuse,*  
*Turon. Aquisgr. Senon.*  
*Mediolanense.*  
*Conradus Sittbardus.*  
*Cornelius Senecia.*  
*Circa Palata.*  
*S. Cyrillus.*  
*S. Cyprianus.*  
*Decretales.*  
*Declarationes Constitutionum*  
*Ord. Pradic.*

*Diogenes Laërtius.*  
*Diarium Anonymum.*  
*Distibemius.*

*Euripides.*  
*Eusebius.*

*Fernandus Castellanus.*

*Gilbertus Genebrardus.*  
*Glossa ordinaria.*  
*S. Gregorius Magnus.*  
*S. Gregorius Nyssenus.*  
*Gregorius VIII.*  
*Gregorius IX.*  
*Guilielmus Tyrius.*  
*Guilielmus Eyfengrein.*

*Hesiodus.*  
*S. Hieronymus.*  
*S. Hilarius.*  
*S. Hildephonsus.*  
*Horatius Flaccus.*  
*S. Humbertus.*

*Jacobus Mayerus.*

*Jacobus Gretserus.*  
*Ioachim Abbas.*  
*Innocentius IV.*  
*Ioannes Gerson.*  
*Ioannes Tritheimus.*  
*Ioannes Lambsheim.*  
*Ioannes Nauclerus.*  
*Ioannes Oörus.*  
*Ioannes Bonifacius.*  
*Iodocus Beysselius.*  
*Iuuenalis.*

*Lactantius Firmianus.*  
*Laurentius Surius.*  
*Leo. X.*  
*S. Leo.*  
*Lucanus.*  
*Lucretius.*  
*Luiprandus.*  
*Ludouicus Granatenfis.*

*Marcus VVeida.*  
*Marcus Polus.*  
*M. T. Cicero.*  
*MS. C. Colonienfis.*  
*Manilius.*  
*Magnum speculum exemplorum.*  
*Martinus Cromerus.*  
*Martinus Valencensis.*  
*Michaël ab Insulis.*

*Nicolaus Serarius.*  
*Nicolaus de Comite.*  
*Nicolaus Cragius.*

*Omphrius.*

I N D E X

*Optatus Milenitanus.*  
*Origenes.*  
*Quadius.*

*S. Pacianus.*  
*S. Paulinus.*  
*Patens Brixiana.*  
*Paulus III. & V. Papa.*  
*Philippus Comineus.*  
*Philostratus.*  
*Petrus Martyr.*  
*Plato.*  
*Plautus.*  
*Pius III.*  
*Pius V.*  
*Plinius.*  
*Plutarchus.*  
*Pontius.*  
*Polydorus Virgilius.*  
*Propertius.*  
*Publius Mimus.*

*Q. Curtius.*

*Rutilius Benzanim.*


*Sabellius.*  
*Sallustius.*  
*Sebastianus Munsterus.*  
*Seneca Philosophus.*  
*Seneca Tragedus.*  
*Sigebergerfs Canobita.*  
*Silius Italicus.*  
*Simon Maiolus.*  
*Sixtus IV.*  
*Sixtus V.*  
*Stanislaus Hofius.*  
*Stobaus.*  
*Syluester.*

*Tertullianus.*  
*Terentius.*  
*Texior Rauifas.*  
*Tit. Linius.*  
*S. Thomas Aquinas.*  
*Thomas Bozius.*




*Vincentius hist.*  
*Virgilius.*  
*Volaterranus.*

(:)(:)

INDEX



I N D E X  
CAPITVM LIBRI PRIMĪ  
De Fraternitate vniuersim.

- I. VID sit, & quotuplex Fraternitas? fol. 1.
- II. Quid, & qualis sit Fraternitas spiritalis? fol. 6.
- III. Quid discriminis spiritalem inter, & Communem, seu Naturalem Fraternitatem interueniat? fol. 12.
- IV. Vnde spiritalis Fraternitas originem ducat? fol. 21.
- V. De spiritalis Fraternitatis statu vario, atque defectu, diuersis ætatum sæculis, ab orbe condito, vsque ad sæculum nonum à CHRISTO nato. fol. 28.
- VI. De Fraternitatibus nonnullis, quæ à sæculo nono: vsque ad duodecimum celebriores extitisse memorantur. fol. 39.
- VII. Quæ huic insit nomini, FRATER excellentia, vis atque iucunditas? fol. 44.
- VIII. Quantam vsus ac memoria nominis huius: Frater: aut, Fraternitas: vim habeat & efficaciam ad varios Actus studiosos Virtutesque præcipuas excolendas. Inprimis verò, Quantum possit ad CONCORDIAM. fol. 50.

De Fra-

CAPITVM.

- IX. De Fraternitatis valore ad Opera Misericordia Corporalia exercenda. fol. 56.
- X. Fraternitas efficax est ad cobibendam inter homines cupiditatem, Sordes, ac fænerationes: adque laxandam profusè liberalitatem. fol. 68.
- XI. Fraternitatis vna efficacia ad plures, alios, diuersosque valet effectus. fol. 82.
- XII. Synopsis quadam hæctenus ferè traditorum de Fraternitate in genere: petita ex Doct. Michaële ab Insulis. fol. 90.

LIBRI SECVNDI  
De Fraternitate Rosarij singularim.

- I. Adumbratio Fraternitatis sanctissimi Rosarij B. Virginis MARIÆ, ex eius cum mirifica Arbore facta comparatione. fol. 96.
- II. Quis temporum, rerumque Ecclesia, ac Imperij fuerit status; in quo medio orta extitit Fraternitas Rosarij: Ordo tamen venturus Prædicatorum ante diuinitus præmonstratus fuisse docetur. fol. 114.
- III. Primordia Fraternitatis de Rosario B. V. MARIÆ sub annum Christi nati M. CC. docentur historijs cum diuino coniunctis testimonio, prodigijs, atque miraculis. fol. 125.
- IV. Ratio Instituti Prædicatorum; Conditio temporis ac Rosarij; Consuetudoque postulabāt, vt S. Dominicus

(·)(·) 4

INDEX.

- V. *minicus Fraternitatis Rosarij Autor fieret. Vnde vis magna, atque dignitas viri usque eluceſcit.* 133.
- VI. *Ecquæ habeamus potissima, quibus astruamus ea, quæ de Ortu, progressu, Fraternitatis Rosarij in medium attulimus, & afferemus.* 142.
- VI. *Prima PRÆROGATIVA Fraternitatis Rosarij. Quod sola ex omnibus esse videatur, quæ orta sit & instituta ab aliquo Fundatore S. Ordinis Religiosi: Ut promde Autori semper esse quàm simillima studuerit.* 153.
- VII. *Secunda Prærogativa seu Privilegium: quod ea sit ab Ordine Prædicatorum inseparabilis: nec vlli temerè, citra licentiam, vendicanda.* 160.
- VII. *De Confraternitatibus Rosarij, permissu F. F. Prædicatorum institutis, vel instituendis alibi, præterquam Ecclesiis eorundè.* 164.
- IX. *Tertia Prærogativa. Quod Fraternitas Rosarij sit præ cæteris & Ecclesia pacificatrix, & hæresum extirpatrix.* 172.
- X. *Quarta Prærogativa. Fraternitas Rosarij est sola, quæ inde ab origine sua idem habuit Nomen cum cognato sibi Ordine religioso commune.* 182.
- XI. *Testimonia de Fraternitate Rosarij ab anno Christi M. CC. XXI. vsque ad CIO. CCC.* 188.
- XII.

CAPITVM.

- XII. *De pluribus hoc seculo ex vna Rosarij natis Fraternitatibus; S. Crucis, V. Sacramenti; & Sanctissimi Nominis Iesu; Misericordia; Concordia, & S. Anna.* 198.
- XIII. *De Fraternitatis vbiuis locorum studio perpetuo, ac propensione aduersum Prædicatores suos ac Patres spirituales: Quæ velut Notæ seipsam consignauit, ac testatur hoc seculo.* XII. 220.
- XIV. *De progressu Fraternitatis ab anno M. CCC. vsque ad M. CCC. L.* 131.
- XV. *De Fraternitate Rosarij collapsa, & desita ab anno M. CCC. L. vsque ad M. CCCC. LX.* 242.
- XVI. *De Ordinis quamuis difficili, tandem perfecta tamen reformatione, 242. & de attentata Fraternitatis reparatione.* 251.
- XVII. *De prima Fraternitatis ac Rosarij Renouatione prouinciali, durante ab anno M. CCCC. LX. vsque ad M. CCCC. LXXV. Ac primum, potissimumque de Renouatore ALANO de Rupe, quis Vir, qualisque fuerit.* 200.
- XVIII. *De Renouata Fraternitatis Statu, Progressu, & Successu.* 270.
- XIX. *De vna, alteraque imperfecti uncina, in Renouationem surrepente, sed mox correctæ.* 278.
- LIBRI II.
- De Generali Renouatione Fraternitatis Rosarij.
- I. *De Renouationis huius occasione remotiore, bello nimirum Nouersensi, gesto inter Fridericum III. Imperatorem & Carolū Audacem.* 288.
- De Re-

I N D E X

- II. De Renouationis eiusdem occasione propinquâ,  
Religione scilicet Amplissimi Senatus Colo-  
niensis. 299.
- III. Fraternalitatis Institutum disputatur; approba-  
tur; sollemniterque acceptatur. 306.
- IV. Cur isthac Colonia instituta Fraternalitatis Re-  
nouatio à me titulo (Generalis) afficiatur?  
Additurque effigiatâ Fraternalitatis expli-  
catio, & ratio. 314.
- V. De Fraternalitatis Rosarij diuinitus, humani-  
que testata, admiranda pariter ac vene-  
randa, apud omnes Christiani Nominis gen-  
tes præcellentia & dignitate. Ac primum  
de ea, quam habet ex autoritate, testimo-  
nioque diuino. 328.
- VI. Quis S. Sedis Apostolica fuerit animus semper  
aduersus Fraternalitatem hanc; quodque de  
Ea iudicium ac sententia: cum literis non-  
nullis Apostolicis, datis ab anno M. CCCC.  
LXXVI. vsque ad M. DL. 332.
- VII. Quæ ab sede Apostolica in Fraternalitatem Exi-  
mia profecta constant, ita merentem, ab an-  
no M. D. L. vsque ad sæculum hæc sextum  
decimum. 347.
- VIII. Quanam hoc decimo sexto ingrediente sæculo  
summorum Pontificum magnifica iudicia  
de hac Fraternalitate, & in eam beneficia  
constent. 359.
- IX. Iudicium de ea & existimatio Cardinalium,  
sacrorum Antistitum, Cleri, ac Religioso-  
rum: Item Imperatorum, Principum Impe-  
rij.

C A P I T V M.

- ij, Rerump. Regionum, Ciuitatum, Docto-  
rum, indoctorum; Summorum, mediorum,  
infimorum, omnisq; Ecclesia &c. 307.
- X. De Fraternalitatis Rosarij Instituto, Consuetu-  
dinibus aut Regulis, deq; Fine eiusdem. 382.
- XI. Dispositio quedam & adumbratio practica  
Fraternalitatis conformanda, atque admini-  
stranda. 390.
- XII. Conferunt amplissimas Indulgentias in Fra-  
ternitatem Rosarij Pontifices, inuitantes  
iisdem Christianos, vt in ipsam sese ipsi quâ  
frequentissimi conferant. 408.
- XIII. Totus Ordo Predicatorum canonicè adsciscit  
Fraternalitatem Rosarij in participationem  
gratuitam omnium meritorū suorum. 419.
- XIV. Elenchus ac Synopsis plerarumque prærogati-  
uarum Fraternalitatis Rosarij, quibus ea vnâ  
præ ceteris laudatissimis quibusq; Frater-  
nitatibus pollet. 432.
- XV. De eximjs quibusdam effectibus ac fructibus  
Fraternalitatis, atque Rosarij, ex P. Alano de  
Rupe & alijs. 443.
- XVI. De Predicatoribus Rosarij, atque Fraternali-  
tatis. 457.
- XVII. De tentationibus, siue impugnationibus aduer-  
sus Fraternalitatem Rosarij. 476.
- XVIII. De Obreptatoribus Fraternalitatis Rosarij. 482.
- XIX. APPENDIX Bullarum Apostolicarum de  
Fraternalitate Sanctissimi Nominis I. E. S. V.  
siue Iuramentorum. 496.
- Virgo



**V**IRGO ROSARIO LVM cur fers? CVR CHRISTE  
COROLLAM?

Detur ut hinc MERCES; Si dabis inde PRECES.  
Ergò ROSARIO LVM scriitè precatus, honores  
ET IESVM, & MARIAM; te ista Corona manet.

Dulce ROSARIO LVM fragrat hinc pietatis odore,



At beat inde pius. Dicit CORONA beati

EN IESV CORONVLAM: ROSARIVM en MARIÆ.  
Rosarium se triplices; Si triplices Coronam:  
PS ALTERIVM iam feceris Puellulo, Matrique.  
Matri debis Rosarium; Puer dabit Coronam.  
Sic caelitus mereberis Plantarier Roseto.

LIBER

# LIBER PRIMVS

DE.

FRATERNITATE IN GE  
nere.

CAPVT. I.

Quid sit, & quotuplex Fraternitas?



**I**nstituenti mihi vnus omnium  
amplissimæ, celeberrimæque Fra-  
ternitatis; quæ, sub auspicio Dei-  
paræ Virginis MARIÆ, nomen  
ab ROSARIO sortita est; pri-  
mordia inde vsque ab incunabilis  
repetere: progressus item, ac status illius varietat-  
em, ordine temporum obseruato, persequi, ac sty-  
lo complecti: pauca quædam de Fraternitate vni-  
uersum dicenda prius esse v debantur; ex quibus illa  
singularia, etsi clara per se, ac firma satis; lucem  
tamen aliquam, roburque acciperent. Sed non ego  
istum tam larum ac vberem diuitis glebæ campum,  
de toto Fraternitatum genere, excolam peraran-  
do; verum leui vomere duntaxat perstringendo,  
velut metator eum terminis quibusdam circum-  
scribam.

Quid sit, quotuplexque Fraternitas in abstra- *Frates factus*  
cto, liquebit vltro tum, vbi perspectum fuerit ac *quatruplices*  
cognitum, quid Nominis sit, quidque Rei Con-  
cretum hoc: FRATER. Vtrumque verò vna diuisio-  
ne quasi definit nobis, & aperit Angelicus ille Do-  
ctor Ecclesiæ, Regulæ, & Vitæ sanctitate iuxta in-  
elytus S. Thomas, a cum ex D. Hieronymo b sic a.Th. p 3. q.  
ait: Quatuor modis dicuntur in Scripturis Fratres. Na- c 8. a. 3. ad 5.  
tura, Gente, Cognatione, & Affectu Singula exemplis b Te. 2. E-  
potius



2  
pist. aduersus Heluid. sub initium.  
1. Fratres natura.  
c Gen. 3:

d Gen 27.

e Gen. 37.

f Sursum 10. 3. in vit a S.

g Rithrudis 12 Maij.

h Ouidius. 2. Fratres Gente.

Fraternitas in Gentilitate leg es quadam h Dent. 15, v. 7.

LIB. I. DE FRATERNITATE

potius, quam verbis definita illustrantur.  
I. FRATRES NATURA dicuntur eodem paterno, maternoque sanguine procreati. Exemplo sint iustus Abel e, & liuore marcescens Cain fratricida. Suppares hisce electus à Deo, dilectusque Patriarcha Iacob, d & reprobus pilosusque Faunus Esau. Haud multum ab similes genio & ingenio Ifacides deni, ab liuore & scelere pessimo fratres peiores, aduersus germanum innoxium, Deoque doctum Iosephum e Dissimiles verd istis, suiq; simillimi fratres erant Diuus Petrus & Andreas; Ioannes & Iacobus Apostoli; Franciæ Reges Dagobertus & Aribertus; itemque Græci Castor & Pollux,

g Alternâ quorum vita redempta nece est.

II. FRATRES GENTE vocantur eiusdem nationis, seu natiui soli indigetes. Sic Tuiscones in Teutoniâ nostra re sumus & nomine Germani fratres. Sic in Suëuia Suëui, Dani in Dania, Trebetani in vrbe vrbium Europæarum antiquissima Treurenfi natae sunt inibi gentes, non illatae; sed indigetes, fratresque natiui. Sic Hebræi omnes, vt ab vno sati Hebræo Abrahæ semine; ita & propagati latè, in vna tamen terræ natione, eademque cognata affinitate constituerunt nunc in Chanaan, post in Gessæ Aegyptiaca, demum in Palæstina.

Huius gentilitiæ Fraternitatis complures veteris Instrumenti sententias testes Diuus facit Hieronymus, loco supra dicto. Quibus addo istâ Domini apud Moysen: h si vnus de Fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tue, in Terra, quam Dominus Deus tuus dabit tibi; ad paupertatem deuenerit; non obsurabis cor tuum, non contrahas manum; sed aduersus eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris, &c. Idcirco ego precipio tibi, vt apertius manum FRATRI tuo egeo & pauperi, qui tecum

IN GENERE C. II.

3

tum vsatur in Terra Idemque ibidem: i Cum tibi venditus fuerit Frater tuus Hebræus, aut Hebræa, &c. Et alibi: k Regem eum constituit, quem Dominus DEVS tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit Frater tuus. Sic & Apostolus: l Optabam & ipse anathema esse à Christo pro Fratribus meis; Quibus? Cognatis secundum carnem. At qui illi qui sunt Israëlita. nimirum omnes Gentis eiusdem.

i ibid. v. 12.  
k Deut. 17.

l. Rom. 93.

III. FRATRES COGNATIONE vocantur (ait D. Hieronymus m) qui sunt de vna familia, patria; quas Latini Paternitates interpretantur: Cum ex vna radice multa generis turba diffunditur. Vt in Gese: n. Dixit autem Abraham ad Lot: non sit rixa inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: quia omnes Fratres nos sumus, &c. Et discesserunt vnusquisque à Fratre suo. Eodem vocis significatu, ac sensu mentis Abrahamum sua soror & coniunx Sarai Fratrem, ab ipsomet appellare iussa, appellauit. o Dic, obsecro, quod soror mea sis: vt benedictio mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam. Quin & ipse, dum peregrinabatur in Geraris, p dixit de Sara uxore sua: soror mea est. Et ipsa ait: Frater meus est. Agnati igitur & affinitate coniuncti rectè Fratres audiunt, teste & interprete eodem Abrahamo; qui exoptulanti secum Regi affirmabat: q Verè soror mea est; filia patris mei, & non filia matris meae: & duxi eam in uxorem. Adhæc nepos Abraham, Iacob, eandem cognationem fraternam agnouit cum sua Rachæle, ac focero Laban. Nam cū hanc esse r sciret consobrinam suam, ouesq; Laban muunculi sui; aduato grege osculatus est eam. Et indicauit ei, quod Frater esset patri sui. Qui cum audisset, venisse Iacob, filium sororis sue, occurrit ei, dicens: Os meum, & caro mea. Num, quia Frater meus es, gratis seruias mihi? Demum ab simili cognati sanguinis propinquitate Ioannes & Iacobus Fratres Domini subinde appellantur. A z

m To. 2. aduersus Heluidism.  
n. Gen. 13. 8.

o. Ge. 12. 12

p Ge. 20. 2.

q. Ibid. v. 12

r Gen. 29. 10

IV. FRA-

**Fratrū** IV FRATRES AFFECTU semper aliquos  
*Affectu ex-* omnis tū ita aetate insignitè verò celebres non ita  
*empla pro-* multos, quin penè numerari queant Tales Her-  
*fana.* cules & Theſeus memorantur. Nam & hic il-  
*s. Plutar-* lius virtutem ac facta constantè imitabatur: &  
*chus li. illu-* ille hunc apud inferos captivū eximere conatus  
*strum viro-* est. Talis cū Pyrithoo Theſeus extitit: teste Poëta.  
*rū in Theſeo* t Pyrithoou t Theſeus Myſias comitatur ad undas.  
*t Ovidius.* Statius verò similes Marium & Calpurnium Roma-  
*u Sfarinus li.* nos fuisse sic celebrat,  
*car. m. p.*

u Sacro iuvenes Fratre creati  
 Misceant stud. a, & iuncta tellure ferocant,  
 Valle, ac Nolle ambobus idem, Sociat aq̄ue toto  
 Mens aſſo, ac parvis dices concordia rebus.  
 Occuſero simul, votisq; ex omnibus unum  
 Id Fortuna dedit, iunctamq; inter fratia mortem.

Tales Nysum & Euryalum Musa non paulò ma-  
 iore canebat sic Maro.

x Virg. lib.  
 p. Aene.

x His amor unus erat; pariterque in bella ruebant.  
 Talis & Aeneas fidus Achates semper amicus erat;  
 Talis denique suus ille Politiano vati, quem ipse  
 præ cunctis isto effert elogio.

y Anglus  
 Politianus.

y Ut tibi collatus iuuenis Phocæus Orestem  
 Oderit, & spernat Theſea Pyrithoos:  
 Sicaniū Pyladem credatur fallere Damon:  
 Vixque bonum frenis Castora frater amet.

Exempla  
 Scira.

Sed forte au hęc vana: At sana illa, & vera de pla-  
 no. Dauidi ac Ionathæ esse Fratres dedit, non vlla  
 cognati sanguinis necessitudo; sed animorum,  
 morumque similitudo. 7. Hac altior, & arctior,  
 coniunctio fecit Apostolos Fratres: Eadem Chri-  
 sti fideles omnes Fratres effecit. Quæ enim mens  
 alia Seruatoris erat ita percunctantis: a Qui sunt  
 Fratres mei? Et extendens manum in Discipulos suos  
 dixit: ecce mater mea, & Fratres mei.

23. Regi. 18.

a Matth. 12.

Non vero soli Apostoli hac voce designati credan-  
 tur, Marcus etiam oculorum gestum in Seruatore  
 nota-

Christiani  
 omnes sunt

notavit, quo omnes Fideles complexus est Do-  
 minus. Nam hic circumſpicens eos, qui in circuitu  
 eius sedebant, ait: Ecce: Qui enim fecerunt voluntatem  
 Dei, hic Frater meus, & soror mea, & mater est. At que  
 illa Dei voluntas? Lucas sic prodit: b Qui verbum  
 Dei audiunt, & faciunt, Fratres mei hi sunt. Quod  
 quidem videtur, & facere Dei verbum. non Aposto-  
 lorum esse duntaxat voluit legis ille Laror; sed  
 quorumcumque etiam Christianorum. Ea pro-  
 pter alibi inquit: c Vos omnes Fratres estis. Unus  
 enim est Pater vester, qui in caelis est, & Magister ves-  
 ter unus est CHRISTVS. Cum igitur Christiani  
 omnes inter Christi discipulos auditoresque cen-  
 seri debeant; eisdem quoque Fratres affectu  
 Christiano esse oportere necesse est.

Frates in-  
 micem.  
 a Mar. 3. 34.

b Lu. 8. 11.

c Matt. 23. 8

Hanc ex affectu pio Fratritatem S. Hiero-  
 nymus diuidit bipartito: in Spiritualem, & Com-  
 munitatem, Et quidem per Spiritualem, inquit, omnes  
 Christiani, Fratres vocantur. Ut ibi: d Ecce quam bo-  
 num, & iucundum est habitare Fratres in unum. Et in  
 alio Psalmo Saluator, e Narrate, inquit, nomen tuum  
 fratribus meis. Rurſus alibi: f Vade, dic fratri tuis me-  
 is. Porro Communis est Fratritas: quia omnes homi-  
 nes, ex uno patre nati, pari inter nos germanitate con-  
 iunguntur. Dicite, g ait, his qui oderunt vos, Fratres  
 vestri estis. Et Apostolus: h si quis Frater nominatur  
 fornicator, aut auarus, aut idolis seruans, aut maledi-  
 ctus, aut ebrius, aut rapax; cum huiusmodi nec cibum  
 sumere. Hæc strictim Hieronymus. Sed clarius  
 distinguit vtramque eam fratritatem dum ex  
 S Basilio in similem scribit sententiam Illu. m. 9 &  
 doctissimus Cardinalis Stanislaus Hoſius, i omnes,  
 inquit, inuicem cognati sumus, Fratres omnes, ex eo-  
 dem patre prognati omnes. si Spiritualem quaris, Pater  
 voster ille est, quem uno ore inuocantes dicimus: Pater  
 voster, qui es in caelis. Sin' autem Terrenam quaris origi-  
 nem

Fratritas  
 est duplex.

1. Spiritu-  
 alis.

d psal. 132.

e psal. 21. 23.

f Ioan. 20.

2. Et com-  
 munitas

g Isai. 66.

h 1. cor. 5. 11.

i Hoſ. To 9.  
 de Confess.  
 Fidei cath.  
 cap. 3.

*nem; pater noster Adā, mater nostra Terra est: ex eodē luto fabricati sumus omnes. Itaq; naturā fratres sumus Secundum carnem; & secundum Spiritum fratres nati sumus, vel potius regenerati. Eundem à primo homine Sanguinem ducimus: eandem à CHRISTO gratiam accipimus. Hæc ille.*

*Propositio.* Nos in Opere hoc nostro, missâ Terrenâ seu Cōmuni, de sola Spirituali Fraternitate scribere instituimus. Ac primū, de genere vniuerso pauca; tū deinde singulati de ROSARII FRATERNITATE, ab oīo, quod aiunt, repetita plūcula, Deo, Deiparaque adiunantibus, persequemur.

## CAPVT II.

*Quid, & Qualis sit Fraternitas Spiritalis?*

*Frat. spiritalis definitio vna.*

**C**VM haud incommodè *Fraternitas communis, seu consanguinea* ita describatur, vt sit *cognatio, communicatioque nativa eiusdem paterni, maternique sanguinis; aut alterutrius tantum*: rectè quoque & aptè dicitur illa *Spiritualis esse inter duos, aut plures, consensu mutuo, animorum atque voluntatum, in Charitate Dei, facta communicatio.* Vel, quod idem, vt D. Thomæ placet; *Est amor mutua beneuolentia, fundatus super aliqua communicatione.*

*a D. Th. 2. c. 1. 23.*

*a 1. Alia quadruplex.*

Quā quidē *Cōmunicatiōnē*, ex sua materia circa quā vt vocant, quadruplicè constituit. 1. *Naturali*; quæ in cognati sanguinis participatione consistit, 2. *Domesticam, seu Œconomiam*; quæ in vsu rerum est domesticarum inter plures communi. 3. *Ciuilem, seu Politicam*; quæ in ciuiliū operum communicatione vsurparatur. 4. Denique *Diuinam*; quæ in spiritu, animorumque conspirante coniunctione cernitur. Et hæc est propriè ac verè *Spiritualis Fraternitas*. Iam eius *Qualitas*, comparatioque, in doles ac ingenium variè, non vna in re, modoue cernitur, & æstimatur. Nos non ex genere vel

*h D. Th. 3. sentent. dist. 29. n. 6. Fratris Qualitates.*

re vel Theoria; sed ex Praxi, vsuque communi eam, nec subtili lance, ponderabimus.

Ac primū, *probatur* ea tribus potissimum: c. d. Th. ex Beneuolentiâ in affectu interiori: Concordiâ in Alberto Masactū multiplici: & Beneficentiâ in affectu exteriori, *Super li. Ethicorum.*

II. *Conseruatur* autem quatuor rebus. Permantentiâ in habitu virtutis: Conuenientiâ in affectu: Frequentiâ in actu aut conuictu; & Correspondentiâ in voluntatum consensu. Vnde benè Horatius.

*d Hæc res est iungit, inuitos & seruat Amicos.*

*d Hor. 1. Sat.*

III. *Dissoluitur* eadem quadrifariam. 1. Per defensionem finis. Quod de facili in fraternitate Domestica, Ciuilique euenire consuevit: eod, quod harum communicatio magis in Vtili, aut Delectabili: quam in Honesto fieri vulgò affollet. Quippe, vt Quidius canit:

*c. Quidius*

*e Vultus amicitias vtilitate probat.*

2. Per amoris simulationē. 3. Per criminis commissionem. 4. Per virtutis perfectionem in altero; altero amicorum in defectu, lutoque hærente. Nam vt similitudo morum conciliat animos; sic dissimilitudo dissoluit amicitias. Etenim

*f Nulla fides vnquam miseris elegit amicos:*

*f Lucanus*

Verè autem miseri sunt illi, inquit Tullius, à quibus veri boni, hoc est, Virtutis abest felicitas. Cum istorum ergo tenebris nulla esse lucis vnquam potest communicatio. quando *& aues, vnunisi concolores, volitare simul amant*, vt in diucrio est.

*lib. 8.*

III. Sed *Constitutio, seu Qualitas Fraternitatis Spiritalis* tum luculentum tibi radium in oculos euibrabit; cum illâ in contentionem cū Terrena ductâ composueris. I. Hic cernes Terrenam, quò ascendere queat altius, habere Spiritalem illam longè supra se positam; istamque hac egere:

*Terrena & Spiritalis disparata comparatio.*

hanc verò sibi ipsi sufficere, 2. Illam, cum ab hæc defecerit, in peius ruere: hanc, cum à sese abierit, non habere, quò descendat; sed perire oportere, & extingui 3. Natura facit sanguinis; animorum verò coniunctionem gratia seu charitas. 4. Illa Nationis eiusdem ac terræ; hæc Religionis ac instituti: Ista vnus gentis ac familia; hæc vnus fortis ac fortunæ efficit communicationem. 5. Illa terrena in ortu suo vilis est, erubescenda, ac prorsus animalis: in progressu anceps, periculosa, noxia sæpè; nec tarò ignominiosa: in exitu verò, (quod maximum, perpetuumque est,) mortalis illa intercidit. Quia cum morientis fratris sanguine defluente, velut aqua, in terram delabitur. Cumque, velut vnda vndam trudit, sic hominem homo ex humanis extrudat; necesse est, vt illa eorum fraternitas fluxa sit atque caduca. Aded *hæc Lex Vniuersi sit, qua inter hominem nasci, & mori*: inquit Publius: & Paulus, *istatutum est hominibus semel mori.* A quo statuta legis nusquam immuais quisquam. Quandoquidem

*Terrene moralitas Fraternalis.*

*g 2. Re. 14. 14.*

*h Publ. Amicus. i. Hebr 9.*

*k Silius Italicus lib. 3. l Ouid. 3. Amor. Ele. 8.*

*m Nic. Saravrus li. 5. rorum Moguntini ac. an. no. 1545. Spiritalis perennans felicitate.*

*n Apo. 3. 18.*

*k Et pace, & bello cunctis stat terminus au'.*

*l Fata manent omnes: omnes expectat auarus.*

*Portitor.*

Quò scitum magis, & dignius memoratu illud est Alberti, quondam Archiepiscopi Moguntini, Epitaphiū breue: *Albericus m.* Nata est igitur omnis cognata Fraternitas, vt occidat.

Non sic Spiritalis: non. Hæc enim inde ab sui primordio habet in sese nihil quidem vnde deficiat; quia ad instar est auri igniti, probati n. Plurimum verò suppetit illi, vnde proficiat, fiatque seipsa maior, nulli victa vincat seipsam: semper vtilis, iucunda, gloriosa sibi, cunctis honorifica: cuius finis finem nescit, sed metam aperit cuiusque infiniti, & Diuos inter beati. Aded si cuius in hæc

hæc Fraternitate exiliens spiritus à corporis concretionem liber abire permittitur; vt verò is primum veram, solidamque coniunctionem cum Spirituali Fraternitate inire se sentit.

Tollat igitur Mortis inuitabile telum nostri cuiusquam in spiritu Fratris aut Sororis corpusculum ex oculis Fraternitatis: cedendum est Fato. Quia

*o Tendimus huc omnes, metæ præparamus ad vnam.*

*Omnia sub leges Mors vocat vna suos.*

Permittenda est ea fratrum corporum, Naturæ debita diuulsiō: ferenda, non culpanda, quæ mutari nequit. Verum, vt fratrum, vita fratrum, Spiritus & amor ex animis Confratrum superstium, exque memoria euellatur; hoc fieri haud item valet; nisi vlet quis, sui immemor, fraternitatisque defector. Qui tamen ipse hoc ipso, non ille, morte extinctus censendus est; licet in corpore vitam viuam indignam homine fraterno. Viuit ille in fratrum animis; hic nec in suo viuit corpore viuam cadauer. Ille, vt mortuus sit corpore; Spiritu tamen æternum viues occidit mortali suo fratri, et applaudit istud:

*p Et decet, & cerè viuet tibi semper Amicus:*

*Nec tibi, qui mortuus, desinit esse Tuis.*

Quid, quod sic amatis, redamarique Fratris defuncti magna Anima longè etiam viuacius, ac beatius sub animo relictū in humanis amici, Fraternitatisque sub corde, inque Spiritu subinde viuat; quam in semetipsa? Emissuero intus ipsa Purgatorij ignis cruciatu planè torreri potest: at in spiritualis fratris animo pio, in precibus, in charitate, inque elemosynis ipsius mirificè recreari solet. Quod si ad felices beatarum mentium sedes euolarit; iam bis ei felici esse licebit: hinc in perpetue fraterni amoris fonte Deo: inde in fratris superstitis animo, velut istius fontis riuulo.

A 5

Atque

*o Ouid. de Art. Ele. 3. 9*

*p Virgilius in obitum Adecanatis:*

Atque talis quidem Anima, quando vnquam maiores Fraternalitatis, vitæque fructus decerpisse putanda est: An non iam tum primùm viuere incipit? Viuit, & ita viuit; vt cuiq; nostrum Cōfratri suo de sese verè sic spōdeat anima talis:

q. Paulinus  
Ausonio.

q Te video corde, mente complector pia  
Vbiq; presentem mihi;  
Et si solutus corporalis carcere  
Terræque prouolauerim.

Quo me locauit axe Communis Pater,  
Illic quoque TE ANIMO GERO.

Hæc est vera Fraternalitas, vt canit Ecclēsia, qua nec mori timuit; nec terrenæ dignitatis gloriam quaesit; sed ad caelestia regna peruenit; qua, vt in vita se dilexit; ita nec in morte est separata. Et Cassianus r. Hæc est vera fraternalitas, qua nullis vnquam casibus scinditur; quâ non solum dissociare, vel delere locorū, vel temporum intervalla non proualent; sed nec Mors quidem ipsa diuellit.

r Cass. in  
Collationi-  
bus Patrum  
& Abbatis  
Ioseph.

Et verò si quæ Mortis vis fratrem fratri, talem tali adimeret violentariam profectò illa fortis contra DEVM ipsum ac præpotens esse deberet. Quippe. s iustorum anima in manu Dei suæ; & non tanger illos tormentum Mortis, &c. Qui confidunt in Illo, intelligunt veritatem, & fideles IN DILECTIONE acquiescent Illi. Quoniam dominum, & pax est electis eius. Quis non exclamet: O quâ pulchra est casta generatio: & claritas: & immortalis enim est, & apud DEVM. Dat itaque DEVS illi in charitate æternùm viuere; qui fratri per charitatem prius in pectore suo fraternùm viuere dedit.

Fons felicitatis Nemo est, qui non videat, planèque intelligat, nos hæcenus in describenda Fraternalitatis est Charitatis, & hac illi fuisse iam nunc verò demum ad ipsum illius fontem, Charitatē peruenite. Dico itaq; & semel omnia

omnia. Talis est Spiritalis fraternalitas, qualis vera Charitas. Hunc Deus assumit ad se; qui fratrem dilexit, vt se. Testis est summa Veritas, quæ ait: *si diligamus inuicem; Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscemus, quoniam in eo manemus & In se in nobis. Quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Quid luculentius de orcu, statque permanente charitatis fraternalis poster afferri? Qui autem diligit Deum; diligit & fratrem suum.* Atque inde est, vt diligentes sese, & dilecti, & dilectio sint omnis separationis expertes; siquæ similem faciant, ac indissolubilem Fraternalitatem spiritalem.

Quis mihi non cum S. Iob sentiat, & dicat? *Hæc est spes mea, qua requisit in sinu meo.* Certè hac is fiducia fretus, & fortis consolatione miseris superior, seipso quoque fortior, ipsi insultabat calamitati: vt, quod Stoici & Sapientem in Phalaridis bone posse fingeant; id ille in summo, vltimoque cruciatu verè præstaret, ac diceret: *Quam dulcis est hoc? & quam patiebatur, plus perpeti desideraret.* Par huic Agonotheta Paulus audeat: *quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? &c. scio quod nec dolor est.* Quis ergo separabit nos à charitate fratrum nostrorum? Pro similibus sanè fratribus suis b idem etiam anathema fieri exoptabat. Atque talis est Fraternalitas spiritalis, seu fraternalis charitas. Eius tamen Qualitatem quibusdam quasi vestigijs longius indagemus; sed dispari vsi itinere comparationis, quâ vtramque spiritalem & Communem fraternalitatem & componemus inuicem, & op-  
ponemus.

si ma Quali-  
tas est.  
u i. Ioa. 4, 12

x i. Ioa. 3 20

y Iob. 14. 27

z Cicero in  
Tuscul. quest.

a Rom. 8 35

b Rom. 9. 3.

### CAPVT. III.

Quid discriminis spiritalem inter, & Communem seu Naturalem Fraternalitatem interueniat.

ISTVD

**I**STVD iam partim ex dictis est proditum; partim, quantum restat, liquet & ipsum tenentur. Tribus tamen potissimum indicijs suis sese id aperit. *Fundamento seu & iustantiâ. & distinctio seu circumstantiâ. Actum denique ipso.*

**I. FVNDA MENTVM** Naturalis Fraternitas est cognata caro & sanguis; quæ consistunt vt amnis. Proinde verè Poeta:

*a Ouid Metamor. b Isa. 40. 6.*

*a Fratri in quocque gratia rara.*  
Facile enim aut per se diffluit, aut dispergitur, qualis aggesta fœni strues. Nam b *omnis caro fœnum, & omnis gloria vitis, quasi flos agri. Et sicut arborum est fœnum, & cecidit flos: quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnum est populus. Fœnum est & Naturalis fraternitas.*

*c 2. cor. 6. 6. d Apoc. 3. 12*

*Spiritualis* autem fundata est in charitate non ficta. c De qua Dei ille Secretarius immortalis Ioannes: d *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum; quo scilicet planam tibi viam ad tabernacula sternas æterna. Fuge igitur ad ciuitatē Fraternitatis, in monte sitam charitatis. Hæc est ciuitas refugij: ciuitas Dei; cuius platea aurum mundum, tanquam vitrum pellucidum. Quantum antestatur naturam gratia, sanguinem animus, spiritus carnem, secundus Adam primum, regeneratio generationem; tantum fraternitas Spiritualis superat fundamentum Naturalis fraternitatis.*

*e Iosue. 16. f Apoc. 2. 1. 21*

**II. Quod vniuersaque Circumstantiam, comitantumque attinet: Naturalem** quidem quæ non Furie turmatim circumuolitant? Ira, furor, rancor, inuidia; vis, dolus: Lingua malum, gladius, persecutio, vindicta, & mille mortes. Exemplorum plena sunt omnia. Testatur Cain, Esau, Ioram Rex Iudææ, Aristobulus, Dardanus, & innumeri. De quibus Virgilianum illud communiter affirmare est:

*g Et*

*g Et discordantes Cadmeo sanguine fratres  
Iam truculenta ferunt, infestaq; lumina corpus  
Alter in alterius: iamq; aduersatus utroq;  
Imbia germant manat quoad sanguine dextra.*

*g Maro in Cutilica.*

Quoribus, age, dum hæreditatem cernunt fratres tales, de ea non, nisi alterius sanguine fuso discernunt? Quorum de similibus ista Silius minime silet dum canit.

*h Impia Circo*  
Innumero fratres, Causa dampnante furorem,  
Pro sepectro armatis inierunt prælia dextris:  
(Is genti mos durus erat:) patriumq; petebant  
Orbati solium, lucis discrimine, fratres.  
Dispercas fraternæ Ambitio talis!  
i *Quæ fratres armis in fratrum viscera: quæq;  
Scurum à gnato non sinis esse patrem.*  
k *Impulit amones, auriq; cupidine cecos  
Ire super gladios, supraque cadauera patrum.*  
l *Credidi: nec longè fratrum huc exempla petantur:  
Fratero primi maduerunt sanguine muri;  
Romani.*  
m *Vsq; aded solus ferrum, mortemq; timere  
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo  
Fraternæ leges.*

*h Sil. Itali: cus de bello punico li. 6.*

*i Rarusus*

*k Luc. lib. 7.*

*l Idem lib. 1.*

*m Idem li. 3.*

Manet ergo, quod veterinorum fratrum sit gratia rara.

Non sic *Spiritualis fraternitas*: Non. Hæc enim, vt partus sequitur ventrem, n vtque matrem seu patrem sequitur sua proles: ita inquam, hæc matris Charitate esse quàm simillima studet. Et verò est: vt nec ouum ouo similius. Hocque amplius: Sicut o Pater & filius eadē persona reut vtrius in Iure: eundem ad modum eadem est hæc fraternitas, & charitas. Vtraque p *Patriens est, & magna est; non amulatur; non agit perperam: non irascitur: non est ambitiosa: non querit quæ sua sunt: non irritatur: non cogitat malum; non gaudet super iniquitatem: con-*

*n Logo, Par: rum. C. de reu. o C. de Imm: ost. & al. fia. in sm. p. I cor. 13. 4.*

*g gaudet*

*gaudet autem Veritati. Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.*

Atque ut semel dicam: 1. Quot, quantisque obnoxia succumbit, & ijs pessundata proteritur cognatio: tot, tantisque stipata felicitatibus incedit Regina potens Diuūmque, hominumq; , & cuncta supergreditur Dilectio. 2. Huius iccirco Dilectionis, hoc est, *Lucus filij ambulat in luce; & videt, quod vadant; ut tenebræ eos non comprehendant.* Istius autem sectatores sunt filij huius lucis, *et ambulat in tenebris, et nesciunt, quod vadant. nesciunt, quod properent, & in multis offendunt omnes. Quin imo sæpenuerò non dormiūt, nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* 3. Fratrum sicut quasi

q loau, 12, 35

r pro. 4, 16.

s Ibi. ver. 18.

t Ier. 17. 7.

Ibid. v. 5.

*lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. At Via impiorum tenebrosas, nesciunt, ubi currunt.*

4. Spiritualis fraternitas t confidit in Domino; & erit Dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timabit, cum venerit aestus. Et erit folium eius viride: & in tempore siccitatis non est siccitum: nec aliquando desinet facere fructum. Con sanguinea autē Fraternitas confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & per lapidē à Domino recedit cor eius. Proinde erit quasi *myrta* in deserto; & non videbit, cum venerit bonum: Sed habitabit in siccitate in deserto, in terra *salsuginis*, & inhabitabili.

5. Spiritalem Is, qui lux est, & via charitatis, antecedit per diem prosperitatis ac pacis, nubem illi protectionis suæ obtendens. per noctem vero tribulationis, ignea ipsi consolationis suæ columnā prælucente, fortiter disponens omnia, & *quauiter*. Atqui carnalem spiritus caro factus

ante-

anteulat in curribus & equis, vsque dum merfus in profundum intereat.

6 Cuius quidem inter vtramque diuersitatis *Princeps ratio distantia* vt illæ sint causæ, aliæque tales; vna quædam *inter vtrâq;* tamen princeps mihi esse videtur. Nimirum in Spirituali, studium communis boni est, amorq; non quæ sua sunt querēdis; sed quæ Dei: In Carnali verò fraternitate *Amor sui* ardet in immensū.

u Et senior ignibus *Æna*

*Feruens Amor ardet habendi.*

u Boëtius

2 5.

De hac vtrâque amborum causa præclare, vt omnia, Phoenix Africana Augustinus ita reliquit: *Peruersus Amor sui priuat sanctæ societate virgulum spiritum. Cui morbo contraria Charitas non querit, qua sua sunt. Item idem inquit: Duo Amores sunt, quorum alter Socialis est; alter priuatus.*

x Aug. li. II. de Genesi ad literam cap. 15.

*Alter cõmuni utilitati consulens propter supernâ Societatis; alter rē communem in potestatem propriam redigens, propter arrogantiā dominationem. Alter pacificus, alter seditiosus. Alter amicalis, alter inuidus. Alter hoc volens proximo, quod sibi. alter subjicere proximum sibi. Præcesserunt in Angelis: alter in bonis, alter in malis: Et distinxerunt*

*conditas in genere humano ciuitates duas Amores duo: alteram iustorum, alteram iniustorum. Et idem alibi: y Fecerunt ciuitates duas Amores duo. Terrenam scilicet Amor sui; usque ad contemptum Dei. Cælestem vero Amor Dei, usque ad contemptum sui. Hæc Augustinus. Quæ omnia vt liquidū, ita promptum*

Amorum ciuitates due.

y Aug. lib. 14. ciuit. Dei cap. 28.

cuiq; faciunt iudicium, non solum quid de causa differentię inter vtramque fraternitatem; sed & de interuallo distantię earundem sit iudicandum: tū quoq; , & maximè, quid de præcellentiā cælestis istius fraternitatis in terra sit statuendum. Nimirum, quod quantum charitas & carnalitas; tātū inter sese vtrâq; distet illa fraternitas.

III. ACTVS porro vtriusque nimium quantum

tum

rum alteram ab altera sciungat. Istum verò in res-  
citatus iam verbis Augustinus luculenter spe-  
ctandum exhibuit. Et illa quidem *Naturalis*,  
quid & quemadmodum agat; nisi ut ipsa agi na-  
ta est? Nata ex carne & sanguine, super ipsam  
fertur ac natat. & quæ de carne est, ad carnem  
omnia, quæ cogitat, referenda ducit hoc est:  
studium suum operamq; fratri præstat, eò, quod  
frater sit, & secum eiusdem sanguinis patri-  
ceps.

Verù illa fraternitas partem dentaxat alterã,  
eamque infamam veri amoris ac amicitie colit.  
Etenim vera fraternitas, sicut & *amicitia*, teste  
Cicerone & Augustino a est rerum 1. *Humana-*  
*rum*, & 2. *Diuinarum cum beneuolentia & charita-*  
*te consensio*. Vsurpat illa rerum humanarum con-  
sensionem quidem; at minus diuinarum. Ac  
proinde similis est illi, quæ Augustinum inter &  
Martianum, illum hereticum Manicheum,  
hunc gentilem quondam intercedebat frat-  
nitas: qua de sic ille *h. Tu mi charissime*, aliquando  
mibi consentiebas in *humanis* porro, in *diuinis*, qua-  
rum mihi illo tempore nulla luxerat veritas, usque  
in maiore illius definitionis parte nostra amicitia  
claudicabat. Erat enim rerum tantummodo huma-  
narum, non etiam diuinarum.

¶ Quocirca *Spiritualis fraternitatis* longè dispar  
est studium, Actusque sunt alij. Diuina sectatur;  
humanitatis interim haud immemor, aut neg-  
ligens. Deum diligit, & proximū propter Deum.  
Nimirum senouit ipsa, suamque originem: vt  
quæ c à Deo vinit in *hunc mundum*: vt sequenti ca-  
pite docebitur: ac proinde eodem adspirat &  
ascendere nititur, vnde descendit. Hoc igitur a-  
git primū, vt in humanis honori Dei defer-  
uiat: Alterum, vt suæ, proximorumque salutis, &  
charitati fraternitatis quàm maximè consulat:

Dein-

Deinde vt d *utatur hoc mundo, tanquã non utatur*,  
Omnibus sese accommodet amica vsq; ad aras;  
det autem Deo Studeat omnibus; suis nihil dum  
neglektis: memor illius: *Si quis suorum, & maxime*  
*me domesticorum curam non habet, selem negauit, &*  
*est infideli deterior*. Deo primas, secundas sibi,  
proximo det tertias: sicque partes omnes veræ  
expleuerit charitatis.

Quod autem vtrarumque diuinarum huma-  
narumque rerum consensio in vera charitate  
fraternitatis sit coniungenda; id cum per sese li-  
quet; tum sancti Patres idem docent, ac monent.  
S Gregorij sunt ista: *f. Nemo, cum quempiam dili-*  
*git, habere se potius charitatem putet, nisi prius ip-*  
*sam vim suæ dilectionis examinet. Nam si quis, quem-*  
*libet et amat, sed propter Deum non amat; charitatem*  
*non habet, sed habere se putat. Charitas autem vera est,*  
*cum & in Deo diligitur amicus, & propter Deum di-*  
*ligitur inimicus*. Et S. Bernardus de eodē itaq; *vt,*  
*perfecta iustitia sit diligere proximum, Deum in cau-*  
*sa habere necesse est. Alioquin proximum pure dilige-*  
*re non potest, qui in Deo non diligit. In Deo diligere*  
*non potest, qui Deum non diligit. Oportet ergo Deum*  
*diligi prius; vt in Deo diligi possit & proximus*. Ete-  
nim, vt verè & grauitè S. Ambrosius: *h. Non po-*  
*test homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. Piu-*  
*tatis custos est Amicitia, & æqualitatis magistra*.

Pulchrè S. Gregorius Magnus, & prolixè Actus  
& munia Fraternitatis, in explicatione præcepti  
de charitate proximi, sic distinguit. *1. Proximi di-*  
*lectio ad duo præcepta derivatur: quod ab alio tibi o-*  
*rali. 10.*  
*dis fieri vide, ne tu alteri facias, per unum malitia cap. 6.*  
*compescitur, per alium benignitas præregitur*. Huius Actus varij  
autem benignitatis Actus mox istos recenset: *Charitatis*  
*Cum cogitat, vt ea alteri faciat, qua ipsa sibi ab altero & Fraterni-*  
*fieri expectat; pensat nimirum vt malis bona, & bo-*  
*tatis meliora respondeat: vt erga proceres mansuetudi-*  
*nem*

B

nem

d 1. cor. 7. 13

e 1. Tim. 5. 8

Duo in vno  
fraternitatis  
amore.f. Greg. ho-  
mil. 38. in  
Euang.g Bern. in  
tractatu de  
diligendo  
Deo.h Ambr. li. 3  
offic. cap. 10.¶ Cic. li. de  
Amicitia.  
a Aug. con-  
tra Acade-  
micos li 3.  
cap. 6.b August.  
Episto. 155.  
ad Martia-  
num.

c Ioan. 16.



nem longanimitatis exhibeat: 3. ut malitia peste lan-  
 guentibus gratiam benignitatis impendat; 4. ut dis-  
 cordes pace uniat; & concordēs ad concupiscentiam  
 verae pacis accingat: 5. ut indigentibus necessaria tri-  
 buat: 6. ut errantibus viam rectitudinis ostendat: 7.  
 ut afflictos verbo & compassione mulceat: 8. ut accen-  
 sos in huius mundi desiderijs increpatione refringat:  
 9. ut minus potentium ratiocinatione mitiget: 10. ut  
 oppressorum angustias, quanta praeualeat ope, leuet: 11.  
 ut foris resistentibus opponat patientiam; intus sus-  
 perbiōtibz exhibeat cum patientia disciplinam: 12.  
 ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum  
 temperet; quatenus à iustitia studio non eneruet: si  
 ad ultionem zelus ferueat; ne tamen pietatis limi-  
 tem serendo transcendat: 13. ut ingratos beneficijs ad  
 amorem prouocet: 14. ut gratos quoque ministris in  
 amore seruet: 15. ut proximorum mala cum corrigere nō vo-  
 let, taceat: 16. ut qz, cū corrigi loquendo possunt, silentiū  
 consensum esse pertimescat: ut sic ea, quae tacet, tole-  
 ret: ne tamen in animo virus doloris occultet: 17.  
 ut maleuolis manus benignitatis exhibeat, ne tamen  
 per gratiam à iure rectitudinis excedat: 18. ut cuncta  
 proximis, quae praeualeat, impendat; sed hac impenden-  
 do non timeat: 19. ut sic, quae possidet, tribuat, quate-  
 nus, quanta sit largitas remunerantis, attendat; ne,  
 cum terrena largitur, suam plus, quam necesse, inopiā  
 pertimescat, & in oblatione muneris, hilaritatis lu-  
 men tristitia obscuret. Hos recenset actus chari-  
 tatis in proximum Gregorius Magnus: & ijdem  
 sunt proprii veræ fraternitati spiritali:

Spiritalis  
 fraternitas  
 duplex: Re-  
 ligiosa  
 k. Mat. 1910

Sed hæc duplex semper fuit: Altera perfectio-  
 rum seu Religiosorum: Laicorum altera. Religio-  
 forum actus præcipui sunt duo è multis. Renun-  
 ciare sæculo; & Abnegare sese. Hi sibi dictum il-  
 lud arbitrantur: k. Si vis perfectus esse, vade, & ven-  
 de omnia quae habes, & da pauperibus; & habebis the-  
 saurum in caelis: & veni, sequere me. Item & illud:  
 I Man-

1. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem,  
 sicut dilexi vos. Vnde consequitur illud in hisce  
 I. Ioan. 13. 14  
 m. Mat. 23. 8  
 sunt, quos perfectionis charitas, velut supra se,  
 supraque humanam forem altius positos pro-  
 uexit, atque à cognata fraternitate abstrixit, &  
 ad solam spiritalem adstrinxit: ut dicere possint  
 n. Patri suo, & matri suae: Nescio vos: & fratribus suis: n. Deut. 33. 9  
 Ignoro illos: & nescierunt filios suos. His aded bonum  
 est visum, habitare fratres in vnum, & adherere  
 Deo; ut inter se, & cum Deo fierent vnus spiritus.  
 Hi prouide o custodierunt eloquium tuum Deus,  
 o Ibidem.  
 p. 2. Esdr. 4  
 & pactum tuum seruauerunt: & p. fideles comprobati  
 sunt; ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. Quo-  
 rum? Eorum, inquam, laicorum, quos fraterni-  
 tates inter sese colere placuit. Harum enim ple-  
 rarumque partes administrandæ in Ecclesia  
 Religiosis hodie sunt creditæ, semperque  
 fuerunt.

Iam alterum illud genus spiritalis fraternita-  
 tis, Laicorum inquam, principid quidem vni-  
 uersum omnium erat fidelium, quorum cor vnū  
 & anima vna: post autem, in tepescensibus annis  
 ac animis, ad paucos aliquos est redactum, va-  
 riijs passim coortis fraternitatibus: de quibus in-  
 fra capite 5. prolixius. Et quidem in primitiua  
 Ecclesia in vnam illam communem omnes coi-  
 bant fraternitatem spiritalem. Causam quaeris?  
 Huius causæ  
 Quia iam q. non ex sanguinibus, neque ex volun-  
 tate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo nati e-  
 ram fratres, & r. quasi modo geniti infantes, ac con-  
 cupiscentes, s. primitias spiritus habentes: aliud verò  
 r. nihil habentes, & omnia possidentes. Is spiritus  
 charitatis naturalem inter eos cognatamq; fra-  
 ternitatem non sustulit; sed ad perfectum addu-  
 xit; eo, quod ex parte erat & imperfectum, euacua-  
 to. n. Quo sanctius mutuum & animarum, & for-  
 u. 1. cor. 13. 10  
 sunarum

tnarum communionem obseruabantur re & nomine verè Fratres dicerentur Christiani omnes.

*Eiusdem Actus.*  
x Act. 4. 32.

Eorū nunc *Fraternitatis Formā, & Actus* ex Luca luculentè depictos proponamus. Sic ille x. *multitudinis autem credentium erat cor unum; & anima una.* Habes causam efficienrem; nuntium Charitatem. Actus nunc accipe. 1. *Nac quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia cōmunia.* 2. *Et gratis magna erat in omnibus illis.* 3. *Negue quisquam erat egenus inter illos.* 4. *Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, que vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum.* 5. *Diuidebatur autem singulis, pro ut opus cuique erat.* 6. 7. *Erant autē perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis PANIS, & Oracionibus.* 7. *Proprietate quoque perdurantes unanimiter in templo, & fratregentes circa domos Panem, succedebant cōmuni exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* 8. *Dominus autem augebat, qui salui fierent, quotidie in idipsum.*  
**Ita de spiritalis fraternitatis Actibus Lucas:**

a Am. Sermon.  
50.  
*Eiusdem contemptus opum, & largitas.*

In qua D. Ambrosius cum alia multa præclare, tum ista. *a. Legimus tantam deuotionem plebis fuisse, ut in re fraternitatis illis esset cuncta communia. Scilicet, ut, qui eodem consortio fruere uiderent, etiam uita paritate frangerentur. hoc est, ut, quibus erat una Fides, esset & una substantia; & quibus erat communis animus, esset & summus. Nescis enim patabant religiosi uiri, cum sibi participare non adfiscere in substantia, qui participes essent in gratia. Idè ex Fraternitatis Charitate omnibus somniantur uocabantur. Plura capite 3. inferius.*

Non sic Carnalis agit fraternitas: uia longè diuersissima incedit, duce Amore sui, & sanguinis. *Est enim, inquit S. Bernardus: b amor carnis, quo homo*

*homo diligit seipsum. Nondum quibus sapit, nisi seipsum: sicut scripsum est: prius quod animale, deinde quod spirituale. Non is præcepto induitur, sed natura inferitur. Unde & naturalem eam nobis placuit appellare. Hæc de Actibus utriusque hæc pauca sufficiant: inferius plura. Iam Spiritalis illius originem persequamur, atque aded à ter Opt. Max. illo Principio eam repetamus.*

b Ber. h. omil  
4. in Exech.

CAPVT. III.

*Vnde Spiritalis Fraternitas originem ducat?*

**C**um hæc dilecta Deo Fraternitas sit libera, quoad autem autem orationem, sic ne uolente quo Vno; simul fidelis sanctorum in charitate Dei Communio: eam vel imprimis esse bonā necesse est. Hocq; magis; quod a bonum non est, hominem esse solam. Ex diuerso autem, a bonum & inuicem esse fratres habitare in unum. Cum etiam nemo bonus, nisi solus Deus, vel unus Deus, ut Matthæus inquit; ac proinde, a omne datum primum, & omne datum perfectum de sursum sit à Patre luminum. Idcirco fieri quoque non potest; quin omnis bona fraternitas ex Deo Patre, infinito bonitatis fonte diriuata promanet, existens ex Sanctissima Trinitatis ueritate.

a gens. 18;  
b psal. 132.  
c l. uc. 18. 19.  
d Iac. 1. 17.  
Vnitatis Fraternitatis est ex unitate Sme Trinitatis.

Enimvero i. hoc orauit, & impetrauit Christus: 2. Hoc docuit & testatus est idem; & Apostoli attestarunt; Hoc ipsa charitatis ratio deposcit. Triâ hæc ordine exequamur. Primum. Seruatore oratio pro Apostolis quidè hæc erat: e. *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: VT SINT VNVM, SICVT ET NOS.* Pro uniuersis autē fidelibus simul ita subiicit Mediator noster: f. *Non pro eis autē rogo tantū, sed pro eis, qui credituri sunt per uerbum eorum in me: VT OMNES VNVM SINT: SICVT TY PATER IN ME, ET EGO IN TE; VT ET IPSI IN NOBIS*

e Ioan. 17. 21.  
Orante id. & impetrare Christo. f. Ibid. v. 20.

*SINT VNUM ut credat mundus, quia tu me misisti. Et egoclaritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, Ut sint VNUM SICUT ET NOS SVMVS. Ego in eis, & tu in me; UT SINT CONSVMMATI IN VNUM: ut cognoscat mundus quia Tu me misisti; & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Et notū feci eis nomen tuū; & notū faciā. Ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & Ego in ipsis.*

Non magis in his claritas, quam veritas a quoquam desiderari potest: quin videat, Voluntatem Reparatoris nostri primum esse similem illi, quæ in Deo est Patre suo. Deinde, inter Fideles quoque similem esse Vnionē, Communio- nemque debere. Tum postea, vtramque eam in Deū, vnde prorsum est desumpta, rursum esse referendā sic, vti in Deo fundata, & subnixā subsistit, indeque in homines dimanat. Ided inquit: *Vt & ipsi in Nobis sint vnum.* Vbi noster B. Albertus Magnus sic commentatur: *g Sin: vnum vnitatem Sensus & Spiritus, & Fidei, & Dilectionis; sicut vocantur in vnitatem salutis. Ad Ephes 4. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vnā spem vocationis vestra.* Sicut Tu Pater in Me, & Ego in Te. Sicut ait B. Alberrus; *denotat vnitatem similitudinis; non aequalitatis. Hanc vnitatem professus est Paulus. 2. Cor. 12. Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nōne eiusdem vestigijs? Scitē illa, ac verē Albertus.*

Sed non minus aptè, ad nostrum maximè propositum, S. Athanasius illud: *sint Vnū in nobis, sicut, &c.* ita accipit, vt dicat: *h Exemplo nostro vnū sint, sicut Nos vnum sumus: vel, ut sit sensus; In nobis id est; virtute nostra. Sicut psal. 59. In Deo faciemus virtutem; hoc est, virtute Dei.* Idem ad eandem prorsus similitudinis vnitatem interpretatur S. Cyrillus. i. Neque ad similitudinem solam; verum etiam ad quandam quasi Aequalitatem pro-

*Sed vnitatem similitudinis vel exempli. g Albert. in Postila super Ierem. 17.*

*Et cuiusdam etiam aequalitatis. h Athan. serm. 4. contra Arianos. i Cyril. lib. II. cap. 15.*

proportionis id, referendum esse censet. Id quod in medio relinquo.

Quapropter qualem esse credimus in Deo Vnionem, Communioemque Essentiae, & Attributorum: talem proportionē inter Fideles esse sentimus, ac scimus: atque hanc ex illius idæa expressam, ac informatam: non multò fecius, atque k. ad imaginem & similitudinem Dei formatus est homo. Habet itaque plurimum inter se vnio, Communioque Fraternitatis, similitudinem suā ac fundamentum in Vnitate Sanctissimæ Trinitatis.

*Vnitatem tamen fidelium fratrum inter sese, atque cum Deo Cyrillus, l. duplex hic acutè peruidit, doctè que explicauit. Alteram animarum; Corporum aliteram.*

*Animas enim vniri asserit inter sese vnitatem S. spiritus. Nam omnes credentes in Christo vnum & eundem spiritum participant; vt nimirū sic & in Ipso inuicē vniantur; & per Ipsum in Deo esse dicantur. Idem docet S. Athanasius m. & testimonium scripturæ adijcit ex S. Ioanne istud: u. In hoc scimus, quia Deus manet in nobis ex spiritu, quem dedit nobis. Adde quodd. o. Qui adheret Domino, vnus spiritus est. Et p. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Quid multa? Tale est glutinum animæ cum Deo Charitas, vt ipsa q. virtutū perfectionis, & r. plenitudo legis nominetur & sit. Iam cum multa sint perfecta ac plena; perfectio ipsa & plenitudo nostra Deus rectè existimatur, & est. Inde S. Cyprianus charitatem appellat s. fundamentum pacis, tenacitatem ac firmam vnitatis: Augustinus t. Summam salutem morū, finem celestium preceptorum, mortem criminum, virtutem virtutum: S. Bernardus quoque vocat eam u. hominum matrem & angelorum, non solum qua in terris, sed etiam qua in celo sunt, pacificantur.*

*Vnitatis ea duplex est. I Cyr. li. II. Vna spiritualis participationis in Deo. m Athan. ubi supra. n I. 10. 3. 2.*

*o. I. cor. 6. 17. p. I. Ioan. 4. 16. q. q Coloss. 3. r Rom. 13.*

*s Cyp. lib. de patientia. t Aug. serm. 53. de temp. u Bern. Epist. 2.*

Denique eò vsque Regina Virtutum ascendit charitas, vt has vna cunctas supergressa salutis humanæ Summam constituat. Congruenter illi dicto S. Augustini. *Charitas est verissima, plenissima, perfectissimaque iustitia.* Atque sic quidem nos vnit cum Deo charitas in Deum.

Numquid & Charitas fraternitatis, hoc est, charitas in proximum nos vnit Deo? Et verò validissimè. Hæc enim est dilectionis in Deum indicium ac rudimentum. Audi discipulum, quem diligebat Dominus. *γ. Si quis enim dixerit, quoniam diligo Deum; & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo; vt, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Ergo dilectio fraternitatis, est dilectio Sanctissimæ Trinitatis. Certè Augustinus in illa Ioannis verba sic commentatur. *Z. Lex Imperatoris est: Mandatum nouum de vobis, vt vos inuicem diligatis. Dicit ergo, te diligere Christum? Serua mandatum eius, & fratrem dilige. Si autè fratrem nò diligis: quomodo eum diligis, cuius mandatum contempsis? Nò posse, non debet Dei, proximique dilectionem à sese diuelli, præclare docet idè S. Augustinus libro octauo de S. Trinitate, capite octauo. Et idem alibi sic ait: a. Tu, quia Deum non vides, diligendo proximum promeris, vt videas; diligendo proximum purgas oculum ad videndum Deum: cuius dicitur Ioanne dicente; b. Si fratrem, quem vides, non diligis; Deum, quem non vides, quomodo diligere poteris? Quocirca hominum inter sese vnio, est eorundem cum Deo coniunctio. Sed personarum diuinarū inter sese vnio, est vnionū & fraternitatū inter homines similitudo. Vnde sequi necesse est, Spiritualem Fraternitatē ex Deo originē ducere oportere. Atq; ista de vnitate fidelium animarū. Altera est vnitas corporum inter eosdem.*

Nam

Nam & corpora sese fraternè diligentium efficiuntur Vnum quodammodo: idq; IN VNITATE CORPORIS CHRISTI, quod realiter in Sacramento Christianis datur. Etenim tam certum, quàm tritum est; quòd, quæ in vno tertio conueniunt, & ipsa inter sese conueniant: Atqui in Corpore Christi sacramentaliter participando Christiani conuenimus omnes: quare in ipso quoque Vnū quodammodo corporaliter inter nos efficiimur. Et hoc vt fieret, orauit Christus, vt vnum simus. De hac vnitate Apostolus c. *Quoniam vnus panis, & vnū corpus multi sumus omnes, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Cōsentit hinc, cōsciscitq; D. Hilarius. ad ipsi S. Cyrillo. Quin & Apostolo dicenti: *Quia ergo pueri cōmunicarūt Carni & Sanguini Christi, & sese similiter participauit eis idè.* Quæ cū ita sint, quis tā esse sui, hominū, Deiq; defertor potest; qui nò gestiat *Diligere Charitatē Fraternitatis?* hoc est: vinculum omnis & Humanitatis, ac etiam Diuinitatis. Vt pote à qua dimanat, seque diffundit inter homines imago, coniunctioq; omnis fraternitatis. Sed istud nunc ex ipsius veritatis ore cognoscamus clarius: hoc enim alterum erat, quod docere proposui.

II. Ipse Magister Christus docet, quòd *f. vnus est Pater noster in calis: Ex quo, vt eiusdem discipulus docet: g. omnis Paternitas in calis, & in terra nominatur.* Prorsus, inquam, eundem ad modum omnis Fraternitas in calis, & in terra Filio Patris nominatur, atque descendit. An non Pater est, qui ita testatur, ac mandat: *h. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bonè complacui: Ipsū audite* Audiamus igitur per Corculum suum Ioannem de se, deque Fratribus suis ita testantem. *i. Quot quot receperunt Eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri.* Et facti sunt Filij, teste Apostolo: *k. Accepistis spiritum adoptionis Filiorum, in quo clamatus, Abba.*

*Alia Corporis in Eu-  
charistia.*

*c. i. cor. 10.*

*d. S. Hil. lib.  
8. de Trinit.  
c. Heb. 2. 14.*

*f. Mat. 23. 9.  
g. Ephe. 3. 15.  
Fraternitas  
de calis des-  
cendit.  
h. Mat. 3. 17.*

*i. 1. cor. 1.  
k. Rom. 8. 15.*

*Ab-  
ba.*

*x Aug. lib.  
de natura &  
gratia cap.*

*42.  
Christus  
fraternita-  
tis vnit nos  
Deo.*

*y Ioan. 4. 20*

*z Aug. tract.  
9. in Epist.  
Ioan.*

*a Aug. tract.  
15. in cap. 5.  
Ioannis.  
b i. Ioan. 4.  
20.*

*da Pater. Quod si ergo ipse spiritus testimonium red-  
dit spiritui nostro, quod sumus Filij Dei: ut idem in-  
fert: cur non & Fratres Filij Dei erimus ac nomi-  
nabimur? Planè sic ibidè ratiocinatur à postolus:  
Si Filij; & heredes; h. redes quidè Dei, coheredes autem  
Christi: Cur non & confatres eiusdè Christi? Est  
igitur fraternitas Christianorum à Christo, est in  
Christo, est cum Christo. Quia, ut verè B. Al-  
bertus Magnus, l. Est illa ex eodem Patre, & ad ean-  
dem hereditatem. Ut proinde ipse dicat: m. Dic Fra-  
tribus meis; Ascendo ad Patrem meum, & Patrem  
vestrum. Sic Albertus. At Paulus haud paulò di-  
fertius, & ipse Frater ex Fratribus Christi; Chri-  
stum appellat. n. Primogenitum in multis Fratribus  
Et iterum: o Propter quam causam non confunditur  
Frater vos vocare, dicens: Narrabo nomen tuum fra-  
tribus meis. Ac ibidè: p. Unde debuit per omnia si a-  
tribus similari. Quapropter cum q. sit Caput Eccle-  
siae Christus, Caput quoq; cuiuscunq; piaè frater-  
nitatis esse Christianæ haberiq; debet Christus.  
Idq; modis penè singulis istis, quos apud Alber-  
tū Magnum bellu istud complectitur distychon.*

1. Alb. in Po-  
sil. super  
12. Matih.  
v. 50.  
n. Jo. 2. 20.  
n. Rom. 8. 29  
o Hebr. 2. 11  
p. Ibid. v. 17.  
q. Colo. 1.  
Ephes. 5.

r. Alb. Mag.  
super h. cat.  
12.

s. Jo. 13. 3.  
e. Jo. 14. 28.

r. Dat. diu. 1. Natura, 2. Fides, & 3. Adoptio Fratres  
4. Gens, 5. Lex 6. Affectus, 7. Regna, 8. Sanguis, 9.  
Amor.

Quia igitur unigenitus Dei Filius, idemq; primo-  
genitus in multis fratribus de sese testaturus. Exiit  
à Deo, & venit in mundum. Itorum relinquo mundū  
& vado ad Patrem: & t. In hoc credimus, quia à Deo  
existi: Ea propter Fraternitas simul omnis cum  
Ipso à Deo exiisse, cumq; fide Christiana inseri  
nobis atq; propagari dicenda est. Id quod haec te-  
nus ex Oratione, exque doctrina Seruatoris no-  
stri satis liquet.

III. Charitatis ratio atque natura ipsa idem suo  
velut iure satis euincit, atque demonstrat. Nam  
charitas ut forma est omnium perfectioque vir-  
tutum

tutum: ita quoque & Fraternitatum. Etenim  
Fraternitatis, quoad originem suam, Principium  
Quod, est charitas: quoad statum conseruatio-  
nem quæ suam, principium Quo eadè est charitas. Est  
igitur charitas genitrix, nutrixque Fraternita-  
tum. v. *Videta qualem charitatem dedit nobis Pater.* u. 1. Ioan. 3. 1  
Hæc causa efficiens est fraternitatis. Vt filij Dei  
nominemur: Hæc forma est eiusdem: nam forma  
dat denominationem rei. Est frater: Hic effectus  
est, ipsaque fraternitas. At qualem dedit charita-  
tem ipsam inquam Filium suum & sic enim Deus  
dilexit mundum, ut daret Filium suum unigenitum.  
Quo fine? 1. y. Vt nos diligamus Deum; quoniam  
Deus prior dilexit nos. 2. Deinde, x. ut & diligamus  
Alterutrum diligere, est fraternitatem colere. 23.  
Descendens igitur ex Deo charitas secum inde  
deduxit, interque nos diffudit Fraternita-  
tem.

Porro sic ratiocinor. Charitas, quicquid est,  
ex Deo est: ergo & Fraternitas. Quia aliqua cha-  
ritas est fraternitas; quoad efficientiam, & effe-  
ctum. Ideo appellatur ab Apostolo Charitas fra-  
ternitatis; omnibus tam nota, quam vñtata. De  
charitate autem fraternitatis, inquit, a. non neces-  
se habemus scribere vobis: ipsi enim à Deo didicistis,  
ut diligatis invicem. Mo. x. addit: Etenim illud faci-  
tis in omnes fratres in uniuersa Macedonia. Hæc au-  
tem dilectio mutua, est charitas fraternitatis: &  
vñtq; ex Deo est. Teste Apostolo b. Diligimus nos  
inuicè; quia charitas ex Deo est; & omnis, qui diligit, ex  
Deo natus est. Qui verò sese diligunt, fratres sunt, &  
sunt vna quædā fraternitas ex, & in Deo, per Chri-  
stū. Quare c. qui etiā proprio Filio nō peperit; sed pro  
nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cū  
illo omnia nobis donauit. Donauit Paterni-  
tatem, Filiationem, Fraternitatem; donauit &  
hereditatem, Agite

u. 1. Ioan. 3. 1

x. Ioan. 3. 16.

y. 1. Ioan. 4.

19.

z. 1. Ioan. 3.

23.

a. 1. Thes. 4. 9

b. 1. Io. 4. 7

c. Rom. 8. 32

d. 1. Pet. 2. 7. Agite igitur. *Fraternitatem diligite: monet Pe-*  
 e. 1. Pet. 1. 22. trus. Sed quemadmodum? In *Fraternitate amor,*  
 f. Heb. 13. 1. *simpliciter ex corde invicem diligite attentius: Et f. Cha-*  
 g. 1. Ioan. 4. *ritas fraternitatis maneat in vobis. Quia gratiss-*  
 11. *ime, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum*  
 h. 1. Ioan. 2. 9. *diligere. Si diligamus invicem, Deus in nobis ma-*  
*net, & charitas eius in nobis perfecta est. Atque*  
 etiam *h. qui diligit Fratrem suum, in laudem*  
 manet, & scandalum non est in eo. Idcirco i. No-  
 i. Ioan. 3. 14. *scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam;*  
 k. Hebr. 13. 8. *quoniam diligimus fratres. Itaque k. Fratris, invicem*  
 l. Gal. 5. 14. *diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit.*  
*Omnia enim lex in una sermone impletur: Dilige*  
*proximum tuum, sicut teipsum.*

CAPIT V.

De Spiritalis Fraternalitatis statu vario, atq; de  
 effectu, diversis atatum seculis, ab orbe con-  
 ditio, vsque a seculum novum  
 a Christo nato.

(a) **V**idi nihil permanere sub sole. Quia (b); om-  
 nia tempus habent, & suis spatijs transeunt  
 vniuersa: Atque ad d. c. Rege, qui seruiunt ei, non sum  
 stabiles. Verum, d. Deus infatuus, quod ab-  
 ijt. Quia omnia in Fraternalitate verissimè con-  
 ueniunt. Ita multiplicem illa experta subiit or-  
 tus sui, atque occasus vicissitudinem. Causam à  
 me quæris? Primum, ecce non causam.

Deficientia Cum omnis bona Fraternalitas in charitate  
 Fraternalitatis consistat; Cuius quoque vnionis, communionisq;  
 eius causa non mutua similitudinem in Deum incommutabi-  
 lem referat, vnde dimanat. Illius igitur vicissitu-  
 dinis seu causa, seu culpa haud quaquam Dei vol-  
 un-

Iuntati, aut Charitatis instabilitati potest affi-  
 gnari. Nam i. apud Deum e. non fuit Est, & Non: e. 2. cor. 1. 15  
 sed Est in illo fuit. Quia, inquit, f. Ego sum, qui Sum 10,  
 g. Ego Doroimus, & non mutor. Atque etiam h. sine f. Exo d. 3. v.  
 penitentia sunt dona, & vocatio Dei. In quibus do- 14.  
 num Fraternalitatis quoque numerandum est. 2. g. Mal. 3. v. 6  
 Quid, quod & i. Charitas nunquam excidit: siue h. R. 11. v. 19  
 propheta euacuabitur, siue lingua cessabit, siue i. 1. Cor. 13.  
 scientia destruetur. Tam res istius vno manipulo v. 8.  
 causas accipe: Naturam. Peccatum. Philantiam. Sed ex hu-  
 manam mutua belitate.

Quod igitur Fraternalitas sapenmero interci-  
 dit, culpam sustinent ipsi Fratres: causam verò  
 congenita nobis fragilitatis humanae incon-  
 stantia; quæ in Charitatis, sursum nos vocantis,  
 contentione & nisu paulatim remissiores, no-  
 strique immemores nos reddit; vt retroacti, ve-  
 lur pronò flumine, ad deteriora defluamus.

Dein, k. PECCATVM peccauit Ierosalò (natura in-  
 quam humana) propterea instabilis facta est. l. Di-  
 latus manere pedes suos, & non quiescit; & Domino  
 non placuit. Tertia proinde causa est, quòd, m. Sic  
 anis transfugans de nido suo, Sic vrs, quæ derelinquit  
 locum suum: Sic homo deserens communem Fra-  
 ternitatis amorem, in laqueum incidit aucupan-  
 tis eum philantia. Quæ quantò sui est, bonique  
 priuati studiosior; tantò proximo, publicoque  
 perniciosior esse consuevit, atque Ciuitatem  
 Ciuitati Dei contrariam & inimicam excitare:  
 velut superius ex diuo diximus Augustino. Atq;  
 hisce innuisse fat est paucas è multis causas vicif-  
 situdinis Fraternalitatum. Nunc harum quo-  
 que nonnullarum ortus, occasusque refe-  
 ramus.

I. Inter Abelù & Cainum Natura Fraternalita-  
 tem sanciuerat: Sed hac sanctiorem initiauerat  
 contracta vtriusque necessitudo, & religiosa ex-  
 ercendi

k. Thren. 3.  
 v. 8. 2. 13.  
 2. Ex Pec-  
 cato.  
 l. Ier. 14. 10.  
 m. Prov. 27.  
 v. 8.  
 3. Ex Phi-  
 lantia.

1. Fraternali-  
 tes Natura  
 ex lege.

a. Ecc. 1. v. 11  
 b. Ecc. 3. v. 11  
 c. Nu. 9. v. 18  
 d. Ecc. 3. v. 15

n Gen. 4  
Extinguitur

ercendi cultus diuini consuetudo. Ambo iustitiam faciebant, Sacris operati: ambo in spiritali Numinis propitiandi studio communicabant. Vnio hæc, communioque duorum, spiritalis fuit fraternitas. Felix ob hanc orbis erat futura posteritas; nisi diaboli malignitate pestus alterius perfodisset fraterni boni inuidencia; nisi charitate in eo internecone extinxisset. Vnde illud factoprius, quam dicto S. Joannis patuit. *Quod in hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est in Iesu, non est ex Deo; & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio: ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat; & occidit fratrem suum, &c. Qui non diligit manet in morte. Omnis, qui occidit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in seipso manentem.* Tali ex causa occidit fraternitas prima.

a. Natura  
Legalis  
& ipsa deficit.

II. Fuerat citra dubium in Naturæ statu, inter pios Adæ posteros Dei cultores spiritalis unio quedam atque communio, ex animante eos, & inuicem amante in ipsis Dei spiritu. Quid verò illam diluit, atque corripit; nisi quod Deus queritur. *Quia spiritus meus in homine caro est.* Hunc Communis boni atq; Honcsti amor publicus verterat in proprium, sibi que ventrique deseruientem. Adde eam, quam Fraternitatem Loth inter & Abrahamum Natura fundauerat, inque altum Charitas eduxerat. Illa tamen ex opum mole magna, seruorumque discordia fatiscibat.

3. a Legis  
Adiustata,

III. Orta ex femine Abrahamæ Hebræorum, Israelitarum, Iudæorum vera & re, & nomine fraternitas; eademque Mosaicis imperata, diuinis etiam firmata legibus; quantas inter vicissitudines iactata nõ fuit, alternis nascens atq; occubens. Duodecim Fratres naturâ, vitæ vsu, & religione  
Ægypti

Ægyptiacam ingressi Gessen, numero auxerunt innumero: Fratres iidem inde per mare rubrum educti; circumducti per desertum; tandem in promissam inducti terram, fraterna iura quam diu coluerunt, bene cum ijs feliciterque est actum. Quoties violarunt, aut defectione à Deo, aut rebellionem aduersus magistratû; aut facta ab inuicem secessionem; aut aliquâ obedientiæ lege temerata: toties, & magno suo malo luere. Inter hæc verò tam multiplex illi accidit fraternitati varietas, vt ei fuerit.

Et hæc elanguescit

q Euripides  
in Hyppol.

q Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca,  
Et vixit dum felici renata ortu, læpiusque reparatam, continuo malignus casus alius ex alio obruebat. vt r tu, si ist hoc fuisset, haud scisses, quid optes aut fugias; ita ludebat dies, inquit Publius. Ita, omnes à Deo, à sese, ab iuerant acti transuersum omnes declinauerant, simul inutiles facti fuerant; nec erat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum. Vna erat super spes expectatioq; plebis Israel, reparator, prolapsæ rei, & Seruator reparatæ  
CHRISTVS.

Publius Mi-  
mus.

VI. Hic cum omnibus orbem flagitijs perditum, vltimisque addendum supplicijs in solidam apud Deum restituere gratiam, & viam aperire salutis moliretur; in hanc primam incumbere curam, vt è multis mundi filijs paucos sibi quosdam deligeret eximios, quos filios Dei, & Apostolos diceret, ac Fratres esse iuberet. *Omnes vos Fratres estis.* Dixit; & facti sunt. Oratur, *Et vt omnes vnum sint;* & impetrauit à Patre, & ab ipsis ipse *Primogenitus in multis Fratribus.* Sed nec ista diu stetit inconcussa Fraternitas, u. Percussus est Pastor, & dispersæ sunt oues; & relicto eo, fugerunt omnes fidei desertores, charitatis ac Fraternitatis obliti. Atque nisi à mortuis rediuuius existens eam quoque intermortuam reuocasset

4 Fraternitas  
Apostolica,  
Et hæc syn-  
copen pati-  
tur.

s Mat. 23. 8.  
t Joan. 17. v.  
11.

u Zach. 13.  
v. 7.  
x Mat. 26. v.  
56.

uocasset ad vitam; actum & cum illa fuisset.

V. Iam verò ita eam inter Apostolos vitam re-  
stituit, vt angustis non contenta finibus serperet  
primùm felici incremento; tum longè se conti-  
nuò, lateque funderet inter Christi fideles. Ni-  
mirum hoc erat, quod prædixerat. Ego eligi  
vos, et posui vos, et cetera. Et fructum in affectibus, &  
fructus in sermone. Ad eò primò, alteraque hunc

fructum Petri concio demonstrauit: quibus ali-  
quor millenæ animæ, Christum professæ, Apo-  
stolorum Fraternitati sunt annueratæ; vt a  
multitudinis Cœditurum esset cor unum, & anima una.

Quos quidem omnes non voce duntaxat; sed  
scripto quoque idem iubeat esse. Petrus, vt cohe-  
redes gratia vitæ. VNANIMES, cõpatiters, FRATERNI-  
TATIS AMATORES, misericordis, mod. flas, in unum;  
nò reddetes malum pro malo, nec maledicta pro maledi-  
ctis; sed è contrario benedictores: quia in hoc vocati  
estis, vt benedictionem in hereditate possideat. s. c. Ant  
omnia autem mutuum ait porro, in vobismetipsis  
Charitatem continuam habentes: quia charitas operit  
multitudinem peccatorum. Hisp tales inuicem sine  
murmuratione, Pmissis que sic accipit gratiam, in  
alterutrum, illam administrantes, sicut boni dispensa-  
tores multiformis gratia Dei.

Quæ idè prolixius adscripsi, vt ex hac lu-  
culenter depicta primogenitæ Fraternitatis  
forma, cætera id generis, quæ longè plura ibi-  
dem recitantur, suo pte quilibet studio requirat di-  
ligenti, & secum attentius mente pertractet, cū  
ea; tum ista, istorumque similia, quæ ad calcem  
capitis superioris à me sunt commemorata.

Hæc tantæ, tamque dispersæ vna corde, y-  
nâque animâ amanti iuicem, ac animanti sese  
multitudinè nec accommodatius, nec dignius,  
nec efficacius nomen aut titulus reperiri potuit,  
& imponi debuit; quam iste: FRATRES.

Hoc

g. Fratern.  
Christiana.  
x. Ioan. 16.  
v. 16.

a. Ad. 4. v.  
32.

b. 1. Pet. 3.  
v. 8.

1. Eiusdem  
descriptio  
c. ibidem c.  
4. v. 3.

a. Celebri-  
tatis.

Hoc itaque nomine tam glorioso A-  
postoli in omni sermone priuato, in publicis  
concionibus, scriptisque literis, suos Christi  
fideles affectuosissimè compellabant; hoc o-  
re, hoc calamo identidem vsurpabant; hoc  
toto pectore, totiusque; fraternæ vitæ tenore toti  
orbi contestabantur, & celebrabant. Vt si vel  
in paucis solius Pauli epistolis id plus centies re-  
peritum affirmarim; tantum nihil mentiar in  
maius, vt minus dixisse coargui queam.

De cuius augusti Nominis maiestate, reue-  
rentia, vi quoque; & efficaciâ; de Fidelium in hoc  
Nomine suo gloriatione corâ recutitis Iudæis,  
Gëtibus ac barbaris, nihil attinet me plura scri-  
bere, scripserunt iam olim in primo & aureo isto,  
à reparata salute sæculo, scriptores aurei  
grauissimique; autores Lactantius Firmianus (d)  
Athenagoras Philosophus, in Oratione pro  
Christianis: Iustinus item Philosophus oratione  
ad Imperatorem Antonium Pium: Minutius  
Felix in Octauio. Tertullianus: alijque; cum plu-  
res: vt Christianorum cœtus non alio, quam  
nomine hoc, Fraternitatis nuncuparentur: te-  
ste Baronio, e.

Vnius hîc Tertulliani locum, ad memoriam  
insignem, subijciam: qui, cum huius Nominis  
infamarentur à Gentilibus Christiani, rationem  
reddidit in hæc verba f. Sed & quod FRATRES  
nos vocamus, non aliis, opinor, infamât, quàm quod  
apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione si-  
mulatum est. Fratres autem etiam vestri summi in-  
renatura, matris unius. Esi vos parum homines;  
quia mali fratres. At quantò dignum Fratres & di-  
cuntur, & habentur, qui unum Patrem Deum agno-  
uerunt; qui unum Spiritum biberunt sanctitatis; qui  
de uno vtero ignorantia eiusdem ad unam lucem ex-  
pauerunt Veritatis? Sed èd fortasse minus legitimi  
existi-

d. Laet. li. 3.  
c. 12.

e. Cas. Bar.  
Annal. to. 1.  
anno 43. §.

14.

f. Tert. in  
Apologia  
cap. 39.  
3. R. atio.

C

existi-



existimamur, quia nulla de nostra Fraternitate tra-  
gædia exclamatur: vel quia ex substantia familiari  
Fratres sumus; que ponet vos ferè dirimit fraternita-  
tem. Itaq; quia animo, animaq; miscemur; nihil  
de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscre-  
ta sunt apud nos; præter uxores. In isto loco con-  
ortium solvimus; in quo solo ceteri homines consortium  
exercent, qui non amicorum solum matrimonia u-  
surpant; sed & sua amicis patientissimè subministrat.  
Est planè hic dignissimum, quod notes. 1. Infi-  
deles à Fidelibus etiam Fratrum instar amari.  
2. Fraternitatis originem ab vno esse Patre, Bap-  
tismo, Spiritu, Fide: 3. Fortunas fratribus  
communes fuisse. 4. Quanta in his Fraternali  
Nomini gloria extiterit.

Erant quidem alia Fidelibus nomina: at nul-  
lum isto frequentatius, aut gloriosius. Primum,  
Fideles audiebat Christiana plebs, cui de Fide no-  
men est: inquit Diaconus: g. Deinde audiebant,  
Christiani: à Christo, & Chrismate seu Baptis-  
mi, seu Confirmationis, quo perungi consueve-  
runt. 3. Audiebant Sancti, h. à Sanctificatione  
accepti Spiritus sancti: à Sanctorum parti-  
cipatione Sacramentorum; ex auditione sancti  
Verbi Dei: à sanctimonia vitæ; à Christo, qui est  
sanctificatio nostra; deniq; à communionem San-  
ctorum. 4. Audiebant Credentes: i. Ed, quod  
k. Accedentes ad Deum oportet credere; 1. in cap-  
tuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequi-  
um Christi: & in promptu habentes ulcisci omnem in-  
obedientiam. 5. Audiebant denique, (vt alia  
prætermittam,) Catholici. Quia, vt Pacianus in-  
quit: m. Qui Catholicus, idem obediens; qui obedi-  
ens, idem est Christianus: Atq; ita Catholicus, Chri-  
stianus est.

Libet hic addere, quæ ibidem præmittit  
idem. Christianus mihi nomen est, inquit, Catho-  
licus

## 3. Gloria

Christiana  
viamina cõ-  
plura.  
g. Pontius  
in vita S.  
Cypriani.  
Et Ephes.  
1. Colof. 1.  
1. Rom. 4.  
h. Ro. 1. & 13  
Act. 26.  
2. Cor. 13.  
Act. 9.  
Phil. 4.  
i. Ambr. lib.  
1. de Sacra-  
men. cap. 1.  
k. Heb. 11. 6.  
l. 2. Cor. 10.  
m. -at: ad  
Synp. No-  
uatiannum.

iscus verò cognomen. Illud me nuncupat; istud ostendit,  
Hoc probor; inde significor. Catholicus ubiq;  
vnum; vel, vt doctiores putant, obedientia omnium  
nuncupatur.

Ampla hæc Nomina; re tamen ipsâ nihilo Nomen Fra-  
sunt alijs alia ampliora. In hisce verò caput ex- ter separat  
tulit altius hoc vnum, FRATRES. Præcellit id vniuersa  
antiquitate: vt pote primum ac princeps quod  
Apostolis inditum à Christo, ab his ad cæteros  
cum Fide sese & charitate propagauit. Magna  
est Fides, Spes magna; maior autem horum est  
charitas: n. At charitatis nomen est isthoc, Fra- n. 1. Cor. 13.  
tres. Stetit nominis huius dignitas ac sancti-  
tas apud Christianum vulgus, quàm diu Vita  
communis inter eosdem persistit; dum obsoleta  
iacuit & exosa proprietatis; dum serbuit charitas.  
At postquam multiplicata fuit Christianitas; nec  
perinde magnificata Charitas; ecce tibi paula-  
tim in vulgo intercidit Fraternitas.

VI. Attamen sal terræ sacer Clerus, Ordoq; Mo- 6. Fraternali-  
nasticus euascentem, (sæculo circiter post tas Ecclesia-  
Christum natum quinto,) in plebe promiscua stica & Mo-  
Fraternitatis odorem iuxta & saporem, integrum nasticam.  
in sese & incorruptum retinuit: vt iam virtus e-  
iusdem collecta fortior esset seipsâ prius diffu-  
sâ. Rem notam, ac testis proinde nullius egen-  
tem scribo. Quid astruam; quam omnis testa-  
tur scriptorum ætas; & Ecclesiarum vsus loqui-  
tur: Vt insaniat, qui obganniat: aut ecclesiasti-  
ci nihil sciat, hoc qui nesciat.

Et in Clero quidem constitit vigor hic, si osq;  
nominis huius, quàm diu nulla inter ipsum sin- gularis  
gularis peculij, atq; domicilij separata proprie- Floræ dis.  
tas illam arborem vitæ, Vitam communem, in- p. S. Augu-  
quam, velut impacta securi lacerabat, ac radici- in Regula.  
cellario & vestiario, (vt S. Augustin. loquitur,) p. vici-  
cellario & vestiario, (vt S. Augustin. loquitur,) p. vici-

visitabant. Quàm diu sub vna Regula, in vno Dormitorio ac Monasterio, sub vnus Præpositi regimine debebant. Vt autem ista obsoleuerunt; vt permixta cuiq; singularitas; ac proprietates Clero indulta est; vt redditus communes distribui in partes, distrahiq; caperunt: tum quoque sanctum hoc nomen *Frates*, velut capite minutum, iacuit truncū, & inutile corpus. Vix inter Clerū vsquam alibi, præterquam in choro audiebatur compellatio mutua, *Frater*. Alij tituli increbrescebant; charitas elanguescebat. Venerabiles Dominos, aut Canonicos accepta beneficia ecclesiastica reddebant: Magistris nostros, prouocior scientia: alios aliud titulos efficiebat: Fraternalitas verò communiter deficiebat. Expirasset vox, *Frater*; n̄ chorus illi frigidam subinde affudisset. Testantur id Concilia Patrum: vt Turonense, cap. 12: Aquisgranense, cap. 143. Historici Ecclesiastici attestantur idem: vt vnus è multis Albertus Krantzius locis diuersis q.

q. Krantz  
in Saxo. lib.  
3. c. 16. Et li.  
4. c. 1. Et 27.  
idem lib. 7. c.  
5. In Metro-  
poli lib. 3.  
cap. 16. Et c.

7. Frater-  
vitas in  
Monasterijs  
consistit.

VII. Hactenus ex orbe toto intra Ecclesiarum parietes, ad quasdam quasi redactum angustias vidimus amplum hoc nomen: *Frater*. Quid, si penè ad incitas quoq; redisse tū docemus; cum sub solis ferè claustralibus monasteriorum seris asseruabatur? Enimuerò quantum annis ab hinc propè sexcentis inter Ecclesiasticos vocabulum *Frates*, est desitum: tantum Religiosos inter, hoc est, Monachos fuit, vt est, frequentatum. Vt hodieq; cum audis: *Frater*: Monachum animo concipias: nihil fastuosum mente cogites, nihil vanum, asperum nihil, nihil opulentum: Sed paupertate humilem; castitate virum singularem; facilem obedientia; charitate Fraternalitatis amabilem, Religione Professum.

Quo

Quò maior nostri est æui deterioris insolentia; quæ *Frates* vocari erubescit, ac etiam fastidit. Hoc cuiusnam toni est, ac Spiritus? Equidem me legere memini, quondam hæreticos irrisui habuisse, & auribus aspernatos fuisse nomen hoc: *Frates*. Nam cum quondam Carthagine Episcopi Catholoci in celeberrimo conuentu cum Donatistas super controuersis fidei capitibus disceptarent; ex Christianæ charitatis more illi Donatistas, *Frates*, appellabant. Hoc indignari hi indigni, nomen Fraternalitatis penitus respuebant. Id quod S. Augustinus istis testatur. *Illi, cum hoc nomen à nobis audirent, iniuriam sibi fieri apud Aetna dixerunt; nec mandato nostro admoniti, ubi hoc ex Propheta testimonium post Collatum est, recolere potuerunt, Deum præcepisse: nem edito f. Dicite. Frates nostri estis, his; qui vos oderunt, & qui vos detestantur: vt nomen Domini honorificetur, & appareat illis in iucunditate; illi autem erubescant.* Idem ad Maximum, Donatistarum Principem inscripsit: *e. Fratrem verò quod te vocem, non late præceptum nobis esse, dicamus: Frates nostri estis.* Cuius etiam rationem reddit Optatus Mileuitanus Episcopus, u. quando septem libris datis ad Parmenianum, schismaticum Carthaginensem Episcopum, Donatistarum caput, cum in hisce Fratrem sæpius appellarat: Fratrem, inquam, eum dicebat ex confortio Sacramenti; quòd vno Baptismo, ab vna progenitrice Christiana Religione geniti fuissent.

Estigitur *Frater* vox Religionis, vox Ordinis, honoris vox & amoris. Appellatio ea & Christiani cuiuscunque, & Ecclesiastici viri, & Religiosi titulus semper fuit. Fuit verò is titulus Christianis communis; proprius Ecclesiasticis; Religiosis singularis. Cum autem Christianus nemo fuerit vnquam, qui non in aliquo trium horum

*Digressio in fugitantes nominis fraterni.*

r. Aug. contra Gaudentium lib. 2. c. 11, Et libro post Collatum cap. 35. Et Cas. Baron. Annal. to. 5. anno 411. §. 23. f. 151. c. 66. t. Aug. Episcopi. 203. u. Opt. lib. 7. contra Parmen. schism. Baron tom. 4. Anno 368 §. 13.

C 3

horum numero censei aliquando voluerit; nemo quoq; repertus fuit vnquam vir bonus, præter Nouatores Donatistas, qui hoc nomen, suâ personâ velut indignum, fastidiret

*Quales sint, qui fratres dici nolint.*

Si qui autem id hodie fugitant patrifantes potius, quàm Fratres dici cupientes; i. ij Spiritû DEÏ non habere videntur eum; qui, quos inducibat efficiebat, diffusâ in cordibus eorum fraternitatis charitate. 2. Aut à veteris Ecclesiæ indole, sensu, ac ingenio, fraternitatem diligente, nimium quàm remoti sunt, & alieni. Verùm alio quodam ambitionis typhone inflati, isto fraternæ charitatis vocabulo, *Fratres*, appellari aspernâtur; ac illo magis nomine paternæ scilicet dignitatis ac reuerentiæ audire delectantur.

*x. Mat. 23. 8  
y. Ioan.  
Mald. in 23.  
Matth. 8.*

Quales erant patrifantes illi quondam Pharisæi, x. vt Maldonato quidê, & verè, placet. y. Quorum cum dissimiles esse suos vellet discipulos Dominus; sic eos monebat: *Omnes vos FRATRES estis.* 3. Aut deniq; ad eorum isti sunt hominum classem assignandi; quorum refrexit charitas tantum, quantum friget illis ac putet fraternitas. Nam illa quantum olim, & quàm diu feruebat; tantum hæc, tamq; diu florebat. Flos ergo fraternitatis, indicium est charitatis. Ab illis hæc nequaquam verè habetur; à quibus illa posthabetur. Nec eos quisquam esse fratres putet; quos dici Fratres pudet. Tantum quippe à veritate charitatis desciuisse dicendi sunt; quantum ab appellatione fraternitatis abhorrent.

At nos porrò nominis huius iactationem in Alto superiorum sæculorum, velut ex portu eminus spectemus; atq; ex illius naufragio, quod fecit, si quas possimus, tabulas huc colligamus, Atat:

*z. Virg. 2.  
Æuid.*

*z. Heu mihi! Quàm raras in vasto gurgite nantis conspicio?*

CAPVT

*De Fraternitatibus nonnullis, quæ à sæculo nono vsq; ad duodecimum celebriores extitisse memorantur.*

Vidimus capite superiore vocabulum: *Fratres*: præcis temporibus cum Naturæ, cum Legis Mosaicæ, deniq; Iudæorum memoriâ varios passum manes, ac syncopas. Vidimus in alto primorum quatuor sæculorum omne promiscuum vulgus Christianum vnâ communi fraternitatis classe ferri; sed & hanc demum longius ab oculis auferri. Apparebat tamen post eam nanis Ecclesiastica conspicua, nomenq; Fraternitatis ferebat illustre: dum & ipsa quoque dubium procul iret in altum longius ex oculis, sub decimum annorum, ab Orbe in salutem reparato, centenarium. Vidimus inde, hodieque videmus nauiculam Religiosorum, sub eiusdem Nominis auspicio cursum tenere opratum. Præter hanc quid conspicio? Horret animas, oculiq; fugiunt. Fraternitatum tabulas meras; & has naufragas, hinc raras, isthic plures nantes contueor. Vtinam, vt hinc fortè cuiquam videbor, sic fingere coarguar! Sed

*Vera nimis facies: faciesq; miserrima rerum est.*

Neq; tamen existimari velim, lectionis esse me tam multæ; quem nulla earum fugiat, quas literæ testantur: aut alias extitisse nullas; nisi quas historiæ loquuntur. Neq; est, vt colligantur huc omnes: pauca in exemplum suffecerint.

*Fraternitas*

Principiò, sub annum Christi Dccc. Lxxxiv, pro defuncta nata extitit Fraternitas quædam de cura pro *Æu.* mortuis habenda. Fuit ea, teste Baronio, a. plu. 2. *Cæs. Bar. rimorum Sacerdotum, inter quos 5 Episcopi nonnulli. tom. 10. an.*

C 4

sunt 984. 5. 5.

sunt adscripti ad hoc, ut post obitum singuli Consodalium Sacrificijs inuarentur. Cuius instituti adhuc extat in Diaconia sanctorum Martyrum Cosma & Damiani monumentum marmoreum. Id totidem verbis recitat idem Baronius: in quo tam solennis, quam grata sit vsurpatio nominis Fratres atq; Fraternitas. Occidit illa iam olim: hodiè tamen eiusdem cura pro mortuis reuixit in Fraternitate Rosarij: Vt infra, & libro 2. de Institutis eiusdem docebitur.

*Familia Domina.*

*b. Surius in vitas. Steph & S. Gerar. Bonifini li. 1. Decad. 2.*

II. Hisce proximam reperio gentem Vngaricam vniuersam: quam non quidem fraternitatem; sed *Familiam Domina* suus ille Rex S. Stephanus appellare solebat. Hic cum S. Gerardo, b. primo Vngarorum Apostolo & Episcopo, gentem illam ita in Fidem Christianam induxit, & instruxit; vt ea proximos secundum Deum honores DEI Genitrici deferre certaret: vtq; vel ad nomen *MARIAE* auditum, in faciem humilè pronam abijceret, Atq; ista ferè sub annum Christi M. XX. Felicem Vngariã, quam diu se *DOMINAE* *FAMILIAM* professã nomine, req; est ipsa testata! Sed vbi nunc Troia? Vbi illa, velut in equo Troiano inclusa familia, vbi est?

*Fraternitas Mariae. c. Sigebertensis Canonib. a libr. 1. cap. 29. & Ioan. Bonif. in Virginali lib. 2. c. 14. d. S. Anton. parte 3. tit. 170. sect. 27 Fraternitas concordia.*

III. Sub annum M. LX. Coloniae S. Anno, eius Vrbs Archiepiscopus, Deiparæ Mariæ sacram exorsus esse fraternitatem proditur; e. eamq; latè, sed intra muros, propagasse. Sed huius vbi vsquam nunc pridem vestigium? Ferè cum ipso autore occidit. Collegium tamen post se reliquit Vir sanctus Ecclesiasticũ, & verè hodièq; Fratenum.

IV Sub annum M. C. XC. S. Antonino teste: d. Rex Aragoniæ, & Comes S. Ægidij ad vsq; internectionem dissidebant. Multa sæpè, sed nequicquam, reconciliationi faciundæ tentata. Anitij deniq; in Virginali templo carpentarius quidam,

quidam, vir pius, orat Deum impensius pacem. Et ecce, imago DEI, alloquentis illum, se vigilianti videntiq; obijcit; chartam cum impressa Deiparæ, pusiũ baiulantis, effigie, in manus ingerit: ac talia mandat. Vade. Hoc vtrique Symbolum exhibe; meoq; nomine pacem illis commenda. Paret is dicto. Fit pax. Illi pacis obfidè Virginis eam adhibent imaginem; quam plumbeis sigillis impressam, lincisq; assutam tunnicellis, (quales alborum Monachorum sunt scapulares) & pectori applicatam pro simbolo pacis circumgestant. Factum hoc duorum iuit in exemplum plurimorum; primũ Regis, Comitissq; sequacium: deinde aliorum quouis inter sese dissidio laborantium, atq; ad pacem reductorum. Fuitq; hæc quædam *Fraternitas pacis & Concordiæ*. Sed illa quam ætatem tulit? Intercedit. Nec ad hominis memoriam diutius superfuit. Noster eam B. Venturinus Bergomius parturiuit, ac regentuit. a. Sed nec ipsa post eius fata superstes remansit. Ætate nostra passim repullulascit: sed absq; Symbolo; sola nominis professione.

*a. Leandro Albert. in vita eiusdem. Fraternitates varia Ordines facti.*

V. Ortas, vndecimo Christi nati sæculo, mirum quot familiarum Religiosarum Fraternitates, istis haud immeritò accensere habeam. Præsertim cum earum nonnullis, laicorum in primis facta consociatio dederit originè, & incrementum. Sic Mediolanenses quidam, ab Henrico II. Imperatore in exilium missi, *Fratrũ Humiliatorum* auspicantur Ordinem, anno M. XVII. c. Anno verò M. LXXX, Romualdus *Camaldulensium: f. Vallisumbrosæ* institutum Gualbertus Florentinus, sub annum M. LX. g. Arnulphus quidam circa idem tempus *Canonicorum Regularium* cætus sub titulum Fraternitatis vocauit. b. Stephanus quoque Gallus, anno M. LXXX. lib. 21.

*c. Volaterrico II. Imperatore in exilium missi, Fratrum Humiliatorum auspicantur Ordinem, anno M. XVII. c. Anno verò M. LXXX, Romualdus Camaldulensium: f. Vallisumbrosæ institutum Gualbertus Florentinus, sub annum M. LX. g. Arnulphus quidam circa idem tempus Canonicorum Regularium cætus sub titulum Fraternitatis vocauit. h. Volaterrico II. Imperatore in exilium missi, Fratrum Humiliatorum auspicantur Ordinem, anno M. XVII. c. Anno verò M. LXXX, Romualdus Camaldulensium: f. Vallisumbrosæ institutum Gualbertus Florentinus, sub annum M. LX. g. Arnulphus quidam circa idem tempus Canonicorum Regularium cætus sub titulum Fraternitatis vocauit.*

i. *Volat. ibi.* M. LXXX. lorica super nudam idutus, *Fratum*  
*et Poly. virg.* Gradmontensium fecit initium. i. Felicem huic  
 lib. 6. c. 2. saeculo coronidem imposuit S. Bruno *Carthusi-*  
 k. *Emil. s.* anorum institutor. k.

Alterum verò saeculum pari felicitate cum  
*Platina, Po-* *Fratum Cisterciensium* ortu beatus Robertus, &  
 lyd. lib. 7. c. 3. S. Bernardus fecerunt auspiciatum. l. Qui ordo  
 i. *Volat. et* vel solus tot fratrum laicorum confluxu fre-  
*Sigebert. in* *Chron.* quentabatur; ut villas, vicofq; exhauriret, & a-  
 m. *Sur. in* gros à cultura propè faceret esse desertos. Adeò  
*vita Sanct.* vnum Clareuallense Cœnobium plures, quam  
*Born lib. 5.* septingentos Monachos, plerofq; fratres Con-  
*cap. ult.* uerfos, sub Diuo Bernharo numerabat. m.

Quid eos hic commemorem amplissimos  
 e. *Aemil.* Teutonorum, Iohannitarum, Hospitaliariorum, et  
 lib. 5. Templariorum Ira v m Ordines religiosos? Hi  
*Guiliel. Ty-* omnes eodem hoc saeculo vndecimo in Fraterni-  
*vius lib. 12.* tates coierant maximo numero, ac zelo antè,  
*cap. 7.* quam Ordinũ titulo inaugurarentur. n. Huc  
 eodem refero diu primũ Fraternitates, at de-  
 o *Sabel. En-* mum Ordines *Gladiatorum* in Liuonia: Item  
 9. lib. 5. *Po-* *Humiliatorum*, qui diuersi à prioribus iam dictis,  
 lyd. lib. 7. c. 2. captiuu tenti ab Henrico VI. ac dimissi, Religio-  
*Fraternita-* nem nouo Institute coluerunt. o Hisce ortos  
*tes Rosarij.* in Italia *Cruciferos* addit, Anno M. C. XCVII.  
 p. *Alanus li.* Volaterranus.  
*de Dignit.*

Excepit hos omnes electum à Deo par nobile  
*Pfalt. B. V.* Virorum, S. Dominicus, & S. Franciscus. Et Ille  
*M. cap. 3. 16.* quidem sub annum M. CC. iubente Deo, Euan-  
*87. 18. 25.* gelium prædicare ingressus, sui Apostolatus &  
*Enc. Pius V.* vocationis exordium fecit à prædicata Sanctissimi  
*in Bulla:* ROSARII FRATERNITATE. p. Idque Deipara  
*consueue-* MARIA Autore, & adiutrice. De qua hoc tan-  
*runt.* tum; quod vniuersa Leodiensis Congregatio  
 q. *In Man-* Annunciata attestatur, hic referam. Omnes, in-  
*uali sodali-* quit, q. Sodalitates sua dignitate, fructuque supera-  
*tatis An-* nit Nobilissima Sanctissimi Rosarij Sodalitas, à B.  
*nunciata* *parto. x. ca. 2.* Dominico

*Dominico, Ordinis Predicatorum Fundatore, circa*  
*partes Tolosanas primũ instituta: ac deinde per*  
*Europam vniuersam egregiè propagata. Et. Quid sa-*  
*ctum. ut et Rosarij ritum; et mysteria Rosario expref-*  
*sa; et instituta sub Rosarij nomine Sodalitates Sum-*  
*mi Pontifices magno sanè numero, approbauerint, et*  
*Indulgentijs maximis beauerint. Hæc ibi. Sed de ea*  
 libro secundo, & tertio: Vbi de illius ortu, pro-  
 gressu, statu, lapsu, renouatione atque vigore  
 scribere instituemus.

Hac constituta semel inter laicos Fraternita-  
 te, plures mox alia emergere sparsim, & appare-  
 re cæperunt; alia sub alio tutelaris Diui auspi-  
 cio: hæc S. Antonij, illa D. Sebastiani; S. Petri  
 Martyris alia; ista S. Alexij; illa alterius Diui pa-  
 trocinio insignis, ac religione. Titulo item a-  
 lubi ista S. Crucis, illa Pacis, hæc Misericordia,  
 alia V. Sacramenti; alio alia Fraternum nomen  
 sanctum colebant, ac celebrabant. Quæ om-  
 nes, velut nantes quædam mari in magno tabu-  
 læ esse videntur reliquæ ex communi illa, iam  
 dudum soluta nauis Fraternitatis; quam primitiæ  
 Christianorum inter sese coluerunt. Cui Frater-  
 nitas Rosarij, velut suppar; vna omnium potif-  
 sima, successisse videtur.

Finiam igitur hunc locum testimonio Ioan-  
 nis Trithemij luculento, r. *Quandò, inquit, Dei*  
*Mater cum Genitrice sua meritis et sanctitate reli-*  
*quos Sanctos in celo antecellit; tanto Fraternitas No-*  
*mini eius dicata, locum tenet eminentiorem. Vnde*  
*deuotione moti fideles, ut eam promtam apud Deum*  
*Advocatam habere mereantur; sub nomine ROSA-*  
*RII, ad honorem eius, Fraternitatem instituerunt.*  
*Qua iam per diuersas mundi regiones ad id vulgata*  
*est; ut nulla penè sit provincia, in qua non plures ha-*  
*beantur, exemplo ROSARII, Fraternitates.*

Atq; ista de varia Fraternitatis sorte ac vicissi-  
 tudine,

*Fraternitates*  
*varia locales*  
*seu partiales*

x. *Trith. Ab-*  
*bas lib. de*  
*Frat. S.*  
*Anna. ca. 15.*  
*Fraternitas*  
*Rosarij præ-*  
*cellenti im.*

tudine, passim velut in virgulta repullulantis, postquam primogeniæ illius vitæ communis, ac Fraternitatis arbor exaruisset, & corruisset; quæ in primitiua Ecclesia omnium Credentium faciebat cor vnum, & animam vnã.

## CAPVT VI.

Quæ huic insit nomini: *Frater: Excellentia, Vnitas atque Iucunditas.*

Quantã  
Charitatis  
rãta & fra-  
ternitatis  
est excellen-  
tia.

**I**sta nec cognosci certius, nec æstimari iustius queunt; atque indicio ab ipsa Charitate petito. Quippe quæ omnis Fraternitatis parens est, ac conseruatric: Ad eam vt, quicquid illi inefficaciter à Deo didicimus aut magnum, aut efficacem, aut suauem; id eam omnia in hanc velut ex fonte suo perenni transfundere confiteamur oportet. Quid autem Charitate vel in humanis diuinius; aut in diuinis acceptius esse Deo potest? Quod illi deesse bonum; quæ cui adest, in vna is omnia bona possideat?

a Gen. 3.6.

Sicut arborem fructus probat: Bonum est Charitatis lignum ad vscendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: Sed Fraternitas illius est, b, fructus honoris & honestatis. Præsertim ea, in qua colitur Deipara Maria Mater pulchra Dilectionis, & timoris, & agnitio; & sanctiæ spei. In qua gratia omnis Via, & Veritas: omnis spes vitæ & virtutis. Illud non potest nõ esse Fraternitatis Spiritus super mel dulcis; & hereditas super mel & fauim; Memoria in generationes seculorũ. Iure itaq; Psalter exclamat, c. Quam bonum, & iucundum est, Fratres habitare in vnum? Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum. In quæ verba

c Psal. 132.

d Basilius.

D. Basilius ita scriptum reliquit, d. Per, Bonum, vitæ probitatem expressit: per, Iucundum, illam latitudinem,

riam, quæ ex concordia, animorumque coniunctione gignitur. Hoc vitæ genus qui diligenter colunt, calistem atque supremam mihi virtutem videntur imitari.

Constitutus.  
Monastic  
cap. 19.

Belle ista; sed propius ad nostrum propositum D. Augusti. accedit tali cõmentario, e. Ita seruus iste dulcis est, vt, qui Psalteriũ nesciunt, ipsum versum cantent. Tam dulcis est, quã dulcis est Charitas, quæ facit Fratres habitare in vnum, & c. Ad hunc sonum excitati sunt Fratres, qui habitare in vnum concupiuerunt. f. Ille versus fuit tuba eorum; sonuit per orbem terrarum; & qui diuisi erant, congregati sunt. g. Vnde Apostoli, filij excussorum? Vnde illi quingenti, qui Dominum post resurrectionem viderunt? unde illi. h. centum & viginti, quibus in vno loco constitutis superuenit Spiritus Sanctus in die Pentecostes: Omnes inde erant; & ipsi primo habitauerunt in vnum, & c. Et quid est, in vnum? i. Erat illis, inquit, anima vna, & cor vnũ in Deũ. Ergo isti primi audierunt. Sed soli? nõ soli: nõ enim vsq; ad illos ista Dilectio & vnitas Fratrum venit. Venit enim & ad posteros ista Charitatis exultatio. & c. Ex voce huius psalmi Fratres appellati sunt & Monachi. Ne quis vobis de isto nomine insultet Catholicis. & c. Et Infra: Dominus in Cruce exaltatus est: inde & ros Hermon. Quicumque vultis habitare in vnum; optate vorẽ istum, & complumini inde: alioquin non poteritis tenere, quod prestemini. Non habitant in vnum; nisi in quibus perfecta fuerit Charitas Christiana. Hactenus Augustinus: quibus mirificam cum Religiose, tum cuiuscunque piæ Fraternitatis initæ dignitatem, vim atque iucunditatem declarat. Sed nos more nostro, atque instituto rem, vt per se clarissimam, factis tamen, quàm verbis potius proponamus, ad delibandam nominis Fratres: vim, ac suauitatem.

Iucunditas  
Fraternita-  
tis & origo.  
e In psal.  
132.  
Agust.  
f ps. 126.  
g 1. Cor. 15.

h Act. 1.2.

i Act. 4.

I. k. Viri ciuitatis Sodome vallauerunt domum Loth: (par Angelorum exceperat, hospitio:) Vo-

caueruntque Lotb, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos. Quid hic agat vir iustus? Ad infimas preces descendit. At nequicquam. Ergo ad insanos nefandæ Cupidinis restinguendos furentium æstus, duas ijs, quas habebat filias, propinare coactus: nec eo quicquam agebat. Quid esse reliquum poterat consilij, aut auxilij in tali re, ac tempore? Fortè subit animum. Quod l. Responsio mollis frangit iram: sermo suscitatur furorem. Verum quæ vox tam mollis, & vnde; vt horum tam acerbam mitigaret improbitatem? Quod verbum nouerat dulcissimum; quod honorificentissimum; quodque efficacissimum, hoc promittit, cæteris desperatis omnibus, & ait: Nolite, queso, FRATRES MEI, nolite malum hoc facere. Iam humana quasi expertum omnia, vindex dextera Dei eripiebat. Contempta Fraternalis nominis vis, quæ in humanis maxima, locum diuino miraculo faciebat subsecuro.

I. Prov. 16. 1.

II. Co. 2. 9. 4

II. Patriarcha Jacob. m. extorris, & alij proculia terris peregrinus in crudos pastores (durum genus:) primum incidit. Quo primum verbo pectora eorum effringat, animoque illapsus vt ijs mitioribus queat: Ecce tibi, verbum confecit: Sed hoc, quod vnum est omnium gratiosissimum. FRATRES, inquit vnde estis: Voci mox par operis, ac opis lætæ respondebat gratia.

III. 1. Reg. 25. 6.

III. Dauid in vltimo famis articulo, rerumque omnium inopiâ positus, vt immite cor Nabalis ad commiserationem, opemque emolliret auxiliarem, necessarij victus aliquantulum subministrandi; suis ad eum Legatis vel ipsam Suadæ medullam in os ponit, dicens. n. Salutabis eum ex nomine meo pacifice, & dicitis: FRATRIBUS MEI, & Tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus, quacumque habes, sit pax. Quamuis Barbarum illa animum

num flexissent; sed non iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus erat. o. Sed haud impune tulit contemptum FRATRVN, vel Deo vindice.

o. Ibid. v. 25.

IV. Eodem aliquando cum suis absente, hostes Amalicitæ nudam viris urbem Siceleg, abactâ prædâ, flammis absumferant p. Reuerſi cum Rege ciues, visa vastitate, fremebant, & planxerunt, donec deficerent in eis lacryma. Et contristatus est Dauid valde. Volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuersisque viri. Ille ergo, adprobante Deo, cum quadringentis viris, (ducenti viribus defecti ad sarcinas subfiterant) persequitur hostem: interneccione delet vniuersum; prædam reciperat. Prædæ exsortes ducentos istos hi quadringenti esse oportere contendebant. Pertendit contra Rex. Sed per arma hostibus etiâ vitâ poterat; at mentè hanc suis exorquere nequibat. Gliscit contentio, ad vim eruptura; nî victores animos, & pectora cataphracta, manantesque adhuc hostili cruore dexteræ, ac iras spumantes, his omnibus fortius nomen & memoria FRATRIS cohibuisset. Fratres, inquebat Rex. q. Non sic facietis, FRATRES MEI, dehis, quæ tradidit nobis Dominus. Dixit: & vicit victores victoriosiore voce hac: Fratres.

p. 1. Reg. 30.

q. Ibid. v.

23.

V. Idem Rex Dauid, quemadmodum suum & sese desertorem populum: (qui fractâ fide, & detectione ad Absalonem factâ, velut deuotus, sanguinem Regis sitiuerat: at breui post spe sua deturbatus seipsum desperabat,) hunc, inquam, populum quâ via, & eâ brevissimâ, & facillimâ, bis perditum, furore & desperatione, restitueret? Hisce nimirum verbis: r. FRATRES MEI vos, os meum, & caro mea vos.

1. 2. Reg. 19.

VI. Regina Hester ad Regem Assuerum, seu, Artaxerxem ingressa, neci Gentis suæ deprecandæ,

da: cum metu atque terrore examinis inter manus ancillarum in terram deflueret; exterritus Rex, simul ad solatiū illi faciendum versus, nihil hoc nomine *Frater* habere promptius, aut validius quibat: s. *Suffertans iam vltus suis, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther. Ego sum FRATER tuus: noli metere.* Dixit Rex; & Regina hac voce reuixit.

VII. Neque ipsa Diuorum Suauitas CHRISTVS, suauius vocabulum habuit, quo suauissimos amicos suos Apostolos insigniret. *Omnes vos FRATRES estis.* aiebat.

VIII. Præcipiant Rhetores, qua arte vtantur insinuationibus, aut beneuolentiæ captationibus, ad Auditorū animos aucupandos. Apostolis omnem artis istius vim, hacque amplius, vox vna, *Frates*, præstabat. Hac compellabant efferratos Iudæos, inflatos Græcos, Gentefq; barbaras; & audientiam sibi reperiebant. Ita Petrus orbem in vrbe Ierusalem collectum appellat; u. *Viri FRATRES. Luceat audenter dicere ad vos.* Dicitur: Audire, Perorare; & quod vult, impetrat. Nam

compuncti corde dixerunt ad Petrum, & reliquos Apostolos: *Quid faciemus, viri FRATRES?* Diuus Stephanus; qui vir & quantus? Is, quantumuis Irerent in vnum Iudæi omnes; omnium tamē iras ac animos, infuso velut oleo; dulcissima honorificaque præfatione hac attemperauit. *FRATRES, ET PATRES audite.* Paulus hac vocastringebat armatas eorum manus, à quibus ad necem designatus quarebatur.

IX. Atque vt seme dicam; in Apostolicis litterarum monumentis nihil frequentius, dulcius vix aliud vsurpatur, atque. *Frates charissimi: Fratres mei: Salutate inuicem Fratres.* Silco cæteros: vnum do Paulum. Qui, Animo in cælis agebat? Ore IESVM ingeminabat. Vt salutis hoc nomen plus

plus quingenties in ipsius Epistolis numerare liceat. In terris inter Fideles præsens corpore, aut spiritu versabatur: iam voce, iam calamo FRATRES identidem nominabat: Vt vel vnam hanc vocem in paucis Epistolis eius plus centies & quadragies reperias vsurpatam. Inde verò ab Apostolis quanta Christianorum in hoc glorioso nomine, quamque iusta semper fuerit gloriatio, dixi; nil repero.

X. Nimirum duo quædam in humanis diuina Sapientia sibi delegit præcunctis efferenda Vocabula. Alterum, IESVS; quod esset. a. *Nomen super omne nomen.* Ex verò. b. *non est in alio aliquo salus.* Nec enim aliud nomen est sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Alterū, Dei filijs, cohæredibus Christi communiter inditum: *Frater.* Quod, qui caput est Ecclesiæ Christus, idem esse primogenitus in multis fratribus voluerit. Vt quemadmodum à Patre Deo omnis Paternitas. sic ab ipso Deo Filio omnis in terra esset, & appellaretur Fraternitas, Felix omnis perinde ac Nominis ortus.

Dicat nunc anima mea CHRISTE, tibi, mi Frater: c. *Quis mihi det, Te FRATRVM MVM.* *si gentem vbera Matris mee, ut inueniam Te feris, & despectus Te; & iam me nemo despiciat? Apprehendam Te, & ducam in domum matris mee Et. Pone me ut signaculum super cor tuum, & signaculum super brachium tuum: quia fortis ut mors DILECTIO.* *Lampades eius, lampades ignis atque sarramarum.* *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam Si dederit homo carnem substantiā domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. d. Mille tui. PACIFICI; & ducenti, qui custodiunt fructus eius.* Hæc de FRATRIS nostri quacunque Fraternitate accipe; & (pro more Spiritualium) cum sensuum applicatione, vt aiunt, considera;

D

dera;

f. *Esther.* 15.  
12.s. *Matt.* 23.  
8.u. *Aet.* 2. 29.x. *Aet.* 7. 2.a. *Phil.* 2. 9.  
b. *Act.* 2. 12c. *Cant.* 8. 1.d. *ibid.* v. 12



e. Apoc. 2. 17

dera; iam senties, ac vltro dices: e. Nemo scit, nisi qui accipit. Vtere, ac fruire; Si Frater sis christianus.

f. Lambsheimius in libello de Frat. Rosarij.

De vna Fraternitate sic scribit nobilis genere, virtute nobilior Canonicus quondam Vormaticensis F. Ioannes de Lambsheim. f. Proficisci non est scribere, non est dicere, non est credere; experiri est tantum, quanta sit dulcedo, quanta suauitas, quanta deuotio in ROSARIO B. V. MARIAE, inq; eiusdem Fraternitate. Quod qui scire volunt, (v. ille autem omnes debent:) Fraternitatem intrent; Psalteria & Rosaria orent. Hoc si fecerint, quae dicimus, experientia scient. Proinde ita idem in Praefatione: Precor omnes Fideles, hortorq; ut Fraternitatis eius sint amatores, & simul omnes, quos valent, attrahant. Sic ille sub annum M. CCCC. XC.

## CAP. VIII.

Quantum vsus ac memoria Nominis huius: Frater: aut Fraternitas: vim habeat & efficaciam, ad varios Actus studiosos, Virtutesq; praecipuas excolendas. Inprimis vero, Quantum possit ad Concordiam.

**E**Rras, quisquis putas, quod augustum hoc & inclytum nomen FRATERNITAS Sit vox v'q; sonans; praeterea q; nihil. Me herclè, haud magis, quam ista vox CHARITAS. Amo, volo; nec secus valeo, quam perpetua vtramq; & coniunctione, & simillima comparatione identidem inter sese componere. Ut igitur Charitas, sic & Fraternitas non a est velut as sonans, aut cymel alium innuens; sed vtraq; sui obseruantes ita quasi monet: b. Folioli mei, non diligamus verbo, neq; lingua; sed opere & veritate. In hoc

a. I. Cor. 13. 1

b. I. Io. 3. 18.

In hoc cognoscimus, quoniam ex Veritate sumus; & in conspectu ei suadebimus corda nostra. Itaque, vbi de Charitate, vbi de Fraternitate agitur, ibi quadrat istud:

Hic sileant voces; vbi res & facta loquuntur.

Vox enim haec, Frater, tot ac tantarum est plena rerum; quot ac quantarum in sese vim continet atq; efficaciam.

Ergo ad Concordiam animorum ac operum valet Fraternitas seu primùm constituendam; Fraternitas seu iam constitutam stabiliendam, conseruandamque. c. Rex Persarum ac Spartiatarum Darius, Legatis missis, literisq; datis ad Oniam, Summum Pontificem Judaeorum, veteris inno-

est parentis & custos concordia.

uandæ gratia Fraternitatis, argumentum potissimum, quo huc vtebatur, à sua cum ipsis Fraternitate mutuabatur. c. Quoniam ait, estis FRATRES nostri, sicut scriptum continet. Post Jonathas item Summus Pontifex vicissim ad Spartiatas ablegauit Fratres cum literis, testibus iustitiae quondam cum ijs fraternitatis; vt hæc firmior consisteret. Quarum pars ista literarum est. Jonathas, &c. & reliquus populus Judaeorum, Spartiatis FRATRIBVS salutem: Nos, &c. habentes solatio sanctos Libros, qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos, renouare Fraternitatem, & amicitiam: ne forte alieni efficiamur à vobis.

c. I. Mach. 12. 7.

Atq; ne inanis quidam magni nominis sonus is duntaxat videatur, re ipsa fraternitatem testatur, ac ita subiicit: Nos ergo in omni tempore, sine intermissione, in diebus Solemnibus, & ceteris, quibus oportet, memores sumus vestri in Sacrificijs, quae offerimus; & in obseruationibus: sicut factum est, & decet meminisse FRATRYM. Laetamur itaq; de gloria vestra. Hæc Jonathas.

Est autem communio bonorum.

Rescriptit Rex: d. Inuentum est in Scriptura de d. Mach. Spartiatis & Judais, quoniam sunt FRATRES, & 12. 20.

quod sunt de genere Abraham. Et nunc, ex quo hæc cognouimus, bene factis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vobis: (Vide rationem, & mutuam in Fraternitate beneficentiam.) Pecora nostra, & possessiones vestra sunt: & vestra, nostra. Ecce tibi causam, medium ac titulum concordie vnam solam esse Fraternitatem: & hanc quidem ex cognatione tam prisca reperitam, vt iam in obliuionem abierit; coniunctam cum natiui dissidij memoriã, quod Ismahelem inter & Isaacum iam olim intercesserat: Disparem pugnacissimæ Religionis cultu, quam duæ illæ Gentes, Judæi & Lacedæmonij obseruabant.

Quantò igitur magis, Fraternitas Spiritualis, amore & religione coniuncta, valebit ad Concordiam?

Nota est Ismahelis fieri par vita, nota & Isaaci. Ab hoc sanguinem, & Religionem traherant Judæi; Originem verò Lacedæmonij ab Ismahele ducebant. Abrahæ vernaculo, ancillæ filio, e. feror: cuius manus contra omnes; & manus omnium contra eum: quibus è regione vniuersorum fratrum suorum figebat in vernaculo. Nempe sic institutus erat, quando f. puer creuit, & muratus est in solitudine, & factus est puer Sagittarius, &c. Sua patrem secuta proles gēs Spartana, & quam cum lacte hausit, cum sanguine prepagauit feritatem, agrestemq; vitam. Id quod etiam Leges eiusdem Reipub. sacris loquuntur. In exemplum sint, quarum primam sic tulit Lycargus,

g. Omnes Dij, Deaq; colantur armati. Altera: Sacra quàm minimo sumptu parantur. Tertia: Oratio omnium hæc tantum esto: Dij, honesta, obdæm. tabula æquas bonas, datæ; nil amplius. Et istæ. Domus non nisi serrâ, securiq; adificiantur. Infantes nunquam faciuntur: Non vagiantur. Nisi causa sit bibito

bito. Meretrices tantum aurum, pidaq; vestes gerunt. Nupta indotata dantur. Liberæ nemo dicitur. Cursum, lacta, iaculum, pueros ludij sunt; Et aliæ tales Vitæ Communis Leges Laconicæ, ex ipsa vita Ismahelis feri quasi expressæ, diffimillimos Laconum, & è diuerso Isacidem mores ac vitæ cultum testantur.

Quò sanè fraternitatis eorum vis ad Concordiam euadit illustrior. Quippe quæ vna apud populum tam barbarum valuit tantum; quantum in S. scriptura Deus voluit ad exemplum posteris esse relictum. Etenim si verum est, quod S. Augustinus affirmat verissimè: h. Ismaheli, vt separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraternitas discordia: Jam dubium esse non potest; quin, quos discordia fratres singulos distraxit; horum posteros, populos duo: celeberrimos, vel sola recordatio naturæ suæ fraternitatis ad Concordiam reuocârit, ac fœdere perpetuo corroborarit. Valeat discordia omnem quondamq; fraternitatis obruere memoriam: nihil tamen ab ea fuit vnquam dissipatum aded, atq; corruptum; quod in pristinum ac integrum restituere non queat reparata, vel recens instituta Fraternitas.

Veteri recētius subijciam exemplum, alijs omnibus plurimis. Sub annum Christi M. CCC. XXX. turbatissima sese tulerunt tempora. Quò de Imperij corona Friderico, Duci Austria, Ludouico Bauaro, Joanni XXII. Pontif. Max. Electoribus inuicem dissidentibus, cæterisq; Dynastis, ac

i. Regibus incessit magno Discordiâ metu.

Ex quo per Alemanniam, ac Italianam vrbes totę, quin & familiae, adeoque ciues mutuis inter sese odijs dissidebant. k. Per id tempus in Italia ce-

At potenti-  
or fraterni-  
tas.

h. Aug. lib.  
1. de vnico  
Bapt. Et  
Dist. 56. cap.  
Sponsus.

Exulcerata  
tempora.

i. Virg. 4.  
Georg.

k. Kranz.  
Naucler. 56

*Sanantur  
predicatione  
Pacis.  
f. Albertus  
Leander de  
viris illustr.  
Ord. Præd.  
lib. 5. in Vi-  
ta B. Ven-  
turini.  
Et Frater-  
nitate Con-  
cordiæ,*

B. Venturinus, Ordinis nostri Prædicator Re-  
ligiosus. Tantis ad illum quæ concionum, quæ  
miraculorum causâ, siebat confluxus; vt popu-  
lum nulla sæpè basilicarum amplitudo, nec fons  
subinde spatia capere sufficerent. Quocirca in  
apertis non rarè campis ad circumstantes illi e-  
rat perorandum. s.

Vrbes Italiæ prædicando obibat, & hominū  
eum multa sæpenuerò millia affectabantur.  
Cuius ex eo, quod subiungam existimationem  
facere cuiq; licebit. Memorantur aliquando  
amplius quàm triginta virorum millia, (nam  
pueros, fæminasq; abarcebat, ) ex ciuitate Ber-  
gomenſi, & circumiecta regione, Romam eun-  
dem, causâ peregrinationis, esse secuta. (Ho-  
rum pars maxima nomen antè iam dederat in-  
stituta, aut restituta ab eo Fraternitati Pacis,  
seu Concordiæ.) Qui, quam urbem aut vicum  
ingrediebantur, eam compositis ad miseratio-  
nem vocibus, vultu, gestu ac habitu, triumque  
istarum proclamatione vocularum commoue-  
bunt: *Pœnitentia: Pax: Misericordia.*

In qua quidem Fraternitate vir sanctus eum  
in modum reconciliatos ad concordiam exer-  
cebat; vt plerumq; (velut in dicta peregrina-  
tione factum,) eos, quibus antè minimè conue-  
nisset, duodenos ac duodenos iunctim incede-  
re, seſſitare, orare simul; dormire, victitare pa-  
riter iuberet: vt imperaret, ac impetraret com-  
plures passim in multitudine duodenos ex vna  
lance simul vefci; vno scyatho, sed & cultro vi  
communiter vno omnes.

*Huius ex-  
ercitiū ad-  
mirandum.*

m. Isa. II. 6.

Diceres de hisce Isaiam cecinisse, *m. Habita-  
bit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit:  
Virulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & puer  
paruulus minabit eos. Virulus & Vrsus pascentur; si-  
mul requiescent catuli eorum; & leo, quasi bos co-  
medet*

*comedet paleas, &c. Quia repleta est terra scientiâ  
Domini. His illud Aristippi occinendum. n. n. Stobæus  
Mementote vns d'ſſenſionis: hunc reconcil'ationis au-  
torem fuisse: sed, post Deum, mediante fraterni-  
tate.*

Esto; plura sint media conciliandæ concor-  
diæ: at conseruandæ vnum est vinculum ex om-  
nibus certissimum, FRATERNITAS. Quò mag-  
is illud mihi Heroclis arridet monitum cele-  
bre, quo ait: *o. Omnibus viribus annitendum est,  
vt Fratribus decenter vitamur.* Sicut enim chari-  
tas, ita & fraternitas vsu ipso colitur; aut lædi-  
tur abusu. Illa vt parens huius colenda; hæc vt  
pædes istius fouenda est. Huius verò studium ac  
opus, in cæteris, pax est atq; concordia. Pro-  
inde Apostolus in hanc penè formulam suis im-  
precarî consuevit: *p. Pax FRATRIBVS, & Cha-  
ritas cum fide, à Deo vatre Domino JESV Christo.*  
In quæ verba Diu. Hieronymus ita inquit. *q. q. Hier. in c.  
Hanc pacem & charitatem hi tantum habent, qui  
FRATRVM nomine merentur vocari. Quare, vt  
probè Calpurnius monet,*

*Fraterna  
Concordia  
vsus.*

*o. Idè ibid.*

*p. Eph. 6. 23.*

*q. Hier. in c.  
6. ad Eph.*

*r. Este pax; & ob hoc concordis viuite: Nam vos.  
Et deor, & cantus, & AMOR sociatis, & VSUS  
Amor, & amoris vsus sunt ipsa fraternitas: cum  
hæc aliud non sit, quàm Vnio quædam, (in a-  
more;) Communioq; mutua, (in Vsu.) Quo fit,  
vt ipsa quoq; vera sit pax, & fida securitas. Quip-  
pe huius arma & mœnia, fossa, vallum & omnia,  
sunt eadem duo illa, Vnio scilicet animorum in-  
ter plures; & Communio bonorum.*

*r. Calpur.  
Eclog. 2.*

*Eiusdem rō-  
bur & secu-  
ritas*

Hæc Christiana philosophia istius me admo-  
net Spartanæ Politicæ; cuius vna è Lycurgi erat  
legibus ista: *s. spartam muros non habet.* Quia  
inquit Seneca: *Ibi muros habebat, ubi muros non*

*f. Cragius  
de Rep. La-  
ced. lib. 2.*

percunctanti, Cur Sparta mœnibus non cinge-

t. *Plutarch. in Apophtheg. Laco- nitiu.*

u. *Diogen. Laert. de vi- ris Philoso- phorum lib. 6. cap. 1.*

xP. ou. 18. 19

y. *Philo- stratus in Sophista.*

retur: multò antè clariùs respondit: *z. Osen- dens enim ciues armatos, & vnanimis, inquisibat: His sunt Sparta ciuitates mœnia. Quos quàm diu iungit concordia, nullæ ijs potest murus esse inopugnabilior. Atqui & Fratrum inter sese concordia, quous nuro firmius esse murum uisum, sapienter & verè Antisthenes quoq; dixit Philosophus. u. Et sapiens; x. Frater, qui adiuuatur à fratre, est quasi ciuitas firma. Itaq; cum Isæo Sophista concludo; y. qui Lacedæmonijs de cingeda mœnibus ciuitate consultantibus, istud Homericum recitabat: *Scutum haste fesso, galeæ galeæ, atq; Viro vir.**

Ed adjiciebat: *(mus.*

*Sic mihi fate, Lacedæmonij; & murus cincti se-*  
Verè MVRVS FORTISSIMVS, EST FRATERNVS  
ANIMVS.

## CAPVT IX.

*De Fraternitatis valore ad opera Misericordie Corporalis exercenda.*

**O**ceanus hic est, & in mensa rerum copia dicendarū. Verùm in ea Concionatorum

a. *Virg. 3. Æne. v. 454.*  
b. *Idem. Georg. 1. v. 456*

a. *Vi curfus in Altum*  
Vela vocet, possintq; sinus implere secundos.  
b. *Non illa quisquam iubeat me classe per Altum Ire, neq; à terrâ moueat conuelleret funem.*

Equidem si Operibus Misericordie, genere diuersis, utpote Corporalibus & Spiritualibus: numero bis septenis: Si, inquam, his singulis exercendis plures esse dicatas passim Fraternitates docuero; eò quod harum ingens sit pondus ac stimulus ad illorū vicens florensque exercitium: jam profectò de ipsa quoq; Fraternitate in genere simul esse demonstratum necesse est; eam per maguū afferre momentum, & adiumentū ad eadem exercitia pia inter Christianos perpetuāda.

Atqui verò quis tam est peregrinus in Ecclesia & hospes; qui non aut viderit, aut fando cog- nōrit;

nōrit; alias alibi; at hīc celebrem haberi Fraternitatem Misericordie, quæ humanis mortuis det operam? Istic aliam; quæ infirmis visendis, fouendis, curaque necessaria adiuuandis charitatem impendat? Aliam alibi Hospitalariorum, quæ aut Nosocomijs, aut Xenodochijs vtrò intendit; aut domum suam exteris colligendis hospitalem facit: Aliam, quæ Templorum ornatui, procurandæq; munditiei deseruit: Aliam, quæ captiuis redimendis pecunias contribuit, aut colligit: Aliam cuius institutum est, pupillos aut educare; aut famularui, nuptiue elocare: Aliam porrò catechisandæ pueritiæ inuigilare: Aliam ad Venerabilis Sacramenti honorè conferre studium: Aliam iuramentis cauendis, prohibendisq; blasphemijs deditam vacare: Aliam diffidijs componendis occupari: Aliam iustis defensorum ritè exoluendis studere. Aliam deniq; alijs aut Vitijs exterminandis; aut Virtutibus in vsum inferendis; aut quibuscunq; pijs operibus excolendis insudare.

Quæ omnia cum actus sint eximitæ cuiusdam Misericordie; cumque eorum causa ac titulo alie alibi sint Fraternitates institutæ: nemo planè non videt, vniuerso Fraternitatis nomini rectè tribui oportere laudem eam, ac meritum; quod esse partium eius singularum constat.

Eiuci, quod proposui: quod volui, teneo: Neq; hanc mihi clauam Hercules extorserit. Inesse namque vim eam Fraternitati, Christianus orbis vniuersus constet, & prædicat. Non hæc in angulo geruntur ab Eâ, quæ illud est planè mirificum cum tot calamis, scyphis, sphaerulis, lilijsque aureis candelabrum de auro purissimo, cum septem sibi lucernis impositis. *d. Quarum quidem. e. Lux lucet coram hominibus. v. t. opera videntur tot bona, & glorificent Patrem; qui in calis est.*

*Fraternitas in Ecclesia est aureum candelabrum.*

In Fraternitate præcipue misericordialiter agere videtur. f. Heb. 13. 1.

Paulina quadam Lege de Fraternitate. Ibid. 5. 16.

g Ibid. v. 16.

Ea autem Fraternitas non est inter Religiosos nec inter omnes fideles. Vita Communis.

Sed de vniuerso hæc genere à me dicta sufficiant. Nunc in parte vnum aliquod ex omnibus fraternæ beneficentiæ operibus attingamus. *M. et sic am dico, Libertatem in confratres egeratis me nos Apostoli ad Hebræos hæc admonitio est. f. 1. Caritas Fraternitas muneat in vobis. 2. Hospitalitatem no'ne obliuiscit: per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. 3. Mementote vincentium, tamquam simul vincitis; & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes. Ep. 4. Sint moris sine auaritiâ, contenti presentibus. I. se enim dixit: Non te deseram, neq; derelinquam. Et infra g. 5. BENEFICENTIÆ autem, & COMMVNIONIS nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Saluant vos de Italia Fratres. Commiserationem in egenos Fratres commendat Fratribus. Quâ causâ: Propter charitatem Fraternitatis.*

Nimirum misericordiæ semen est fraterna Charitas. Quis autem ager erit, aut quæ terra illa bona; quæ semen id vulgò cum centuplo effert: Si Fraternitas non fuerit; equidem quid esse possit aliud, non satis video. Nam si Ecclesiam dixeris: Hæc tota, quicquid est, Fraternitas quædam est. Si Ordinem aliquem religiosum eam esse terram volueris; Et hic vera Fraternitas est, vtraq; hæc Misericordiæ sedes est, ac custos.

Verum cum Religiosi Ordines sint altior quædam, perfectiorque Fraternitas; quàm illa popularis nostra; idcirco huius agrum ab illius paradiso, fortunatisque Insulis diuersum esse statuamus necesse est. Deinde quoque cum & in Ecclesia, (licet permaneat Vnio, Communioque Christiana;) defuerit tamen peculiaris ille ac priuatus inter Christianos vsus mutuius, vigorque Fraternitatis; idque ipsa tantum, quam u & nomine; eò quod nimium quantum refrixerit charitas: inde ipsâ quoque illam, de qua agimus, benignitatem

nitatem refrixisse in cõmunem, omnes cognoscimus.

Feruet tamen illa, feruebitque passim in partibus Ecclesiæ. In istis inquam veris fraternitatibus; quas diuersas alij, alio proposito sibi sine, aliquos ad vulgari ter coiuerunt in Ecclesia, vt eiusdem Ceteram inter seporis mystici membra. Quorum quicquid est, se condicentis est, agiturque boni; totius id esse Corporis Ecclesiæ, ipsa membra illa, seu Fraternitates constituentur. Atque hæc Agrum esse felicem illum existimo, in quo iactum Misericordiæ semen ad messem centupli maturefcit.

Non ego commiserationem Fraternitatibus solis ira propriam, ac omnem assigno: vt eam penitus a cæteris remouere Christianis velim ijs, qui in nullam sese Fraternitatē aliquam adscripserint. Non. Sed istis tamen, qui hoc præstiterunt, sanè præcipuam ab ea laudem quoque deberi contendo. Id quod facta superius demonstratio euidenter ostendit. Etenim cum singulæ Fraternitates vnâ aliquam misericordiæ partem, & opus eius bonum, velut Spartham quæque; suam, sibi delegerint excolendam; sic, vt nulla eius partium prætermissa dici queat: iam omnino necesse est, totâ Misericordiam in vniuerso Fraternitatis nomine cõtineri, est ab ipsa expleri.

Ad eum prorsus modum, qui in religiosis ob- eundis functionibus Ordinum religiosorum cernitur. Non quòd vniuersim omnes illas functiones Ordo quilibet Instituto suo profiteatur: sed quòd alias alio, singuli certas quasdam præcipuâ curâ, (pro voc atione, quâ quisque vocatus est,) administrent. Nihil tamen minus omnium laus vni in Ecclesiâ RELIGIONI iustissimè est tribuenda. Sic FRATERNITATI princeps Misericordiæ laureola rectè debetur, & adjudicatur. Cui verò potissimum vni præ aliâ; id vnus, qui no- uit omnia, disceptet DEVS. Nostra hîc de roto

Fratern-

Ergo inter  
aliquos ad  
Ceteram inter se  
se condicentis  
est, agiturque  
boni; totius id  
esse Corporis  
Ecclesiæ.

Quæ laus  
redundat in  
totum genus  
Fraternita-  
tis vniuersa.

a. Ratio da-  
tur ex facto  
Fraternita-  
tis.  
h. S. Ambr.  
tam. 3. serm.  
59. vel 9. Ba-  
silaensis edi-  
tionis  
\* at. christu:  
\* al. in Fra-  
ternitate.

Fraternitatis genere disputat oratio.  
Neque modo nostra duntaxat; verum  
iam olim Diuicadem fuit Ambrosij oratio. b. La-  
gimus, inquit, tantam deuotionem plebs fuisse, ut  
ipse Fraternitatis essent illis cuncta communita. Scilicet,  
ut qui eodem consortio Religionis tenentur; eodem  
consortio fruereutur & vita. Hoc est: ut, quibus  
erat una fides; esset & una substantia; & quibus erat  
communis animus; \* communis esset & summus. Ne-  
fas enim putabant religiosi viri, eum sibi participare non  
adsciscere in substantia; qui participes esset in gratia.  
Atque ideo ex Fraternitatis amore omnibus com-  
muniter utebantur. Et infra: Erant in illis om-  
nia communia. nemo enim erat quisquam egenus  
inter ipsos. Beata igitur plebs; qua, dum plures di-  
uites habet in Christo; nullum in saculo habuit indi-  
gentem. Et qua, dum aeternas cogitat deuitas; a Fra-  
tribus temporalem reperit paupertatem. Non enim  
verebantur, ne esurirent ipsi; dum timebant, ne alius  
esuriret. Ita de primitijs Fraternitatis Christiana  
Ambrosius.

x. Idem serm.  
81. ex Homi-  
lia 6. S. Ba-  
siliij. Dist. 47.  
cap. sicut  
ij. Et suade-  
tur à Simili-  
ac fructu.

At alibi porro ita suadet. i. Affert fructum sicut  
terra. Illa enim fructus, quos affert, non suis usus  
vendicat; sed tuis ministrat obsequijs. Frangit igitur  
esurienti panem tuum. Beneficium largienti: ut praben-  
ti magis permanet, quam suscipienti. Nam misericor-  
dia quidem ad indigentem peruenit; gratia autem  
multiplicata mercede permanet tribuenti. Conside-  
ra frumentum, quod seminatur in terra; si non ad se-  
minantis potius, quam ad suscipientis lacra cadit. Si  
gloriam ex diuitijs quæris; cognosce, quia melius est  
mille filiorum, quos per misericordiam filios acquiris;  
Parrem vocari; quam mille aurorum dominum  
dici. Hanc Ambrosius ambrosiam planè cele-  
stem.

Monet illa me liberalissima primæ Fraterni-  
tatis communicatio, & D. Ambrosij vtraque o-  
tatis

ratio, rationis cuiusdam in hanc rem, & distin-  
ctionis apæ apud D. Thomam. k. Qui sic ait. k D. Tho 2.  
Bona ratio, quæ, quæ homini diuinitas conferuntur,  
eius quidem sunt, quantum ad proprietatem; sed  
quantum ad usum non solum debent esse eius; sed eti-  
am aliorum; qui sustentari possunt ex eo, quod  
ei superfluit. Quare pia Fraternitas ita cum  
Sancto. Basilio. l. secumque ratiocinatur. Si fa-  
teris ea tibi diuinitus prouenisse; cur tu abundas, illa  
verò mendicat: nisi ut tu bona dispensationis merita  
consequere? Est panis famelici quem tu tenes: nudi tu-  
nicæ, quam reclusis indigentis argentum, quod in ter-  
ram desolis. Tot te ergo scias inuadere lona; quot pos-  
sis prestare. E. verò præstat Fraternitas. Et si in ea  
non omnes, non singulis; at certè pars illius sani-  
or; quæ omni iure, in re omni, maior censetur:  
Vel Deo eiusdem. Iudice: m. qui decem iustos  
prætulit quinque amplissimarum ciuitatum  
multitudini. Enim verò. n. Melior est vnus timens  
Deum: quam mille filij impij.

Illam igitur legem veterem Iubilæi renouat  
nobis, & in oculis ponit Fraternitas; quæ ita  
statuit. o. Si vnus de Fratribus tuis ad paupertatem  
deuenerit; non obdurabis cor tuum, nec contrahas ma-  
num; sed aperies eam pauperi; & c. dat is ei; nec ages  
qui: quàm callidè in eius necessitatibus subleuandis.  
o. v. benedicat tibi Dominus. DEVS vnus in omni tē-  
po: e. & in cunctis, ad quæ manum miseris. Non de-  
erunt pauperes in terra habitaculis tuis: idcirco  
ego principio tibi, ut aperias manum Fratris tuo ege-  
no & pauperi, qui tecum versatur in Terra. p. Ne cla-  
met contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum.  
Pertinebat huius quidem mandati vis tum ad  
eiusque temporis articulum; tum vero maxi-  
mè ad septimum quemque Iubilæi annum; quod  
arctius obligabat. Fraternitatis autem anni cin-  
nes Iubilæi, ab gratiam, censendi sunt. Quare  
cum

2. q. 32. a. 5.  
ad 2.

Ratio 2. ex  
natura for-  
tunarum.

l. S. Basil.  
serm 6. in

illud 12. Lu-  
ca Deserviat  
horrea.

Et sine ex-  
rudem.

m. Gen. 18.  
32.

n. Ecc. 16. 3.  
o. Deut. 15. 7

Ratio 3. ex  
veteris Iu-  
bilæi simili-  
tudine.

o. Ibid. 10.  
p. Ibid. 9.

p. *prou. 17. 2.*  
 q. *Mat. 25.*  
 40.  
 r. *Luc. 2.*  
 s. *S. Cypri.*  
*Serm. de*  
*Eleemosynis*  
 Ratio 4. ex  
*imitatione*  
*Dei.*  
 t. *Luc. 6.*  
 u. *S. Aug.*  
*Serm. 76. de*  
*Tempore.*  
 x. *S. Greg.*  
*Nys lib. de*  
*Beati iudi-*  
*ciis.*  
 Ratio 5. ex  
*probita illi*  
*charitate.*  
 z. *S. Leo*  
*Serm. 4. de*  
*colleclis.*  
 y. *Psal. 40.*  
*ergo huius-*  
*modi.*  
 Fratritate  
 it est pro-  
 pria.

cum fortunis ita agit, ut sapientis illud suis verè dictum accidat. *p. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hereditatem diuidit.* Præclara enim meminit. *q. Quod uni ex his Fratribus minimis fecistis, mihi fecistis; Et r. iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.*

De quo multa S. Cyprianus. *s. ac tandem ista: Qui possessor in terris redactus ac fructus suos cum fraternitate partitur; dum in largitionibus gratuitis communis ac iustus est; Dei patris imitator est.* Rationem dat S. Augustinus ex isto *Lucæ. 1. Estote misericordes, sicut Pater vester celestis; & ait. n. Similitudinem patris, actus indicant sobolis. Similitudo operis, similitudinem indicat generis. Actus nomen confirmet; Vt nomen genus demonstrat. Patrimonium quod habes; si operaris; tuum est: Si cessas; alienum est. Pecunia, quæ seruatur; castus seruit: quæ in misericordia seruatur; premium futurum acquirit.*

Quia, teste S. Gregorio Nysseno. *x. Quem admodum inhumantus ac ferus ab odio causam & originem habent; sic ex Dilectione quodammodo misericordia nascitur: ut ea sit beneuolentia mater, dilectionis pignus; vinculum omnis amice affectionis. Idcirco, (vt S. Leo infert. 7.) Cum amatur ab homine, quod Deus diligit; merito in eius ascenditur regnum, in cuius transitur affilium. y. Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Misereantur pauperum; qui sibi volumus parcere CHRISTVM.*

Hæc inquam fraternitati partim interna, propria partim extra eam posita, & communia cum alijs; ipsi in animo, in oculis, interque manus versantur: vt non possit non sentire illud, quod ingens misericordiae calcar in sese ista iam dicta habent. Ad huiusce opera vrit eâ sua intus, & vrgit Chantas: prouocat exemplo primitiua

Frater-

Fraternitas: inuitat proposita æternæ remunerationis certa felicitas. Vel etiam hoc ipsum; (quod dare, quàm accipere, sit beatius;) delectat: stimulat liberalitas Dei affundētis illi omnia largius; vt pari vicissim liberalitate ad refundendum ipsi certatim respondere contendat.

Quid, quod etiam illa cum fratribus communicatio Gratiarum, quodam modo cogat ad dispersionem fortunarum inter fratres liberaliter faciendam? Nam in homine misero; istud à natura positum, quod homo sit, vim magnam habet, vt illius miserearis: In fratre autem hoc tam à voluntate tua, quàm à Dei gratia illi concessum habes, quod & Frater tuus sit. Hoc, inquam, vim ad commiserandum habet tantò maiorem; quantò frater supra miserum, gratia supra naturam, gradū tenet superiorē. At verò vno in misero simul & fratre, ad idem vtramque geminatam illam vim & efficaciam enadere multò maximam necesse est.

Ex quo itē cōsequitur illud: Quandoquidē efficaciam tantā ad miserandū in Fraternitatis viscibus inesse cognoscimus; effectū quoq; hoc est, ipsam misericordiam pij pectoris, ac operis parē suæ causæ respōdere cōfiteamur oportet. Aut, si quis inficiabitur; rationē disparitatis assignet.

Dicos: Impedimentū aliquod subinde vim eā intercipere posse, ac sūtere; quod minus in effectū operis transeat Misericordia. Ecce, quàm liberaliter agam. Do totum istud ac largior vltro. Verum & hoc meo iure vicissim postulo: Si, istud subinde accidere possit; igitur potest sæpius idē non accidere impedimentum. Deinde, etiam hoc dato; quod sæpius contingat; ergo; cum non semper; certè aliquando id non eueniet; & illam Fraternitatem vis, ad misericordiam exercendā tāta operis finē sortietur oprati vel apud

Ratio Sexta  
 eiusdem ex  
 communica-  
 tione Spi-  
 rituali.

In Fraterni-  
 tate non pos-  
 sunt non  
 esse miseri-  
 cordia ali-  
 qui, idque  
 affilium sibi  
 est. id est.  
 Libertate.

pud fratres omnibus nonnullos. Hoc certius est, quā vt dubitari; clarius, quā vt negari debeat.

Iam verò sicut pars sanior, esse maior dicitur, in deteriore quacunq; multitudine, quamuis maxima; à sanioris autem istius & raræ bonitate, vniuersa multitudo bona censeri affolet: Ita quoque in Fraternitate, vt sit pars illius minor dedita misericordiæ; tamen primum illa maior habenda est; quæ & facta, & studio in egentes est largior; ac proinde potior ac sanior; tamen numero foret minor. Cùm autem à potiori fiat denominatio, iam ab eiusdem quoque misericordia rectè Fraternitas tota misericors appellatur, & esse affirmatur, in qua vel pauciores misericordiam præstant. Tu Remp. iustam dixeris propter paucorum in ea, inter plurimos iniquos Iustitiam; & Fraternitatem confiteri misericordem vereberis, ob sanioris in ea partis misericordiæ studia? Ex plurium culpa, paucorum innocentia illustrior fit; non obscurior: vt horum præ splendore, illorum e iam obscuritas minus aduertatur. Idem de paucorum fratrum miseratione, & plurium inhumanitate, (si quæ foret) existimandum est.

Hactenus confidentiâ causæ, velut ex iniquiore loco pugnavi; Campum tamen obtineo; concesserim licet non concedenda. Nam sic egi, perinde ac si essent plures in Fraternitate immiserordes: Deinde, quasi plura in ea sese obijciant ad misericordiam re exhibendam impedimenta. Vtrumq; à ratione quàm est alienum? à veritate quàm remotum? Etenim Fraternitas omnīs ad aliquam misericordiæ partem, singulariter, ex inieq; colendam instituitur: Eadem deinde ob id expetitur, & inicitur: Ad hæc remouet impedimenta; suppeditat adiumenta in eum finem apta omnia. Vt miseris, si inter tot Fratres

Fratres, ac tanta inuitamenta misericordiæ, reperias vix paucos degeneres, aut ad benignè faciendum difficiles, aut duros proflus ac inhumanos.

Dicit mihi quispiam: Cùm cuiusq; sit Fraternitatis, vacare operibus Misericordiæ; cumq; Aut affectu Fraternitas esse omnibus apta debeat: (quantum mi- quam alia alijs.) is carū nulli aptus esse poterit, *sericordes*, qui, vnde largiatur fratri, pro re ac tempore *id est*, Bene non habet. At tu, *inquam*, nimium mihi de misericordiæ vsu sentis angustè, & illiberaliter. Plures ille actus numerat, quàm vnum hunc Dandi. Miserari, misericordiæ est; at idem & animi est. Non habes, vnde des? animum habes: da hunc; & miserus eris. Num illud Tullianum a. Cicero O. ignoras? a. *Fortuna nil maius habet; quàm vt possit: Nat. r. pro Q. Natura nil melius; quàm vt velit seruare.* Quare vt *Ligario.* desint alicui fortunæ; ac certè natura nemini.

Decantatum est illud Nasonis:

a. *Vt deunt vires; tamen est laudanda voluntas.*

*Hac ego contentos auguror esse Deos.*

*Hæc facit, vt veniat pauper quq; gratis ad aras;*

*Et placeat caso non minus aqua bene.*

b. *Et qui, quàm potuit, dat maxima; largus abunde est:*

*Et finem pretas contigit illa suum.*

*Nec, quæ de parua pauper Dijs libat acerra*

*Thura minus, grandi quam data lance valent.*

*Agnaq; tam lactens, quàm gramine pasta Phalisco*

*Vicitima Tarpetos insori: cæca foveos.*

Bona ista; sed viri non boni. Itaq; Autorem mutemus; & sententiam demus etiam sanctiorem. *Bona volū- tatis vis & Is s. Leo Magnus; esto, qui ait. c. Esi non est præstantia. omnium equalis facultas; debet esse tam n par pre- c. S. Leo- tas. Quoniam fidelium largitas non de Muneris pen- ferm. 3. de sit. vt ponderi; sed de Benevolentia quantitate, Habet Collec- hoc in misericordia cōmercio etiā pauperes lucrum. Sic*



diues Munire copiosior; dum pauper Animo non sit inferior. Quamuis enim maior speretur redditus de matiore semente; potest tamen de exigua satione multum fructus peruenire iustitia.

A. S. Greg.  
Hom. 5. in  
Euangelia.

Magno maiorem alium autoritate, ætate minore subijcio S. Gregorium Magnum, d. Is ait, Exteriora nostra Domino, quamlibet parua, sufficiunt: Cor namq; non substantiam pensat. Regnum Dei tantum valet; quantum habes. Quid vilius cum emitur? Quid carius; cum posside tur? Ante DEI oculos nunquam est vacua Manus à Muneribus; si fuerit arca Cordis repleta bona Voluntate. In me sumi, Deus, vota tua; qua reddam laudationis tibi. Nil quippe offertur Deo ditius, bona voluntate. Par istis ætate S. Ambrosius inquit. e. Liberalitas non cumulo Patrimonij, sed largitatis desinitur Affectu. Nam Vidua plus omnibus misit Vberior enim est nummus à paruo, quam ibe. aurus à maximo. Quis non quantum datur; sed quantum resideat. expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui sibi nihil relinquit. Non quid fastidio exspuas; sed quantum deuotione confiras, astimandum est. In eandem differit sententiam Os aureum S. Joannes: f.

Psalm: 55.

e. S. Amb. in  
libro de Vi-  
diuis.

Luc. 21.

f. S. Chryf.  
homi. 34 ad  
populu An-  
tioch. Et  
homi. 74. in  
Matth.

g. S. Leo  
serm. 6. de  
Quadrages.  
h. S. Ambr.  
lib. 1. Offici-  
orū cap 30.  
Misericordi-  
a partes sūt  
duæ: Libera-  
litas, & Be-  
nevolentia.

Atq; ista ex Theologia Christiana peruntur. Philosophia verò etiam naturalis ac Ethica, isti subseruiens, ex suo myrothecio solidam istius rationem depromit; Cur nimirum, (vt S. Leo- nis vtar verbis,) g. Qui largitatis sunt viribus in- equales; mentis tamen affectione sine similes? Quia Misericordia, siue beneficentia, (inquit S. Am- brosius) h. diuiditur in Benevolentiam, & Libera- litatem: ex quibus constat, vt sit perfecta. Hæc si- ne illâ ne virtus quidem esse potest: at illa per se sola maximam explet beneficentia partem. Vti, præter iam datos testes, Lucanus canit, i- temq; Propertius. i. Voluisse,  
i. Lucanus ad Pisonem. Propert. l. 2. Eleg. 10.

i. Voluisse, sat est, animum.

Cui bono viro autem; vt omnia desint; VELLE k. S. Leo deesse potest? Nisi qui hoc ipsum superesse si- form. 6. da binolitispe. Dilectio quoq; vt ait S. Leo, k. Quadr. nullis unquam impeditur obstaculis; vt non ei semper BENE VELLE sit liberum.

Quare (vt omnia colligam,) qui se cunq; ad aliquam adiunxerit vsquam Fraternitatem; cuiuscuius fortuna sit & conditionis; habet is vel in sese, vel extra se, vnde fraternam aliquando pro re natâ præstet misericordiam. l. 1. Copiosus est? Liberalitatem cum benevolentia exercere ei licet, quantum libuerit. 2. Tenuis est: Bene- uolentia illi semper integra esse potest. 3. Medio- cris est: Dicat, faciatq; cum Seneca: i. Dabo egen- tis; sed non vt ipse egenus. Succurram perituro; sed non vt ipse peream.

Triplex ho-  
minum ge-  
neris in qua-  
cunq; Fra-  
ternitate est.  
1. Seneca  
Philosophus  
libro de Bene-  
ficijs.

Verum hæc te ipse ne deceperis; vt, cum reap- se opitulari possis; te non posse, nisi affectu, tibi persuadeas. Audi ethnicum virum; sed verum. m. Marcus Tullius. l. 4. m. Cur misereare potius, inquit, quam opem feras; Tusc. quest. si id facere possis? Audi & alterum. n. Succurrere n. Seneca. l. 2. de moribus pauperum amicorum stude. Imò, potius occurre. o. Idem li- bro de Bene- uolentia venit. TARDE VELLE, NOLENTIS EST: idem inquit, Seneca Vbi autem inita quædam inter homines coaluit fraternitas; ibi tantò est ad commiserandū, opitulandumq; & paratior voluntas, & promptior quoq; liberalitas. Sed non isthunc ego Philosophandi campum ingre- diar longius. Ostendi; quo Fraternitatem com- mendaturi Prædicatores, suam inferre eloquen- tia vim, ac circumferre latius queant. Ad carceres, vnde sum egressus, reuertor.

m. Marcus  
Tullius. l. 4.  
Tusc. quest.  
n. Seneca. l. 2.  
de moribus  
o. Idem li-  
bro de Bene-  
ficijs.

E 2

CAPVT

*Fraternitas efficax est ad cohibendam inter homines Cupiditatem, sordes ac sœnerationes: adq; laxandam profusè Liberalitatem.*

a. *Quia Fraternitas larga est.*

**Q**uæ in suis esse fortunis dispersiendis largæ, profusæq; consuevit; ea in alienis appetendis haud esse cupida præsumi; aut sordida videri satis potest Fraternitas. Quam igitur latè sese per animos fuderit amor Fraternitatis; tam latè simul habendi aliena cupiditatem fugauerit idem amor communicandi propiia. Eò præsertim, quòd hic aut proprius est omninò Fraternitatis; aut nullius est: vt dictum iam, ac demonstratum.

I. Age verò nunc ad id, quòd agimus. Expultricem auaritia, turpissq; lucri, Fraternitatem esse dicimus. Quin res ipsa pro nobis, proque se ipsa loquitur Etenim, si verum; quòd a. *Charitas non querit, quæ sua sunt; & est benigna.* Si verum; quòd eadem sit Fraternitatis & patens, & forma, & vita, & omnia sic. vt, vbi charitas non est, Fraternitas esse non possit. Si denique verum; quòd charitas, cum sua tantum querere incipit; esse desinat: Sequitur quòd nec Fraternitas ea potest subsistere; quæ priuatum acquirendi studium caput admittit. Quâ datâ semel deterioris mali venâ, continuò Lernam maiorum inuehet secum auaritia.

b. *Hor. lib. 2. Epist. 10.*

b. ——— Nam qui cupiet; metuet quoq;. Porro Perdidit arma, locum virtutis deseruit; qui Semper in augenda festinat, & obruitur Re.

c. *Idem lib. 1. serm. 1.*

c. ——— Hoc inuua? Horum

Semp; ego optarim pauperrimus esse bonorum.

Quòd si igitur à studio cõmuni boni recedentes; vcl

vel excidente Fraternitate; tantò succedat larius, & validius insurgat priuata cupiditas: iam profectò, illa stante, locumq; suum, ac robur tenente, hæc vbi consistat, non habebit. Stat autem, stabitq; semper aliqua Fraternitas; quæ diu perstabit Ecclesia: per quam locis propagata, cultaque plurimis, tantum semper hominum subtraxit auaritiæ, & ab lucris iniquis abstraxit: quantum penè ad se mortalium attraxit, fraternæq; deuinxit charitati. Sic ratio euincit. Quid historia?

II. Hebræorum fraternitatem quis ignorat? *Id patet exemplis. 1.* Hæc ab Abrahamo propagata in immensum auxit in numero capitum numero, & opum vi; *Hebræorum.* Vix semper communis obseruans. Hæc item

Per varios casus, per mille pericula rerum  
Ducta, Palæstinis tandem salua astitit oris,  
Terrarumq; potens, dabellatrixq; Potentum.

Scilicet inuictos Fratrum Concordia vincit!  
Hæc à Deo instituta, inuecta à Moysè; accepta à populo, sancteq; obseruata; sub Ducibus, sub Iudicibus, sub Regibus variam experta subiit aleam; tamq; diu auaritiâ ab animis populi, hominumq; commercio exclusam

d. *Impetio premit, ac vinculis & carcere frenat: d. Virg. 1. Ene. 58.* quàm diu ipsa nihil dum labefactata durabat. At postquam Judæis sanctum *Fratriis* nomen vilescere cœpit, & animi ad illud hebescere: haud mora continuò perfidia, auaritia, fœnus, inhumanitas

e. ——— Velut agmine facto,  
Quæ à data porta ruunt; & terras turbine perflant.  
f. Inc'e ferè scelerum cause, nec plura venena  
Miscuit, aut ferro grassatur sanius vllum  
Humana mentis vitium; quàm fœua cupido  
Indomiti census. Sed quæ reuerentia Legum?  
g. *Alon omni fœdas impius lucri furor rupit.*

e. *Idem. 1. Ene. f. Jansen. 14. Satyra.*

g. *Seneca Hippo.*

Id quod & exprobrat Judæis, & deplorant sapi-  
us Propheta: Isaias; *b. Omnes in viam suam de-*  
*clinauerunt: Ecce tibi priscæ, Cõmunis, hoc est;*  
*fraternæ viæ ac vitæ omissionem; Vnusquisq; ad*  
*auaritiam suam: Ecce successionem cupiditatis,*  
*cumq; eâ omnem dolum: Teste Propheta alio:*  
*i. A minore quippe, usq; ad maiorem omnes auaritia*  
*student; à Propheta usq; ad sacerdotem cuncti faci-*  
*unt dolum. Sic*

*k. Lucr. 3. li. Deniq; auarities, & honorum eæca cupido,*  
*Sic miseros homines cogunt transcendere fines Iuria*  
*Vidimus ortum mali ex occasu Juris Fraternali.*  
*Sed quo id tandem erupit? In pœnâ, dico, prop-*  
*riam. Nam ita ad illos Deus l. Ecce complosi ma-*  
*nus super auaritiam tuam, quam fecisti, Nec diu;*  
*quantum ò*

*l. Ezech. 22. Pars vilissima rerum, Certamen mouisti Opes?*  
*13. Hostis adest: fit vis; dominatur Victor auaris.*  
*m. Lucanus n. Fortunæ præda hosti; infortunati, fiunt vilis-*  
*libr. 3. sima cunctis seruitia. Omnes solû vertunt, ter-*  
*n. 4. Reg. 23. ramq; migrant, & diu miseram seruiunt seruitu-*  
*24. 25. tem in Babylone. Dum tandem ab Artaxerxe,*  
*a. Paral. 34. seu Dario manumissi ad desertam postliminidõ*  
*o. l. Esdr. 2. 8 terram reuertunt, Duce Esdra. e.*

*II. Jam priscam sanctamq; Legem recogno-*  
*uerant, Jam in nomen, iusq; fraternitatis redierant.*  
*Jam altera hostem gladio propulsari defende-*  
*rant; altera vrhis mœnia ac tecta instaurarant: in-*  
*stantiarant & Religiones, riteq; procurabant: p.*  
*Omnia sub Nehemia, pincerna Darius Regis Per-*  
*p. 2. Esdra. 2. sarum. Cùm, ecce, gliscit iterum priuata sensum*  
*3. 4. cupiditas optimatum; qui rem fecerant, opesq;*  
*aggerant. Hi, posthabito sancto nomine Fra-*  
*ternitatis, mutuum dant egentibus accipiuntque in*  
*pinguis Fratrum capita cum liberis, vxoribus,*  
*atq; fortunis: q. Et factus est clamor populi, & vx-*  
*orum eius magnus aduersus Fratres suos Judæos. An*  
*orum*

non oraculum cecinit, foliumq; Sybillæ recita-  
uit Aufonius, dum ait :

*r. Turpia luera*  
*Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat.*

Rem ergo M. Cato Cenforius percontanti, *f. Cic. lib. 2.*  
*Quid est fœnerari? Respondit. Quid? hominem oc-*  
*cidere. Sed ad læsam fœnore Judæorum Fraternali-*  
*tatem reuertamur. Quo vltus medio Nehemias*  
*contra vsuræ pestem? Qua vi, aut arte è faucibus*  
*illi prædam eripuit, vindicatis in libertatè Fra-*  
*tribus? Nomen arripit sanctum, titulumq; præ-*  
*fert FRATERNITATIS priscæ,*

*t. Cuius matris auro corrupta iacebat.*

Increpat ergo optimates ac magistratus, & ait :

*u. Vsurasne singuli à FRATRIBVS exigitis? Nos, ut*  
*scitis, redemimus FRATRES nostros Judæos, qui ven-*  
*ditis fuerant gentibus, secundum possibilitatè nostram:*  
*& vos igitur venditis FRATRES vestros, & redime-*  
*mus eos? Non est bona res, quam facitis. Quare nõ in*  
*timore DEI nostri ambulatis? Et ego, & Fratres mei, &*  
*pueri mei cõmodauimus plurimè pecuniã, & frum-*  
*ti; non repetimus in cõmune istud; as alieni conceda-*  
*mus, quod debetur nobis, &c. Et dixerunt: Reddemus*  
*& ab eis nihil quaremus. Dictũ factum. Sed tu mi-*  
*hi causam motiuã principè aduertas velim pro-*  
*figata vsuræ fuisse, FRATERNITATEM. Atq; ista*  
*annis ante Christum natum facilè quingentis.*

IV, Sub idè ferè tempus Romæ par rerũ facies *3. Romano-*  
extitit, anno Vrbs conditæ. CC. LIX. Annis vix *rum.*  
duodeniginti, ( pulso Tarquinio Superbo Regũ  
vltimo, creatis Coss. aucto PP. cõscriptis Senatu;  
cõstitutaq; Rep. libera, ) Ciuiũ x. cõcordiã res par-  
te creuerant immẽsum. Quæ quidè cõcordia, ta-  
meti nomine fraternali minimè audiret; re tamè,  
affectu, studijsq; mutuis nomè illud præstabat,  
& explebat Romani: ijdèq; cunctis circũ genti-  
bus superiores, potentia iuxta & opulètia sua e-  
tiã ipsorũ vota supergrediebantur. *x. Salustius*  
*in Jugurthina.* **At**

*r. Aisformia*  
*Eidyll. 15.*

*f. Cic. lib. 2.*  
*officiorũ*

*t. Petr. Ara-*  
*biter.*

*u. 2. Esdra*  
*5. 7.*

At verò simul ac nonnullòrum curæ à publico auersæ, rem priuatâ magis respectare cæperunt; tantû increuit amor sui; quantû ille communis amor proximi collabacebat. z. Quantû opulescebant pauci aliqui; tantû cæteri ciuium obæratî, nexuq; vincti iam ipsam seruitutē in liberâ ciuitate seruiebant. Tanta Creditorû erat licentia atq; sauitia! Ergo victa plebis oberatæ patientior fit furor. Seditio cooritur in Senatû, quanta vix vnquam alias, sæuissima. Contra fænus vnus clamor omnîû. Cùmq; Senatus nec Fæneratorum obfistere potentia; nec postulatiõni ciuiû de relaxatione facere satis posset; Ciuitas Urbem migrat; eque Roma vacuâ secessione factâ, in Auentino monte facto confedit. Nec antè reuertit ad relicta recta; quàm id Orator Agrippa perleganti membrorum in ventrem conspicantium apologo persuasisset, eum pacto Tribunatus creandis qui sacra potestate plebem contra vim opprimentium tutaretur. Fuit illa prius cõcordia quidē ciuica; sed tamē fraternæ per similes. Remisit illa; & flagrauit auaritia, intendit vsura, Cupiditas dominata est.

V. Ab Romanis ad Hebræos redeo, temporû securus ordinem, & exemplorum. Restitutam inter eos ab Nehemia Fraternitatem varij deinceps casus exceperunt: dum tandem stirpis conuulsa, atque dissipata, per scelus ac libidinem, pariter cum Repub. recideret ad extrema. Quam rerum omnium perturbationem cùm alia multa quidem flagitia inuexerunt; tùm verò tanta impunis omnium cupiditas, quæ per vnuerfos grassata, in summam arceam Sacri Pontificatus, Sacerdotiq; inuasit. Non illa exhorruit Summam etiam Pontificatû venalē facere. Non dubitauit Sacerdotia sub auctione venūdare. a. Nihil est audere relictum. b. Pudeat tanto bona velis caduca. Nimirû vbi fraterna pietas cessit, suc-

z. Tit. Liv.  
Decad. 1. lib.  
2. sub medi-  
um. anno  
V. C. 259.

4. Rursus  
Iudaorum.

a. Manil. 5.  
b. Idem 4.

cessitque libido; nihil ibi sanctum est auaritiæ. Actum erat; nisi reliquias de celo SALVATOR missus seruasset. Is inter Apostolos Fraternitatem; hi inter Fideles eandem restituerunt Fraternitatem. Et illi continuo, vel Etia omnibus, seruati sunt eum. c. Hi. d. Nihil suum esse dicebant; sed erant illos omnia communia. Felix amissæ restitutio Fraternitatis! Infelix cupiditas, quæ illi aut cediti succedit; aut cedit existenti!

VI. Huius primitiæ Fraternitatis in communi vitâ statum in xiâ prædicandum, & admirandum, ex D. Ambrosio capite superiore expressi. Quæ satis docent: vt ad solis ortum tenebras; sic ad Fraternitatem, in vsum humanum inductam, fugere habendi cupiditatem. Nam quis huic esse locus queat; vbi largissima sese effundit beneficentia De quâ, præterquam quod Apostolorum Acta testantur, ita & Apostolus inquit. e. Notam facimus vobis, Fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesijs Macedonia. altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secundum virtutem, & supra virtutem voluntarij fuerunt; cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationē ministerij, quod sit in Sancto. Factas Macedonû Collectas in egenos dilaudat; quas fieri exorarunt, in quas supra virtutē voluntarij etiam tenuiores fuerunt. Scilicet, vt pauperes seipsis ditiores redderent. Inter hos tales, quæ vel suspicio questus, aut auaritiæ esse potuit? Nimirum Fraternitas hanc omnē medio pestē tollebat.

VII. Ad similem beneficentiam sic horratur Corinthios. f. Sicut in omnibus abundatis; sic & in hac gratiâ abundatis. Non quasi imperans dico: sed vestra charitatis ingenium bonum comprobans. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum; vt fiat equalitas. Sicut scriptum est:

E 5

Qui

1. Apostolorum.  
c. Marc. 4.  
20.  
d. Act. 4. 32

6. Ex Macedonia.  
Collectis  
c. 1. Cor. 8.

7. Corinthiorum.

f. Ibid. 7.

*Qui multum, non abundavit: qui modicum non minoravit.* Hæc Paulus de Collectarum largitate pro Fratribus inter Fratres.

8. *Antiochenorum.*

g. *Heb. 10.*

h. *Añ. 11.*

9. *Galatarum.*

ii. *Cor. 16. 2*

k. *Cæsar.*

Bar. *An-*

nal. to. i. an.

44 §. 68. &c.

l. *S. Leo ser. 2.*

3. 5.

10. *Ex Collectis Ecclesie*

*fasticiis.*

m. *S. Chry;*

*serm. de*

*elem. &*

*Collat.*

n. *S. Cypr.*

*lib. de Ope-*

*ribus &*

*elem.*

o. *S. Hier.*

*ad Vigilantium.*

VIII. Certè Lucas memorat de Antiochenis, qui de Fratrum in Iudæa persecutione audientes ex Agabo inde egresso, deq; perpersâ ab ijs g. rapina bonorum, quam cum gaudio suscepserunt; Continud h prout quisq; habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa Fratribus. *Quod est fecerunt.* Quæ inter eos residere domesticos potuit lucri aviditas, & fraudandi conatus; quorum ad exteros tam longè sese porrigebat fraterna liberalitas?

IX. Inde ordinavit Apostolus per Galatiam, apudq; Corinthios, & alios, vt. i. *per unam sabbati unusquisq; apud se sponat, recondens quod ei bene placuerit;* Scilicet ad Collectam egentium. Quæ pia consuetudo manavit per omnem Ecclesiam: vt. k. *spje Romanus Pontifex pro concione, ad certam diem, Collectas faciendas induceret.* Testantur id S. Leonis sermones. l. Pro collectâ, inscripti. In quarum quintâ ista: *Omnes vos deuotioni voluntaria preparate; vt unusquisque secundum sufficientiam habeat in sacratissimâ oblatione consortium.*

XI. Eandem Constantinopoli exoletam consuetudinem S. Chrysostronus innouauit, ad eodq; præcepit. m. Voluit idem eâ causâ in Ecclesijs esse Gazophylacia. Qui mos hodieque obtinet, Ea, S. Cyprianus Corbonam appellat. n. Quem quidem morem tempore Theodosij Imperatoris vigilantius hæreticus euertere conatus est. At eum ardens zelo Hieronymus redarguens ait e. *Qui partem non habent in terrâ, nisi solum Decum; & magogaram, & totius orbis fouentur multiserbis.* Quare si fraterna ea liberalitas dici auaritia possit; iam Fraternitas expulserit auaritiâ dici

non

non debet. Sed tam hoc, quàm illud cogitare ueracior est.

XI. Possent hic multa fraternæ largitatis inter Christianos præscos Instituta commemorare; sed omnia uolens prætermitto. Sileo Cænas, & ac mensas communes, post peractam Synaxin p. ommitto Agapes communes & crebras. q. Agapes Dedicatum, Martyrum, Dominicas, Funerales, Natales Sanctorum, aliasq; ad egentium sustentationem usurpatis prætereo. De quibus locupletissimè Baronius. a.

XII. Nemo uerò existimet Fratres Christianos in egentium turbam, quàm in Sacrum Clerum liberaliores extitisse. Nam quis sportulas Cleri non nouit? Quis sportulantes Clericos nescit? Quis amplissimas Ecclesijs iam inde ab earum origine factas donationes non uidet? Fecit eas liberalitas Christianæ pietatis, fraternitatis, ac Religionis. Omnia hæc prætermitto, tanta Fraternitatis contra auaritiâ; quanta liberalitatis expressa uestigia; quin imò luculentissima testimonia,

XII. Et quidem *Hospitalitatem nolite oblitisci*, monet Apostolus. s. De qua, mirum, qualia & quanta se offerant, uetera scriptorum monumenta reperenti. Illam certè inter Fratres olim Fideles ad eod frequentem, ac necessariam intercessisse refert Tertullianus; vt eam inter catholica Communicationis symbola adnumeret, dicens. t. *Ecclesia omnes sunt prima, & omnes Apostolica; dum omnes unam probant unitatem.* 1. *Communicatio pacis, & 2. Appellatio FRATERNITATIS, & 3. Concessio Hospitalitatis: qua iura non alia ratio regit; quam eiusdem Sacramenti una traditio.* Notanda tria: Res pacis; Nomen Fraternitatis; & Tessera hospitalitatis. Quæ cerum quoddam signum erat, quod qui ferret is à Fidelibus Ecclesiæ

11. *Patet indicis compluribus.*

p. *Cor. 11. 20.*

*Baro. t. 1. An*

*no 57. §. 133.*

q. *Tert. in*

*Apolog. 6.*

39.

a. *Baro ibid.*

§. 1. 2. v. *quæ*

*ad §. 143.*

*Et to. 4. An.*

377. §. 14. *Et*

4. 391 §. 39.

r. *Baro. t. 1. a*

57. §. 7. *Et*

*to. 2. An.*

253 §. 92.

s. *Heb. 13. 2.*

2. *Patet ex*

*fraterna*

*hospitalita-*

*tis tessera.*

t. *Tertul. de*

*Præscrip.*

cap. 20.

clesiæ filius, & frater omnium agnoscebatur, ac  
 fouebatur vt frater ò vim, genium, & ingenium  
 Fraternitatis! Quàm ea cuiquam fraudem faci-  
 at; quã inferri suat; tam profusa sui, & piè terù  
 prodiga? Sic illa confucuit. *u. fenerari Domino, que  
 misere ut pauperum, peregrinorum, po Fratrum.*

*prom. 19. 17*

Verùm hoc signum cum adulterassent hære-  
 tici, eodem vsi; vtroque Catholicis acciperentur;  
 sæpius id ab Orthodoxis contigit imitari: dũ  
 tandem literis commendaretur. Hæc Patres in  
 Nyceno Concilio nominauerunt *Formatas*. x. Igi-  
 tur viaticum peregrinantium, aut egentium Fra-  
 trum; ipsa hospitalitas erat Christianorum. Et  
 non recipere, nec coniungere oblatam tesseram,  
 erat non communicare cum alieno.

*x Cas. Bar.*

*1. 2. anno 14. 2*

*2. §. 6. 7. Sc.*

Quid, quòd & apud Gentiles idem erat Con-  
 fringere tesseram; quod amicitiam dissoluere?  
 Vnde Plautus. *y. Hi: apud nos. Aliesimarche, confr-*  
*gisti tesseram: ait Pacte namque etiam apud illos*  
*erant per tesseram hospitalitates mutuae, eoque*  
*foedere mutuae pariter amicitiae fouebantur.*  
 Quæ sic sanctè cultæ manabant ad posteros.  
 Vnde apud eundem autorem:

*y Plautus  
 in Cistella-  
 rio, Quæ eti-  
 am Gentili-  
 bus nota  
 fuit amici-  
 tia.*

*a Plautus in  
 Paulo.*

*Si ita est; tesseram  
 Conferre si vis hospitalem, etiam a tui.  
 Agedum ostendu. Est par probè: nam habeo domum.  
 Omnes hospes, saluo mul. um. nam mihi reus pater,  
 Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit:  
 Hac mihi hospitalis tessera cum illo fuit.*

At si hæc mutuae charitatis officia adedò in-  
 solubiliter apud Gentiles colebantur; quid non  
 factam arbitraris inter Fratres Fideles?

Quæ omnia si conferantur in vnum; vnum hoc  
 efficiunt singula: Fraternitatem fraudibus, vsu-  
 ris, auaritiæ, & cæteris id generis pestibus inimi-  
 cam esse, planeque fatalem.

*13 Ex Fra-*

XIII. Quòd si ex temporum successione, re-  
 rum-

rumque euentu plura velim huc petita congere-  
 re, nimis longum facturus essem. Triarios ta-  
 men principes, vt nostram hæc documentorum  
 aciem claudant. hinc excludere nequeo. Hocce  
 appello omnes fortissimos, victoriosos, nobi-  
 lesque Ecclesiæ Ordines Militares. Quid hos  
 peperit? Quid in vnam quandam illos Fra-  
 ternitatem consociavit? Per ea tempora cupidi-  
 tas aut barbara infidelium, aut hæretica, aut ini-  
 qua quæcumque res Ecclesiæ diuersis in locis  
 per vim & scelus inuaserat; & obtinebat. Vt pro-  
 turbata hæc pel ereret; aut depulsa arceretur;  
 Fraternitas visã fuit ineunda. Quòd eius vinculo  
 nesciretur quicquam aut fortius contra vim; aut  
 Sanctius contra improbitatem; aut constantius  
 aduersus pertinaciam Cupiditatis. Quid etiam  
 eã cautius in periculis; tutius in insidijs, aduer-  
 sum fraudes fidelius esse, aut fingi potest?

*ternitatum  
 seu. O. di-  
 num mil-  
 tarium in-  
 stitutionse.*

XIII. Vidimus ex historia, temporum teste,  
 rerumque gestarum, ac gerendarum magistra,  
 quid vigens, florensque possit Fraternitas ad-  
 uersus iam dicta sæpius infanda mala

*14. Ex. P. P.  
 testi. monio.*

Nunc testem quoque demus, qui verbis doceat  
 grauissimis omniã mala Fraternitatis D.  
 Ambrosium damus. Qui cum de primitiua Fra-  
 ternitate discruisset; de suæ tempestatis vitio ita  
 conqueritur. *b. Hac igitur sub. Apostolus fuit in ple-*  
*be deuotio. Modò quid simile reperimus? Et certè idem*  
*CHRISTVS in nobis; sed non idem animus est in nobis*  
*Eadem in plebe fides; sed non in plebe est ipsa largitio.*  
*Ita alter de alterius inopã non cogitat; vt illud sit, fraternita li-*  
*quod dicit Apostolus: Alius quidem esurit; alius ebruius*  
*est. c. Nam plerique Christiani non solum propria non*  
*distribuant; sed etiam diripiunt aliena. Ecce Cupi-*  
*ditas. Nò solũ, in qua colligentes pecunias suas, ad pe-*  
*des Apostolorum non deferunt; sed etiam confugientes*  
*Fratres suos proirabunt à pedibus Sacerdotum. Ecce*

*b S. Amb.  
 serm. 50.  
 vel. 9. edit.  
 Bassil.  
 Quærens de  
 negligẽtia  
 hereditatis,  
 c. 1. Cor. 13.*

vim

d. Mat. 14. 12.  
Deque auaritia flagrantia inimica Fraternitati.

Semper auarus eget.  
1. Tim. 6.

ES. Cypri. 1.  
de operib. & uiamof.

p. S. Paulinus Epist. 32.  
15. Ex Diucreto cano- num.

h. S. Greg. Regist. l. 7.  
Epist. ult.  
i. Cong. Tu- ro 2. ca. 5.  
Baron an- nua. 2. 1. 4. 4.  
6. 72.

vim Creditorum. Nunc est illud tempus, quod describitur; Dominus dicit, d. In nouissimis diebus abundantabit iniquitas multorum; & refrigescet charitas. Ecce effectum, & defectum. Ado enim, abundat auaritia iniquitas, qua ante largitatis bonitate cessabat; & refrigescit Fraternitatis charitas, qua pro Christi amore feruebat. Tunc enim Fraternitatis dilectio fuit ut tunc in conuentu suo non aduenerit indigentia. Tanta autem modo Charitatis dissimulatio est; ut in catu nostro vix inuenias locupletem. Locupletem autem vix inueniri dico, non iam facultatibus; sed eptibus. At enim Apostolus: Diuites sint in operibus bonis. c. Raro enim hoc tempore inuenimus in populo Christiano locupletem. Et si plerique in domibus aut sint diuites; tamen in Ecclesia, iustitia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo, quod praualent, operantur, nec hoc est gratum, quod offerunt; nec illud est iustitabile, quod referunt. Hactenus Ambrosius præclarum nostrum addendum colophonem proposito subministravit.

Addo pro auctario S. Cyprianum, qui eandem iam languescens Fraternitatis liberalitatem sic perstringit. f. Locuples, & diues es; & Domini- cum celebrare te credis; qui Corbonam omnino non respicis. Eundem quoque defectum item sic arguit S. Paulinus. g. Dilectissimi, cauere debemus ne damni anime, & dispendium salutis ad eam negligentes in Ecclesia posita à Domino Mensam indigentibus quam desipientibus oculis intuemur, & aridis manibus præterimus. Non patiamur ergo mensam visui stare tantum; non vsui.

XV. Cum ergo glifcente indies fastu, & habendi rabie, charitas intepesceret, languesceret ius & honor Fraternitatis, tum Collecta, vel iure regio, imponebantur ab Episcopis, & exigebantur; ita re & necessitate poscente. Id quod apud S. Gregorium Magnum; b. & in Concilio Turno-

Turnonensi. i. videre est. Sed satis ista; ad docendum, huiusce tenacitatis originem ex obliuione; cessationeque Fraternitatis promanasse.

XVI. Utinam hodieque foret illud tam obscurum ac ignotum, ut adducte à me vnam ad rem demonstrationes, necessariae magis; quam in re nota nimis multae videri possent. Iam verò ij sunt mores, ut verè illud Lyrici vsurpare queam:

k Maxima pars hominum, morbo iactatur eodem.  
Hinc quoque re experimur ipsa illud, quod Nestri nobis mores fortunam fugunt miseram. Et iustè: Cupiditatem tantò iratior persequitur vindex Deus; quòd tanto bono, quantum est Fraternitas, sit inimica. Proinde.

1. Non habet euentus sordida prada bonos.  
----- m Si fas est; Omnes perentis auari.  
----- n. Nec cui iam sufficit vlla  
----- Præcipiti fortuna viro.

Adè instatiatus est ardor habendi! Sanguisuga, inquit, Sapiens. o. due sunt filia, dicentes: Affert, affert. Id quod tempora nobis affert infelicia: quibus hoc vix intelligere quidè datur paucis; quod Aureis quondam sæculis ac beatis vulgò natum, ac notum fuit; nimirum, Beatissimè dare, quam accipere. In promptu causa est: quia nescis, quòd Frater es, hoc est, ferè alter; inquit Agellius. p. Quis autem amicior, quam Frater Fratru? ut bellè Sallustius. q. Sed quia in paucis vera Charitas Fraternitatu manet; r. fit ut homo sit homini lupus; s. Et Sicut t. venatio leonis, onager in eremo; sic & pasqua diuitum sint pauperes. Isti u. inueneri sunt in populo impij, insidiantes, quasi aucupes; laqueos ponentes & pedicas, ad capiendos viros, & decipiendos; non ad Fratres sibi pios concilians, & colendos amicos de Mammona.

15. Hodier-  
na cupiditas  
depascit  
Fraternita-  
tem.  
k Horat.  
serm. l. 2.  
satyra. 3.

1. Ouid.  
Amor. l. 2.  
Eleg. 10.  
m Propert:  
l. 3. Eleg. 11.  
n. Lucanus  
li. 3. Phar-  
sat.

o Pro. 30. 15  
p. A. Gellius  
li. 13. Nocti-  
um Attica-  
rum.  
q Sall. in  
Iugurtha.  
r Hebr. 13. 16  
s. Manutius  
in Adagij:  
t Eccle. 13.  
23.  
u. l. erem. 5.  
25.

Ad

x *proa. 14.*  
24.  
1. *abindita*  
*opibus vi ad*  
*seperandum*  
*coniunfos*  
*Frates.*

y. *Gen. 13.*

Ad vltimum, etsi diuitiæ bona sint media, seu adiphorazimo sint etiam x. *corona Sapientum diuitia eorum*: tamen nescio quid vel insit, vel plerumq; ad sit opibus aut acquisitis. aut appetitis, quod eò plurimum valet; vt illud etiam charissimos quosque separet. Accipe exemplum, Quis frater amicior fratri esse potest, atque inimicem erat vir iustus vterque Loth, & Abraham? Quos nulla valuit vnquam diuellere fortuna; hos tamen fortunæ separauerunt. *Ne sit iurgium inter me & te*, inquiebat Abraham; y. *Fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est. recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris; ego dexteram tenebo. Si in dexteram elegeris; ego ad sinistram pergam. Diuisi que sunt alterutrum à FRATRE.* Ecce cura opum distrahit corda fratrum; & notos suos longè à se facit. Vnde & istud plerumq; consequitur, vulgè quod dicitur:

*Qui procul ab oculis, procul est à lumine cordis.*

a *Luc. 15. 22*

Ecce tibi exemplū aliud. Fratres erant duo illi Euangel. ci. a. quorum iunior gnatto postulauit à patre substantiæ partē, quæ se cōcernebat. Audax hæc procacia! Sed, cū nemo vpi nē fiat malus, mala vitia multa iuuenis proterui præcesserint; quæ huc malitiæ tandem eruperunt. Quanta quanta tamen illa fuerint; fratri nato maiori tolerata fuerunt. Non eum à fratre separare; non commouere aduersus eum valuerunt vel tantillū, vt querelam in eū deponeret. Verum Cupiditas fecit minorem ire per calcatum patrem, per calcatū fratrem; & ad præcipitiū vltimæ libidinis prouolare. Iam pars altera domus filius vnicus femiorbo parenti sola erat super; Redit post alter exhaustus decocor helluo, & vix ossibus hæret frugiperda, ipsa miseria inferior. Illum ergo miseratur pater læsus: at non frater, nihil læsus. Indignatur hic magis ac inuidet; & quasi istud illi

illi Diris dirius imprecatur Ouidianum:

*Esse miser semper; nec sis miserabilis vlli.*

*Ouidius.*

Ecquæ tanti causa dissidij? Patrimonij facta primum separatio, deinde cum meretricibus dilapidatio. Nimirum separatae facultates, separauerunt & fratres. Hoc igitur inest diuitijs, vt separent animos: nisi vera & constans obstitit Fraternitatis affectio; quæ ex tuo meū, & ex meo facit tuum: quæ segregatos congregat; alienos accipit inter suos; priuata sua facit aliena, vt possideat publica communia. Quæ nec, cum diuidit propria, appetit aliena: quæ fraudem, aut quæstum facere ipsa, & pati in aliis iuxta nescit.

Contraria eunt omnia prono flumine, vbi Fraternitatis Spiritalis gubernaculū ex animis, exq; manib<sup>9</sup> effluxit. Quod si enim Carnalis Fraternitas proprii studiosa, diuidat cōmunia, fraudesq; moliat; quid fiet ab his, inter quos neq; hæc, nec ista intercesserit? De carnali certè loquitur D. Ambrosius. b. vbi scribit: *Ab his periculum pertimescendum, qui fraterno sibi iure sociantur, quod fratribus specialius in hereditatis diuisione frequenter odia succrescunt.* Quin neces, parricidia, ac fratricidia designantur. Vnde sic Manilius:

c. *Ecce patrem Natū perimunt: potantur ut auro; Mutuacq; armati coeunt in vulnere Frates.*

*Inter fratres germanos rara est partitio pacis.*

b. S. Ambr. to. 4. lib. de Noe & arca. cap. 26.

c. Manilius lib. 4.

Quare optimè & verissimè S. Ambrosius ita concludit. d. *Melior igitur est Christi Fraternitas; quàm sanguinis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est: Christi autē fraternitas, sine intermissione pacifica est. illa inter se, communia cum amulatione diuidit; hæc etiam propria cum gratulatione communit. Illa in consortio d. spicit sæpè germanum: hæc assumit frequenter alienum.* Et supra: *Verè ergo ille frater est, qui non tam corpore, quàm unanimitate germanus est; Verus, inquam, frater est; cuius idem Spiritus,*

d. S. Ambr. tom. 3. sermo. 59. sive. 9. edit. Basil.



*Spiritus, & voluntas in fratre est.* Hæc necdã Ambrosium. Horum igitur Fraternitas fugat omne, aut enervat, quod vitiorum, quin & flagitiorum agmen ducit Cupiditas.

## CAPVT XI.

*Fraternitatis vna efficacia ad plures alios, diuersosq; valet effectus.*

*Ænum nostrum est ferax vitiorum.*

*c. Horatius. l. 6. Od.*

*f. Lucanus lib. 1.*

**I**N peius vsq; ruunt mores, ac tempora; omniaque retrò sublapsa feruntur. Vt pulcè Lyricus:

*c. Ætas parentum peior aus tulus  
Nos nequiores; mox daturus  
Progeniem vitiosorem.*

Atque inde est, quod pergrassetur  
*f. Nunc vsura vorax, anidumq; in tempore factus,*

*Et conrussa fides, & mutis utile bellum.*

Hiscæ autem omnibus vnam ex sese præbet medicinam Fraternitas. Principio inter conuentiones hæc liquidò disceptat. Docet istud, quod ex DEO habemus præiudicium expressum vtraque in lege diuina tam Noui, quàm Veteris Instrumenti.

In Lege Veteri ita fuit à DEO comparatum; Vt, quæcunque orta fuisset quæstio, haberet ea Iudicem, ad cuius acquiescendum esset sententiam: Iudex verò ipse legibus pareret iudicialijs obnoxius: quas illi summus rerum Dictator DEVS semel tulerat. De quibus eum ita sentire, ac statuere oportebat:

*g. Horatius.*

*g. Has ultra; citraq; nequit consistere Rectum.*

Quocirca Iudicem, vnum aliquem è FRATRIBVS esse necesse fuit. (Fratres enim omnes Hebræos inter se esse Deus iussit.) Nimirum vt tantò is sanctius atque integrius in omni discepta-

ceptatione, ferendâque sententiâ versaretur. Quæ etiam causa erat, vt ab Hebræorum tribunalibus seu Sacris, seu Politicis, omnis exter & alienigena arceretur. *h.* Nam *Quis amior; quàm Frater Fratris? Aut quem alienum fidum inuenies; si tuis hostis frater?* Vt Sallustius ait.

*h. Sallustius in Iugurtha*

Oriebatur res controuersa, quæ Religionem attingebat? Iudicem conuenire oportebat summum Pontificem; qui *h. erat populo in his, quæ ad Deum pertinent: & i Cuius labia custodiunt scientiam.* Atque huius standum erat iudicio: secundum ista Ecclesiastæ: *k. Quæ per Magistrorum consilium data sunt à pastore vno: his amplius, filii, ne requiras.* At verò. *l. nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille.*

*h. Exod. 18.*

*19. & 2. Par.*

*19 II.*

*i. Mal. 2. 7.*

*k. Eccl. 12. 11*

*l. Deut. 17. 12*

Nascebatur his aut quæstio facilior? Huius iudices erant primum Tribuni, *m.* Centuriones, Quinquagenarij, vel Decani: deinde Duces; demùm Reges. Quos tamen omnes è solis Fratribus electos volebat, iubebat Deus. *n. Non poteris, inquit, alterius gentis Regem facere; qui non sit Frater tuus.* Erat autem Judæa Fraternitas eiusmodi; quæ, si nostræ Christianæ minus, (vt in umbra) præluxit; at certè similis illi præiuit.

*m. Exod. 18*

*25.*

*n. Deut. 17.*

*15.*

In Nouâ Lege causæ nostræ præiudicium tulit Apostolus. *o. Audet, inquit, aliquis vestrum, habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos; & non apud Sanctos? Et infra: Sic? Non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter Fratrem suum: Sed Frater cum Fratre iudicio contendit; & hoc apud infideles: Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis; & hoc Fratribus.*

*o. 1. Cor. 6.*

*1.*

Si adueris, reperies sententiæ vim, de Iudice bono deligendo potissimam, in re ac titulo Fraternalitatis poni. Vt status quæstionis hîc de Iudice non sit: Quis summus, medius, aut infimus Index esse queat, ac debeat? Verum iste: Quis verus sit & optimus? Ac responderetur ex utraq; Lege diuina; FRATER. Causam quæris: *Aut & dicit Dominus.* Causam tamen istius diuini placiti possent adduci nec paucæ, nec paruæ. Quarum aliquas ex capite præsertim VIII. suprà de Concordia, fructu Fraternalitatis, licet, cui liberit colligere. Sed quem sola summi Numinis in hoc non mouet auctoritas; illum nulla rationis vis ad consciscendum inducet.

II. Fraternalitas quoq; in IRIS MITIGANDIS est, quod in irarinaris tempestatibus oleum infusum; quod affusa in flammis aqua. Nemo id mihi non vltro dabit; cui satis probatum à me suprà fuit, istud: Fraternalitatem esse Concordiæ parentem, ac conseruatricem. Quibus hic duos quosdam incomparabiles addo testes; quos simul nostræ sententiæ Autores facio; Moysen, inquam, &

p. Exo. 2. 13. Seruatorem IESVM. p. Moyses egressus est ad FRATRES suos, & conspexit duos Hebræos contendentes: dixitq; ei, qui faciebat iniuriam: Quare percussus proximum tuum? Vel, vt S. Stephanus refert. p. Vi-

p. Act. 7. 26. ri FRATRES estis: ut quid nocetis alterutrum? Quæ tantulæ is admonitiunculæ: Additur: Et reconciliabaz eos in pace. Quia nimirum Frâtes gente, & proximos cohabitatione se esse per iram non meminerant; idèò contendebant, inuicemque percutiebant. Horum autem vt primùm in mentem redijt memoria: iam cedebar è mente ira; remittebat iniuria. Sit istius loci lectio duplex. Frater, & proximus: Vis nihilominus vocis manet eadem. Nam S. Augustino q. Frater

q. S. August. Epist. ad Macedoniū. gente & Proximus, sunt quasi Synonyma, voce quidem

quidem diuersa; definitione autem eadem: Nam, Proximus: inquit, non sanguinis propinquitatis, sed rationis societate pensandus est.

Exemplo Moysis, aliud subijcio Seruatoris. Is vim omnem orationis suæ; quâ de ira aduersus alium differit; in Fraternalitate ponit, dum ait q. Dico vobis, quia omnis, qui irascitur Fratri suo, reus est iudicij: Quis autem dixerit Fratri suo: Raca: reus erit concilio. Se ergo offers, &c. relinque munus tuum ante altare; & vade prius reconciliari Fratri tuo. Ne irascaris alteri: Aut iratus reconciliare. Cur verò? Quia Frater, est tu alter. r. Parum hoc? Maius nullum habuit diuina Sapiencia momentum argumenti.

Esto mihi nunc aliquis Esau; qui ad instar Ismahelis sit r. serus homo, & manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum; qui è regione vniuersorum fratrum suorum sigat tabernacula; l. Proferet in occursum fratris cum quadringentis viris: Ast mitior ad eum frater sibi præmittat vel solum sanctum hoc amoris, honorisq; vocabulû: FRATER TVVS: Hoc illi arma continuè è manibus, animos ex animo excutiet, iras odiaque extinguet, ex hoste etiam iurato Fratrem efficiet

Quid S. Jobo incolumitatem præstitit, ac vitam quasi restituit, degenti inter homines, barbarâ fecitate draconum & struthionum similes: r. FRATER, inquit, sui draconum, & socius, struthionum. Fraternalis aduersum eos officijs vltus, securus erat, vincens in bono malum. Qualis & p̄d̄st u. Daniel agebat inter Leones. Qualis David, vt canit ipse, x. Cum his, qui oderunt pacem, oram pacificus. Quod alubi disertius. & Quasi proximum, & quasi Fratrem meum complacibam. De hostibus loquitur; quos, quamuis infese iniquos, fratrum tamen ad instar habuit.

q. Matth. 5. 23.

r. Agellius

r. Gen. 16. 12

s. Gen. 32. 12

r. Job. 30. 20

u. Dan. 6. 22

x. Ps. 119. 7.

z. Es. 34. 14.

a. S. August. *Adhac, dicere his, qui negarunt nos, Fratres nostri estis: Præceptum esse vult Sanctus Augustinus, a. ex Prophetâ. Nihil enim efficacius aduersus alienarum irâ animum est, mentione, professioneque Fraternitatis. Id quod complura superius c. 6. declarant exempla. Breuitatem sequor, ad aliud versus.*

III In CORREPTIONIBVS quoque, seu  
b. S. Greg. I. CORRECTIONE vox: FRATER: simul vi-  
20. Moralium in Iob. 6. cap. 8. *num est, & oleum vulnere infusum. Hoc est, vt Sanctus Gregorius loquitur, Iussu consol. ut misericordia; & pietati disciplina. Vt mordeantur vulnera, & foveantur. Morju distractionis munden- tur putrida: mollitia pietatis foveantur sananda. Verè c. oleum, infusum nomen hoc; d. curans mitigabit dolorem & vt unguentarius, faciet pigmenta suauitatis; & unctioes conficiet sanitatis. Simul e. Lauabit in vino stolam, asperfam culpâ fratris, iam admonitione fraternâ correpti. Vt dicere potest queat lætus ille: f. Potâsti me vino com-  
c. Cant. I 3. d. Eccl. 28. 7. c. Gen. 49. II. f. Psal. 59. 5. g. Mat. 18. 15.*

*Ista vis nominis est. Quam quidem Seruator mihi commendasse videtur, g. vbi de fraternæ correptionis modo præcepit, & cum energiâ quadam repetijt idem nomen; vt citius in correptione præcipuam haberi memoriam, rationemq; vellet. Qua causâ deinde Ethnicum & publicanum opponit. Quasi dicat: Frater per peccatum frater esse non desinit: proinde & tu eum, vt fratrem, corripes; non corrumpe fraternitatem in eo tua inuisa austeritate; quam ne peccatum ipsum corrumpere quirit. Quod si non audierit te, & Ecclesiam; iam tum is fratrem exiit, factus profanus & publicanus. Ac talem hominem h. post vnâ & secundam correptionem deuota; sciens quia subuersa est, qui eiusmodi est; & delin-*

*inquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Quod sit, inquit S. Augustinus, non crudeliter, sed misericorditer: ne contagione plures inficiat.*

Similem vim in eodem nomine ponit idem Augustinus: i. vbi de eadem disputat correctione fraterna; dum ait. *Non tacenda sunt mala proximi, nec consentienda: sed Charitate Fraterna in faciem proximus est coarguendus; non occultè detrahendus. Obicitur. Idcirco Fratrem coram oculis noto increpare; ne exasperatus scandalum sumat. Occurrit Scriptura diuina, & vice versâ hoc magis scandalum esse denunciat, dicens: Sedens aduersus Fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tue ponebas detractionem. Præsentem vult corripere, non absentem Quod illud sit Fratrum; hoc hostium. Corripe eum inter te & ipsum solum fraternè; quia tuus frater est, hoc est, ferè alter tecum, inquit Agellius, k. A. Gall. I. Idè nihil tibi verendum; ne existimatio-  
nem eius lædas; cum eadem sit & tua; quia tu, ipse alter es. Quin ea ratione frater adiutus à fratre se inuicem supportant.*

Quod verè fraternum est, teste Sancto Bern-  
hardo, l. Frater infirmitates Fratrum tam cor-  
porales, quam Spirituales sustinens, est verè Fratrum super Cant. amator. Sic membra vnius corporis illa læta lætis  
compatiuntur, etiam tum, cum abscessa pro-  
ijciuntur: hoc est: cum frater contumax non  
audiens, esse iubetur vt Ethnicus. Quod subin-  
de expedit. Etenim *Adelius est, pereat vnus, quam  
Vnitas, idem ait S. Bernardus. m.*

Rectè igitur correptio Fraterno iuri com-  
mèdatur; vt quam fieri oporteat primò ex chari-  
tate, q. e. & emendat & commendat cetera, inquit  
S. August. n. Deinde in Spiritu lenitatis, ac zelo  
bono. Vtrumq; autem vna dat fraterna charitas:



f Ecclesiasti- lumentum societatis sua; si unus ceciderit, ab altera  
ci. 4.9. fulciatur. Vt Soliquia cum ceciderit, non habet suble-  
uantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo.  
Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam prauauerit cō-  
tra unum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficul-  
ter rumpitur.

g Prover. 17. Valeat igitur fortuna manum fratris tibi in-  
tercipere; At nulla vnquam eius animum a te a-  
lienare valebit. Is, si minus effectu potens; af-  
fectu certe promeus semper est. Ita Sapiens. g.  
Omni tempore diligit, qui amicus est; Et frater in an-  
gustijs comprobatur. Magnum hoc. Proinde idem

h. Job. 6. 15. sibi defuisse praesidium S. Job meritò queritur. h.

i. Job. 19. 23. Fratres mei praeterierunt me, sicut torrens, qui rap-  
tim transit in conuallibus. Et alibi. i. Fratres meos

longè fecit à me; Et noti mei, quasi alieni recesserunt à  
me. Eandem continuè mouet quæ exelam de cæ-  
teris sibi iunctis, propinquis, inquilinis domus  
sua, seruis, atque etiam stultis suis morionibus.

Idem experio Dauidi vnicè doluit, & vel maxi-  
mè; ipso teste. k. operuit confusio faciem meam. Ex-  
iratus factus sum Fratribus meis; Et peregrinus filijs  
matris meae. Miserum hoc! Proinde cautum illud  
Ausonij Poëtæ ac salubre:

Auson. Plures amicos re secunda compares:  
Paucos amicos rebus aduersis probes:  
Veri autem fratres ac amici istius semper memi-  
nerunt Senecæ:

l. Seneca. i. Eadem secunda poscunt; aduersa exigunt.  
in agam. Et si eadem ijdem, quantum in ipsis, nunquam non  
fratribus præstant.

## CAPVT XII.

Synopsis quadam hætenus fere tractatorum de  
Fraternitate in genere: perita ex Doct. Mi-  
chaele ab Insulis.

Libro

Libro huic primo coronidem imponam ex  
Quodlibetico nostri P. Michaelis ab Insulis.  
Hic S. Sæ Theologiæ Professore, Inquisito-  
remque hæreticæ prauitatis agebat Colonix  
per id tempus, quo ibidem illa æternum memo-  
randa Fraternitatis Rosarij innoatio fuit insti-  
tuta. qua de libro tertio prolixè scribemus.  
Fuit eiusdem Institutum ea tempestate ab ipso  
in Scholis propositum; acriterq; ab omni Theo-  
logica Facultate discussum; approbarum simul  
ac typis euulgatum. Quodlibeta libello nomen  
indi placuit. In eo, Propositione secunda sic ille de  
Fraternitate in genere tradit.

Triplex est Fraternitas. Naturalis. Civilis, &  
Spiritualis. Multiplex est Naturalis. Vna genera-  
lissima: secundum quam omnes creaturæ ab vno  
Patre Deo descendentes dicuntur fratres. Et  
secundum hanc B. Franciscus fraterno nomine  
animalia cuncta vocabat. Secunda Generalis: se-  
cundum quam omnes homines, ab Adam de-  
scendentes, sunt fratres. Tertia Specialis: vt qui ex  
eadem sunt tribu, vel cognatione. Quarta specia-  
lissima: vt qui ex eodem sunt patre, vel matre.  
Civilis etiam est duplex. Vna Socialis: secundum  
quam socij dicuntur fratres. Altera Adoptiua: se-  
cundum quam adoptati ab eodem etiam dicun-  
tur fratres.

SPIRITVALIS verò Fraternitas est quintuplex.  
I. Generalissima: secundum quam omnes Viato-  
res sunt fratres; siue Gentiles, siue Christiani, vel  
Iudæi. Qui, quàm diu sunt in hac vita: actu, vel  
potentia Christo Capiti coniunguntur. Secus  
est de damnatis. II. Generalis: secundum quam  
omnes Christiani, per Baptismum renati; siue  
sint in gratia, siue non; fratres censentur. III.  
Specialis: secundum quam omnes & soli in chari-  
tate

tate existentes, fratres vocantur. *III. Specialior:* secundum quam, qui sunt eiusdem Collegij, vel Religionis, vel Congregationis, fratres dicuntur *Sed. V. Specialissima:* de qua est sermo. Quæ est illorum, qui mutuo bona opera communicant. Vel, pro quibus specialiter aliqua bona in communi sunt. Ad hoc enim sunt tales Fraternitates in Ecclesijs institutæ.

Inter has omnes Fraternitates, *Spiritualis est illorum, qui sibi mutuo sua bona opera communicant. Melior, purior, & fortior est saltem; quàm naturalis, vel ciuilis. Et hoc propter tria. Primò Quia fundatur super fortiori, & meliori fundamento: scilicet, Charitate. De qua ad Rom. 12. Charitatem Fraternitatis inuicem diligentes. Quando enim charitas melior est & pretiosior, quàm caro, vel aliquod temporale; tantò melior est Fraternitas charitatis, quàm naturalis, vel ciuilis. Secundò: Quia nullum malum secum comparitur, nec malo admiscetur. Carnalis enim fraternitas, vel ciuilis quandoque lites & contentiones secum patitur: vt patuit in primis fratribus, scilicet Abel, & Cain. Sed in Spirituali nihil tale inuenitur: sed solum charitas & amor: vt patet. Pet. 1. Vbi dicitur: in amore charitatis Fraternitatem. Tertiò. Quia actum habet nobiliorem. Actus enim Fraternitatis carnalis communiter est pius diligere carnem, quàm Spiritum. In Fraternitate verò Spirituali est è conuerso. sic ille.*

Porro docet idem *Propositione tertia* istud: Quamuis Dauid dica: particeps ego sum omnium timentium te: Ritè tamen in Ecclesia certis sub limitibus sunt Fraternitates institutæ. Tripliciter id probatur. I. Autoritate Psalmistæ dicentis, *Eccè quam bonum, & quàm iucundum habitare Fratres in unum.* Item I. Pet. 2. *Fraternitatem diligite. II. patet*

patet ratione sic. Illud est ritè institutum, quod est opus virtuosum; ad Dei, & sanctorum cultum, propter spirituale eòmodum, ordinatum. Sed sic est de Fraternitatibus. Igitur. Maior patet; quòd tale opus pertinet ad virtutem Religionis, quæ debitum cultum Deo, & Sanctis exhibet: secundum B. Thomam 2. 2. q. 81. Minor verò patebit in sequentibus. III. Hoc patet per similitudinem repertam in ciuilibus. Si enim iura, vel leges ciuiles propter commodum temporale Societates admittunt ritè: multò magis Ecclesia potest hoc admittere, propter commodum Spirituale.

Sed circa hoc notandum est. I. Quod fraternitates istæ in S. scriptura. & in gestis Christi ac Sanctorum habent fundamentum. 1. Ipse enim Dei Filius imprimis totum genus humanum ditauit & honorauit in hoc, quòd nostram Fraternitatem accepit. Ipse inquam, qui erat *Primogenitus in multis Fratribus.* ad Ro. 8. Et qui suos discipulos Fratres vocauit Ioan. vltimo. Demum Ipse nobis omnia opera & merita, ac passiones suas communicauit; cum pro nobis satisfecit, & nobis ianuam regni caelestis aperuit, dicente Isaia cap. 53. *Verè languores nostros ipse tulit.* &c Et breuiter secundum Hieronymum: Omnia quæ fecit, pro procuranda hominum salute fecit. Et ideò B. Paulus. I. ad Corinthios, huius Fraternitatis & beneficentiæ participationem exposcens dicit: *Omnia facio propter Euangelium: Vt particeps eius efficiar.* Vnde & B. Petrus existimans sibi grauissimum detrimentum; si huius participatione perderet. dicente sibi Christo: Ioan. 13. *Si nò auero te, non habebis partem mecum:* Respondit: *Domine, non tantum pedes; sed manus & caput. II.* Etiam principaliter B. Paulus suis in Epistolis; in quibus eos, quibus scribit, vocat Fratres; eisdem suos labores, & orationes legitur communicasse. Vnde

se. Vnde Ipse dicit ad Corint. 12. *Ego libentissimè impendam, & superimpendam ipse animabus vestris*. Item ad Coloss. 1. *Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Idem ad Coloss. 1. *Audiens fidem vestram, qua est in Christo IESU, & dilectionem in omnes Sanctos, non cesso gratias agere pro vobis: memoriam vestri faciens orationibus meis.* III. Beatus Ioannes in Canonica sua cap. 3. ita dicit. *Caius charissimu, quem ego diligo in veritate, de omnibus orationem facio: prosperè te ingredi, & valere* QUARTO. Plures Sancti Patres Fraternitatem inter se habuerunt, & orationes suas, ac bona opera alijs communicauerunt: nec non & sibi communicari petierunt. Sicut Anselmus, Bernardus, Dominicus; & mille alij. Vt pulchrè Nurgel in sua Summa de Indulgentijs deducit & declarat.

Ceterum quas idem ibidem vtilitates subiicit ac fructus duodecim cuiusque ritè institutione fraternitatis: quæque ad huiusmodi talem requiri asserit, capita præcipua quatuor, vti istæ sint, nec in vilius iustam incurere possint reprehensionem: illa consulto prætermitto. Quod eadem plures ex ipso hausta in suos de Fraternitate Tractatus aut sermones transfuderunt.

Quare hic ego de vniuerso Fraternitatis genere finem differendi facio. Sat est, aperuisse campum, viasque monstrasse; quibus & latissimè expatiari, & grauissimè se circumferre possit oratio instituentis vnam Rosanij Fraternitatem à toto causæ genere ad populum dicendo commendare.


Atque vt ad partem quoque identidem de-

scendere, in eaque versari cuique tutò, copioseque liceat; hanc duobus iustis ex instituto libris sequentibus pertractatam, ( quantum DEO, Deiparæque adiuuantibus concessum fuerit, ) in medium nunc proponamus,



*Alma Dei Genitrix Te nostris insere captis.*

Finis Libri Primi.



## LIBER SECVNDVS

## DE FRATERNITATE ROSARII

Beatissima Virgini Mariae

APVD PRÆDICATORES.

CAPVT. I.

Procemiale, &amp; encomiasticum.

Adumbratio Fraternitatis Sanctissimæ Rosarij

B. V. Mariæ, ex eius cum mirifica arte  
facta comparatione.

Postolorum, CHRISTIQVE in ter-  
ris Vicariorum principi D. Petro  
fuit ob oculos à Deo per visionem  
positum schema quoddam, & Syn-  
opsis futuræ gentis ac nominis  
Christiani vniuersi. *a. Vidit calum apertum, & def-*  
*cendens vas quoddam, velut linteum magnum, qua-*  
*tuor in itis submitti de celo in terram, in quo erant*  
*omnia quadrupedia, bestia, & serpentiæ terræ, & vola-*  
*tilia cali. Iubebarur simul surgere, occidere, man-*  
*ducare: hoc est, prædicare omnibus, etiã gētibus*  
*Euangelium. b. Ego & gentibus penitentiam dedit*  
*Deum ad vitam. Sic ostensum de Ecclesia Petro*  
*in linteo.*

Equidem sic ostendere philologicus insti-  
tuam de admiranda Fraternitate Rosarij Beatif-  
simæ V. MARIÆ, perpetuâ quadam ipsius cum  
Arbore facta Comparatione, in quam vnâ con-  
ueniret omne id, quicquid vsquam magnum,  
quicquid mirum vnquam in villa esse arbore  
Deus voluit, & ostendit; aut effluxit ars; aut calus  
tulit. Istiusmodi esse arbori nomen posset PAN-

DORA

DORA. Et verius quidem, atque illi, *c. quam c. Hesiodus*  
prisci fabulatores sibi confinxerunt omniû De- *in Pandora.*  
orum, Dearûq; donis singulis donatam Deam.  
Vt igitur Romani quondam dicere solebant:  
*Orbem in Vrbe, Vrbiûm Dominâ, Gentiumq; Deâ*  
*esse: Ita ego quoq; in hac mea vna omnes arbo-*  
*res arbore esse dixerim, & Pandorâ appellâtîm.*

Si fictæ, seu metaphoricæ huiusce arboris no-  
stræ à me requiras descriptorem; equidem hunc  
citius, quàm suæ Reipubl. Plato, dederò. Et  
verò eum accipe longe sanctissimum. *Quem?*  
Danielem Prophetam: qui eam, vt Dominus  
Nabuchodonosori ostendit; sic & depingit. *d.*  
*Ecce, inquit, ARBOR in medio terra; Et altitudo e-*  
*ius nimia. Magna arbor; Et fortis; & proceritas* *d. Dan. 4.8.*  
*eius contingens calum. Aspectus illius erat vsq; ad* *12. Arbor*  
*terminos vniuersæ terra. Folia eius pulcherrima; &*  
*Fructus eius nimius: & Esca vniuersorum in ea.*  
*Subter eam habitabant animalia & bestia: Et in*  
*Ramis eius conuersabantur volucres cali; & ex ea*  
*vescebatur omnis caro. Hiscæ Fraternitatis no-*  
*stræ arborem rosacæ Symbolicâs esse descrip-*  
*tam, videri potest. Idem doceri vt possit; expe-*  
*riar.*

Age; finge, si queas; quid cuiusquæ arboris in  
hac Arbore desideres? Vis nomen, quod vnum  
omnium in se nomina re & vocabulo præsefer-  
rat? Inueni iam, ni fallor, conueniens; si vllum:  
& imposui. *Pandoram* vocari placet. Numquid  
amplius? Protasin, inquis, habeo: Apodosin  
comparationis expecto. Accipe. Non tamen  
illam Danielis Propheticam: cum alia sint iam  
tempora, mores, hominesq; alij: sed meam a-  
podoticam, seu rectius tropologicam.

Istud verò hoc loci mihi largiaris velim; Vt  
quæ de Fraternitate Rosarij in medium attrule-  
ro, eorum assertionem penè sola iam nunc acqui-

G elcasi

Ecclesia lin-  
teo figura-  
tur.

a. Act. 10. 11.

b. Ibid. 19.

Fraternitas  
Rosarij ar-  
bori assimu-  
latur.



efcas; probationem singulorum non flagites; sed suo quamque loco deinceps faciendam patienter expectes. Nunc ad Arborem nostram ex comparatione adumbrandam.

*Demonstratur Fraternitas.*

I. ECCĒ, inquiebat Daniel. Demonstrantis est, & admirantis rem iuxta nouam, ac magnam. 1. Fraternitatem Rosarij demonstrauit non semel S. Dominico Deipara Virgo MARIA, ac prædicandam imperauit. 2. Demonstrauit eam S. Domiuicus auditoribus suis; qui concionanti illi aurès, & operam dabant. 3. Demonstrauit eam semper omnis postera tanti Patris proles Prædicatorum, partim concionibus publicis, partim scriptis monumentis. 4. Demonstrauit eam Sanctissima sedes Apostolica per Summos Pontifices cum plures; per purpuratos Patres Cardinales; per Legatos Apostolicos; per Archiepiscopos, Præsulesq; varios Ecclesiæ. Qui omnes voce ac stylo eandem Christi fidelibus certatim proposuerunt. 5. Demonstrauit denique eam DEVS ter Optimus Maximus miraculis & plurimis, & illustrissimis. Jam verd in eisdem admiratione, quin & ueneratione quis non defixus hæsit, nisi, qui in ipsius crassa ignorantia iaceret idem; aut pium quodque institutum pro vili haberet, atq; negligeret? Scribit porro Daniel.

II. ARBOR IN MEDIO TERRÆ. Laboris ad instar Fraternitas est Rosarij, in medio Ecclesiæ: e. Sicut oliua fructifera in domo Dei; sperans in misericordia Dei in æternum. Eaque. f. in Charitate radicata & fundata; ut possit comprehendere cum omnibus Sanctis; & securam dicere: g. Radicauit in POPULO HONORIFICATO; & in partes DEI mos hereditatis il-

e. Ps. 15. 10.

f. Eph. 3. 17.

g. Eccl. 14. 16.

tas illius: & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Ecce nunc arbores. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano; & quasi Cypressus in monte prima ar-Sion, quasi Palma exaltata sum in Gades; & quasi bor. Plantatio Rosa in Iericho; quasi Oliua speciosa in campis; & quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis. Ego quasi Terebintus extendi ramos meos: ego quasi Viris fructificanti suauitatem odoris, & Flores mei fructus honoris & honestatis; & alia, quæ talia plura ibidem Ecclesia Dei Pareni MARIAE accommodat. Cur non & ipse ego Fraternitati MARIAE b: Ps. 114 de Rosario? Quippe quæ verè, vt plantatio Rosæ, h. Plantata in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebit.

2. Atque ea tam diuite copiâ fundit Arbos ex sese omnia; quæ in Spiritalem Christianæ vitæ usum seu necessaria sunt, seu vtilia, seu iucunda, seu pulcra atque salutaria: vt præter sese quicquam desiderari vix aliud reliquum faciat.

2. Et ea pandora, atq; omnipara.

Quo facilius patimur à Mexico, (noui orbis Indici vrbs est primaria:) suum iactari genus arboris, quam *Manguis* appellant: quod omnium pene rerum vna præstet officium. i. Quod scapus seu caudex terebratus continuò succum fundat aqueum, nostrati vino perfumilem; qui hauitus largiusculè cerebrum ebrietate obturber. Cortex læuis det lini, filique copiam ad omne genus vestium, ac restium. Lignum arma ministrat; quod durum tali se acie finit attenuari, vt etiam ad a-eus inde conficiendas sit aptissimum.

i. Alumnus Cortesij in relatione Indica. Simon Mariolus. Canic. dierum tom. 1. Colloq. 21. fol. 707. edit. Vrsell.

G 2

Folia

Folia binos oblonga palmos, pugno crassiora, morbis depellendis, contegendis tectis, alijsq; vñibus deseruiant multis.

Ar longè pluribus nostræ Fraternalitatis Arbos, non corporis modò; (quod minimum;) sed animarum in primis commodis prodest. 3 Etiam si ipsa in medio huius mundi freto circumferatur, & simul humi tamen quasi radicibus fixa stet, atque munita. Quo sui miraculo nihil cedit istis arboribus; de quibus ita Plinius. k. *Altissima, hæud procul à Caucibus, æquilonaris cali incolis, litorea obtinent quercus, maximâ auuiditate nascendi: qua iussisse fluitibus, aut propulsa flatibus vastas complexu radicum, insulas secum auferunt; atq; ita librata, stantes nauigant ingentissimæ ramorum armamentas; sæpè territis classibus nostris.*

Sed incorruptibilem quoq; Fraternalitatem Rosarij, immortalẽ flotentemq; semper futuram, suã illa, quã hæctenus perstitit, nobis spõdet constantiã. Vt neque in hoc concedat illi Terebyntho; quam Apostolicus autor Ægesippus circiter quinque annorum millia in Memphi, inde ab orbe condito, ad sua vsq; tempora, semper viuentem, virentemq; superfuisse commemorat. l.

5. Insuperabilis quoque igni tribulationum adhuc extitit Fraternalitas. Virtus hæc, sed non comburitur: Sicut ligna Sethim: de quibus ita S. Hieronymus. m. *Ecce Altaris ligna, quæ de lignis Paradisi sunt, igne vicino non cremantur; sed puriora redduntur. Nec mirum; cõm etiam Amithon genus ligni, n. quando plus arserit, tantò mundius inueniatur.* An non igitur Fraternalitas arbor est, quàm istarum vlla, magis admiranda?

6. Arbor est, ex qua, in qua, per quam totindies, tam absolutè religioseq; elaborantur Rosaria; vt hæc tot tantum nihil ad imminutionem

nem sui deficiat; sed in maius vsq; exercens proficiat, cælos esse Rosarijs beatiores, cælos suspensis Rosariorum anathematis votorum reos debitorseq; efficiat. Sequitur in Daniele,

III. ET ALTITUDO EIVS NIMIA. Plinij doctus o. *Amplissima arborum ad hoc cui altitudo Roma visa. Quam propter miraculum Tiberius Cæsar in ponte Naumachiario exposuerat: duravitq; vsq; ad Neronis Principis Amphitheatrum. Fuit autem trabs è larice, longa pedes C. XX. bipedali crassitudine aequalia: quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen asstantibus. Legi apud eundem Plinium: p. in Fortunatis insulis compertas arbores ascendisse in tantam altitudinem, vt C. XLIV. pedes excederent. Mira hæc. Mirabilior ista apud eundem, q. & Solinum, r. Arbores in India excrescere nonnullas eò altitudinis, vt nec sagittis transijci queant. Et verò licet dictæ, aliæq; arbores caput inter nubila condant, multis tamen perafangis fuit illa Nabuchodonosoræ præcellior, Cuius proceritas contingeat cælum.*

Cælos verò nostra etiam penetrat; superat; Deoq; assurgit proxima. Nimirum hæc est precum in Fraternalitate Rosarij altitudo: Nam s. *deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures Dei perueniet: Et iudicium festinatio adueniet illi: inquit Ecclesiasticus. Idemque iterum: r. Qui adorat Deum, in oblectatione suscipiatur; & deprecatio illius vsque ad nubes penetrabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit; & donec propinquet Deo, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat. Et Dominus non elongabit.* Ascendit igitur illa Rosacea arbor ad cælos, & pertingit ad aures vsq; Altissimi.

3. *Estq; amphibia terræ mariq;.*

k. *Plin natural. hist. l. 16. c. 1.*

4. *Est incorruptibilis.*

l. *Ægesipp. lib. 4. ca. 23.*

5. *Est immutata.*

m. *Hier. super Lenit. cap. 27.*

n. *Vincen. histor. natural. lib. 10 cap. 43.*

o. *Plin. Natur. histor. li. 16. c. 40. Cunctis arboribus est altior.*

p. *Idem lib. 3. c. 23. q. Idem lib. 7. c. 2. r. Solin. cap. 53.*

I. *Et cælis altior sursum. s. Eccl. 21. 6. t. Eccl. 35. 20.*

II.  
Et inferior  
altior deor-  
sum.

u. Ouet. in  
Summario  
Orbis noui,  
cap. 79.

x. 4. Reg. 6. 6

III.  
Eius caput  
Christus:  
quo nil alti-  
tius.

y. Epb. 5. 23  
c. 1. 22.  
z. Colo. 1. 15  
a. Rom. 8.  
29.

IV.  
Eius Anima  
est charitas.  
quæ nil san-  
ctius.

b. Epb. 4. 15.

Quin etiam descendit ad inferos quoque purgatorios radix eiusdem orationis. Quæ profunditate sua longè abit altius; quàm Indiana illa noui orbis arbor, Cassia dicta: Cuius radices, teste Ouetano, u. semper rectæ profundum petunt; nec penetrare desinunt, donec subterraneam aquam comperiant: tameris plurimi foret à superficie soli distantia. quod nulli plantæ commune est. At istud solius est arboris nostræ, Fraternæ Orationis radici proprium. Cuius vi iam inde ab anno M. CC. (quando huius Fraternitatis primùm semina iaci sunt cæpta) vsque ad M. DC. XIII. præsentem, quot animæ ex profundo lacu eductæ sunt? Quot hodieque educuntur; quantumuis illæ ferreo culparum pondere iaceant alitum demersæ? Quid igitur minus habet miraculi præcisum ab hac arbore precatoria, uelut lignum quoddam suffragij pro vita functis; atque illud habebat, quod Elisæus x. præcisit, & misit illuc, ubi cecidit ferrum securis in aquam; natantique ferrum? Vis felicis ligni, Rosacci inquam suffragij animas è profundis euocat innumeratas.

Sed aliam quoque, per illam, assequor certis Fidei oculis altitudinem Fraternitatis Rosarii: quam quidem cum uarietate Ecclesia communem habet. y. Caput enim Ecclesia est CHRISTVS: Ipse Saluator Corporis eius. At Christus, z. Primogenitus omnis creatura; & a. Ipse est Primogenitus in multis fratribus. Quare multò quoque maximè Caput esse dicendus est, idem Principis in Ecclesia Fraternitatis Rosarii. Cuius quidem taurò uideri debet altior Charitas; quantò ipsa est & altior, & amplior vna cæteris Fraternitatibus. Quippe eum b. ueritatem facientes in charitate cresca-

mus in illo per omnia, qui est caput CHRISTVS; ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam submissis orationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in adificationem sui in CHARITATE. Habemus igitur vegetantem Fraternitatis Rosarii animam Charitatem; apud uero Christum. Quibus quid altius? Et ambo sanè exaltata ad sese trahere conuincuntur omnia.

Nihil de illius. c. Corona gloria, & ferte exultationis, Regina cæli MARIA dicam. Nihil de Cælitum altissima beatitudine; quibus iugi quadam, & nunquam intermissa communionē versatur intermissa: ut d. Cuius conuersatio in cælis est; unde etiam Redemptorem expectat Dominum IESVM Christum.

Nihil de Sancti Ordinis Prædicatorum altitudine, simul & amplitudine commemorabo. Cum quæ socia Rosarii Fraternitas orta, pari semper passu progressa creuit in immensum. Nihil denique dicam de recentiorum in ea capitum altitudine; ut lacorum Archiepiscopus, Cardinalium, Antistitem Ecclesiæ, Religiosique status: Imperatorum item, procerumque Sacri Imperij. Quorum Celsitudine, mirum, quo vsque Fraternitatis Rosarii ascenderit altitudo. Dicitur porro, apud Danielem.

IV. MAGNA ARBOR, Refert Petrus Martyr: c. In pauido quadam Indica, (ipsius ego totidem hæc uerba reddam) arbores frequentissimas, perinde ac in nemoroso solo frondere; tanta singulas amplitudinis, ut octo uiri coniunctis uenis unam complecti non queant. Hæc cauas populus habitat; ipseque unam Regulus Abibeiba, Omnes soru opes, gazæ, suppellex, thesaurus, est in ijs

v.

Eius apex  
Marta.  
c. Isa 28. 5.  
VI.

Eius ramus  
Calites, si-  
mul Fideles  
in terris.

d. Phil. 3. 20  
VII.

Eius Scapula  
Prædicatorum,  
c. c.

VIII.  
Eius culmina  
Prælati  
ac proceres  
orbis.

Magnitudo  
Fraternita-  
tis Rosarii  
est.

G 4  
asser-

*asseruantur prater vinum.* Quin idem tradit, in Castilia noui orbis populos ad eò frequentes inhabitare plantis; vt dicere iure possis, oppida in arboribus esse. Id quod & Oueranus testatur.

*f. Ouet. in sumuario cap. 10.*  
*1. Vt magna Domus Dei.*

*2. Vt Cymbalutis.*  
*g. Plin. hist. nat. lib. 16. cap. 20.*

*3. Vt Nauis cali.*  
*h. Petrus Adaryr, Ouetanus, & Attonius Pigafeta.*  
*i. Ludouicus Bart. de rebus Indicis lib. 2. cap. 11.*  
*k. Pron. 31. 14.*

Quis autem Arborem Fraternalitatis Rosarij domum Orationis esse infitiabitur? Er istis longè capaciorem arboribus? Sed & habitatam frequentius. Non enim iam vrbes, sed orbis Christiani partem penè maiorem, (quia saniorum,) in ea bellè & iucundè habitare in vnum, ac omnia antiquæ pietatis officia constanter obire, quis nescit?

2. Si mihi Septentrionalis Germaniæ arborum vastitatem opponas: quarum singulæ solidam cymbam præbeant; vt Plinius istis affirmat. *g. Germania prædones singulis arboribus nauatis nauigans: quarum quadam etiam XXX. homines ferunt.* Annon & nostra Fraternalitas solidam cymba salutis est; & istis longè amplior!

3. Si in noui orbis Brasilia arbores mihi loquaris; quæ tam crasso, latoq; sint stipite: vt earum quælibet excauata solidam ratem efficiat, hominum facilè XXXX. capacem. *h.* Si & illas istarum similes in ditone Galecutij orientalis Indiæ rates arboreas commemoras, *i.* longas insuper passuum tredecim: Nauis tamen multò maior est arborea Fraternalitas Rosarij: vnaque est omnium, quicquid existit vsquam, capax mortalium. Verè nauis est ea *k.* *Auulieris fortis, quæ ipsa facta est quasi nauis insularis de longe porrans panem suum: dans prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.* Quare Deipara est nauis cibaria: & nauis est eiusdem Fraternalitas Rosaria.

4. Teste-

4. Testetur igitur Aloysius Cadamustus. *l.* apud Nigritas populos arbores seipsum in ambitu crassas XL. pedes, vidisse. Memoret alij in. ac demirentur illas, in noui orbis insula Ceiba, tantas, quarum truncum ne vel XIII. viri potens brahijs valeant circumambire: Nihil hæc ad Fraternalitatis rosaceâ sunt arborè; que maxima numero fratrum fundit sese, quâ pater Ecclesiæ, & Ordo prædicatorum. Porro de sua sic Daniel. *V. ET FOROTIS.* Multis Palmæ celebratur fortitudo, quòd, quamuis onerata, ponderi nil cedat; quin magis aduersû onus connixa insurgat, seipsa robustior. Vnde *o.* priscis eam victoriæ signum esse placuit Symbolicum. Celebratur alijs *p.* arboris genus, in Iauâ insula maiore, miræ fortitudinis: vt cuius medulla ferrea sit; virgæ in modum ab imo in summum verticem ducta.

Nostræ arboris, Fraternalitatis in quâ fortitudo est. *1.* CHRISTVS; Materque Christi *MARIA* 2. Adde funiculum ipsius, qui triplex non rumpitur, estque Fides, spes, Charitas. 3. Adde his illam, plusquam octoginta fratrum, *q.* filiorum Sciluri Regis, monstratam in telorum fasciculo Concordiam. 4. Adde animorum quoque fraternalium inter sese Vnionem, Communionemque bonorum. 5. Atque, vt alia omittam; fortis est in fortitudine cibi illius, *r.* Panis que de celo descendens, è medulla triticea confecti,

Cui quidem die, medullæq; farinulæ, quantum est inferior illa censenda; quam in regno Indiæ Tanfur ex medulla quernæ arboris exteri, ad hominum alimentum, affirmat Marcus Polus. Affirmet idè in eiusdè quercubus ligna, robore ac duritiæ ferreâ præstare ad omnia penetranda. *b.* Robore tamen nostram Fraternalitatis

*4. Est incomprehensa ferè.*  
*1. Simon Maiolus Caniv. diem to. 1. Colloquio 21.*  
*m. Ouet. hist. lib. 9. c. 11. Pet.*

*Mart. Hist. pa. 1. 5. c. 27. Fortitudo Fraternalitatis multiplex.*

*n. Agell. No. Attr. lib. 3. c. 6. Arist. lib. 7. problematum.*

*o. Plin. l. 1. r. Simposiæ coram. Et Petrus.*

*p. Nic. de Cornice, & Marcus Polus lib. 3. c. 16.*

*q. Martar. in Apophth. & Sebaeus serm. 82.*

*r. 3. Reg. 19. & Polus lib. 3. c. 16.*

€ 5

arbo-

t Polus lib. 3. c. 16.

arborem haudquaquam anteibit. Cùm minima vis gratiæ sit fortior vi quacunq; naturæ. Addit Daniel.

VI. ASPECTVS ILLIVS ERAT VSQVE AD TERMINOS VNIVERSÆ TERRÆ. Hæc equidem scio de nulla creaturæ dici arborum posse. Potest autem, & verè, de nostra Pandorea Fraternitate; ac potius, quàm de illa Nabuchodonosorea, prædicari. Quæ enim est gens, quæ orasquis

*1. cor. 4. 9. Indulgentia Fraternitatis Rosarij.*

locus, cui illa non sit etiamnum, aut non fuerit aliquando conspicua? Sic est. Non spectaculum modo; sed & miraculum facta est Deo, Angelis, hominibusque nostra Fraternitas.

VII. FOLIA EIVS PVLERRIMA. Adde, quod & saluberrima illa nostræ sunt Arboris fraternæ folia. Vt alia silicam: Foliorum similes sunt tot, tamq; amplæ Pontificiæ concessionibus Indulgentiarum, facultatum, atque Privilegiorum. Quibus ornamentis ad Fraternitatem Rosarij adiectis (præter eam gloriam, quam ab intus habet,) foris etiam velut auro conuestita, & circumdata varietate splendet.

Appetenda nobis hæc atque veneranda sunt folia, non metuenda; Velut Indis illa Coppei arboris in Hispaniola insula; vt Petrus Martyr. y. & Ouetanus. & prodiderunt. Nam cùm ea parvi vicem præbere Hispanis, & per illa absentes loqui absentibus videret gens Indica, literarum ad eum diem prorsus ignara; credebatur occultum ijs spiritum inesse, quo animarentur. Itaq; deinceps diu nec colloqui ad eas audebant arbores; velut secretorum intelligentes ac indices.

Nostræ autem arboris folia, Apostolicæ inquam Gratiaæ atque Indulgentiæ, suam quandam vitam viuunt, nobisque eam communicant. Nisi (quæ absit verbo blasphemia) CHRISTI, Sanctorumq; merita & Satisfactiones emortuæ esse dicantur. Vi-

uunt

uunt illa Fraternitatis folia, & viuacius; atque infestius arboris, quam se vidisse Pigefera tradit in India Orientali. a. Vidi, inquit, arborem, cuius folia etiam à trunco abrupta, animata essent; inuentur, ac viuens; sed non ultra diem octauum; desiccante proprii humoris alimonia, quam ex arbore traxerant. Nunquam autem deicit Fraternitas; quia charitas non excidit. Nunquam Fraternitatis b. folium hoc a d. fuerit: c. & non timebit, cùm venerit aestus; & erit viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum. Quæ enim Indulgentiarum pars in hac arbore virere ac florere cæpit vquam i & aliquando defluxit eadem?

Nostra hac recentissima memoria summus Pont. Clemens VIII. & Paulus v. d. grauissimis de causis omnes in orbe Fraternitates, (quæ quidè ad Religiosorum se vel instituta, vel administrationè referrent folijs Apostolicarum gratiarum nudauit. At vnâ continuè Fraternitatem Rosarij iisdem omnibus ac singulis, quibus olim fuit semper, ornata esse perpetuè voluit: Quam alijs insuper auctiorem, florentioremq; effecit. Num igitur hac perpetui vigoris laude nostræ arborè alijs, ab eadè celebratis quibuscunq; posthabendam dabimus?

Esto, (vt testis grauissimi, D. Augustini verbis totidè vtat): Tylon, India insulam, præferri ceteris terris; quod omnis arbor, qua in ea gignitur, nunquàm nudatur tigrine foliorum. Quodq; iisdem arboribus naues fabricant, (vt Aristoteles ex Magni Alexandri comitibus didicit) quas CC. annis durasse cõpertum fuerit; & aquis mensas perdurasse incorruptas: teste Plinio. f. Eadè laudis gratia tribuat Ouetanus g. alijs quoq; cõ pluribus noui orbis arboribus. Veniant in societatem cõmuni præconij quædam nostrates quoque arbusculæ semper

a Pigefera in hist. Indica.

b Psal. 9. Ezek. 47. c Iorem. 17. &

Atque perrenant. d Paulus Papa V. in Bulla: Cùm olim felic. record.

e S. Aug. de Ciuit. Dic. lib. 21. c. 5. ex Plinij hist. nat. lib. 12. c. 11. f Plin. nat. hist. lib. 16. cap. 41. g Ouet. hist. lib. 9. c. 16.

x Petrus in Summario verum. Ind. x Ouet. in hist. Indica lib. 2. cap. 6.

Vigent, flo-  
retque.

semper virentes. Veruntamen eę omnes nec semper, nec diu virentes ætatem ferunt: tandem enim emoriuntur ac pereunt. Emori ac perire iuxta nesciūt Fraternitatis, arboris, in quā, nostræ folia: Ita annā illa, atq; perennāt Pergit S. Dan.

VIII. ET FRUCTVS EIVS NIMIVS; ET ESCA VNIVERSORVM IN EA. Quid hic primū, quid posterius de nostræ dicam arboris fructu? An, quod hic sit operum in eā bonorum meritum immentum? An quodd escā, vniuersorū sit cōmunicatio mutua? Quis fructus vberior? Quę escā cōmuniō æquē ac salubrior? Cōmemorētur à Plinio h. Mali ac Piri eodem anno bifera, ac trifera in Cea insula Caprifici. Similes in Tacapensī Africæ agro. In Consentino rure vnam Malum admiretur biferam M. Cato: At de nostræ arboris fructibus quicquid dixerō; minus erit. Semel dicam: innumerati sunt ij, inque manu Dei. *i. Erit illa semper quasi lignum, quod transplantatur super aquas; quod ad humorem mittit radices suas, et non timebit, cum venerit aestus. Esc. nec aliquando desinet facere fructum.* Aliarum taceo fructus arborum multos, magnos, miros; quos aut ingenium arboris; aut Loci genium; aut indoles carli; aut simul hæc omnia producant. Qui tamen ad Fraternitatis nostræ fructus similitudinem nec adspirare audent.

Sed fortē naturam ars superabit, gemmiferis à se, auriferisque factis arboribus. Vt hoc demus; minimē tamen hæc Nostram vincēt arborem præstantiā fructuum. Nam, vt Horatius canit, *Velis argentum est auro, virtutibus aurum.* Iussit Magnus Cham, Rex in orientali India, per hortos pendere gemmas, ad vsq; miraculū multas, ac varias. Vnam præcipuē pinum proceram onerārit, vt è singulis ramusculis gemmarū penderēt botri vuarum similes. Credas in omni Europa

*Fructus bonorum operum et communicatio- nis.*

*h. Plin. Nat. hist. li. 16. cap. 27.*

*Ter. 17. 8.*

*Idem in affi- mabilis atq; perennis.*

*h. Horat. lib. Epist. 1.*

ropa tantum gemmarum non esse; quantum vna illa ferebat arbos. Spectauit, qui scripsit, Odericus. k. In fanierit tamen, qui has affixas arte gemmas, Pini fructus dixerit: quique omnes vel vnius boni operis merito anteposuerit. Quod quantum non est in Fraternitate?

VIII. SVBTER EAM HABITABANT ANIMALIA TERRÆ. Sic homines scriptura iustos pariter iniustosque appellari notius est, quā vt exemplis indigeat. Vel hoc ex Danielis loco satis constat; quod arbor Regem, bestia subditos designat. Iam animalia sub arbore Fraternitatis habitantia quæ sint, nemo non videt. Non inde sexus arcetur vllus; nulla hominum conditio, vel ætas; nullus status, aut ordo. Omnibus liber semper accessus pater: semper omne Fidelium genus promiscuum, nullo discrimine, summi Pontifices ad eam, largissimis propositis beneficijs, inuitarunt, hodieque inuitant. Mirificus quoque semper pijsimorum quorumque fuit ad eam confluxus.

Verū, vt & Ecclesiam ipsam aliās alibi nunc florentiorem; nunc eandem obscuriorem fuisse nouimus: ita Fraternitati quoque Rosarij euenit; vt non eodem semper omnibus in locis vigore effloresceret. Nulla tamen vnquam tanta fuit temporum iniquitas; quæ sub parthenica collectam arbore confratrum multitudinem sic dissiparet omnem, ac depopularetur; vt vestitatem toti, penitusque desertam inferret solitudinem Fraternitati. Quantum oppressa fortē iacebat isthic: alibi tantum eam Deus efferebat. Vt non tempus esset aliquando, non momentum; quo non fuerit subter hanc arborem habitatio mundorum animalium Domini frequentata.

Nunc mihi occulto quodam instinctu natura

*k. Odericus lib. 1. rer. Indic.*

*Frequentia horum ad Fraternitatem.*

*Et si alibi deflorescere videretur.*

*A. bonum ei nullis simili.*

ra

ra certa animantia vmbra certarum ament arborum, ac sequantur: Admiretur Plinius. l. arborem, de nomine incognitam: cuius vis, arcano sensu, equum, cui Alexander Magnus infidebat, quamuis inuirit ad sese attraheret. Aliam in prouincia Pudifetania hominifugam describat arbusculam Nicolaus de Comite; m. quæ,

*m. Nic. de Com. in re- lict. Indica.* accedente homine, velut retrocedens, ramos in seipfam colligit; at eodem recedente, rursum ijs de exporrectis se in pristinum locum expandit, ac reponit. Quin etiã arbores Mangli, ad orã in orbe noua matimã Cubæ, plurimas Oueranus. n. &

*n. Ouer. hist. l. 20. §. li. 9.* Petr. martyr deprædicent ab hoc nature miraculo, quod, quamuis sint proceræ ac ramosæ; rami tamen sese ipsos ex alto in terrã lentè deflectant, opusque efficiant concameratum, quale fortassis arte nulla posset apparari. Haud tamen hæ vnquam tam gratam præbent stationem. Non etiam illæ tantum defugiunt homines: Non istæ trahunt bestias tantum: quantum Fraternitatis arbor trahit, collectosque fouet pijssimos Fideles; excludit neminem. Qua causã in Re-

*o Ecclesia in Respon. x. Noct. i. Festo s. Rosarij.* sponsorio quodam ita canit Ecclesia. o. de Dei, Fraternitatisque Rosarij Parente MARIA. *Quasi Terebintibus extendisti ramos tuos, Virgo MARIA, super latitudinem terra: Ecce, confugimus ad te, ut sis nobis in vmbra tuium diei ab aestu, & in absconsionem à turbine, & pluuia. Congrega nos à nationibus, & laudemur in laude tuã.* Sic etenim porro de arbore tua proditum legimus.

X. ET IN RAMIS EIVS CONVERSABANTUR VOLUCRES CÆLI. An hæc fortassis arbor talis erat; qualem vidit, & obstupuit Luitprandus Ticinensis Diaconus; quando Berengarij nomine ad Constantinum Imperatorum legatione perfunctus, anno salutis D. C. C. C. C. L. in Regiam Con-

Constantinopoli introducebatur? Sic scribit ipse: o. *Erat illa ornata sumtuosissimè ibi ænea, sed inaurata arbor ante ipsius Imperatoris solium assurgebat, expansis magnum in modum ramis æneis, atque maturatis. In hæ frequentissima variariè erant speciei ames arte conficta, quarum singula, species proprias voces, canere que videbantur incredibili arte. Rugitum quendam emittent aut leonum solij velut capro sum, simulacra.*

Sed ficta hæc, arteque facta omnia. In Fraternitate fictum nihil; ex arte non multum; omnia Dei ex gratiã. An igitur volucrum in ea talis conuersatio, qualem Antonius Pigafeta in regno Burnei se vidisse memorat, & superius nos recitauimus? Nimirum folia in arbore viuere instar auium; abscissa ab ramo etiam pedunculis ambulare, viuereque in octauum diem. An verò talium erit ferax auium arborea; quales sunt quæ Berneckæ dicuntur, anatum similes? Crescunt eæ ad cortices abietum iuxta litus maris, in Scoriæ insulis Nibridibus stantium; vnde maturitatis tempore in subiectum mare decidunt, simul abnataat. Captis Hiberni ieiuniorum tempore vescantur. Sed Innocentius III. in Lateranensi Concilio interdixit. Ita Vincentius. p. Orrelli. & Olaus. q. ac alij.

Verum sint istæ tales arboreæ volucres: nihil tamen ad nostras. In Arbore nostra Rosarij conuersantur volucres cæli, Spiritus Angelorum. Beatorumque Mentis. Hæc conuersari volupe est inter Fratres tanta conspirantium voluntatum vnione cõiunctos, tot in bonorũ spiritualiũ cõmunionem mutuã participes. Nimirum quibus Christi nomine congregatis cum medijs interfit Rex cæli; cæli quoque abesse aula regia non debet. Sed non cælum duntaxat suas habet volucres, quæ in terra cum Fratribus conuersentur;

*o Luit. Prandus lib. 6. c. 2.*

*p Vincentius hist. nar. lib. 6. cap. 40. Orrellius, in Scoria. Fulgoss. lib. i. c. 6. q Olaus lib. 19. c. 6.*

*Anali de genti in Fraternitate.*

uersentur: habet suas quoque & terra, quarum conuersatio in cælis sit. Huius sunt generis pia ac religiosæ vtriusque sexus ac status animæ; quæ altioris studiosæ perfectionis, in sedulâ bonorû Fraternitatis communicatione versatur, & tanta cum charitate fraternas; vt in ramis eius habitare, inque Fratrum animis viuere videantur.

Non ita bellè viuunt aut habitant ij, quos in noua Hispania inter ingentium arborum ramos palatia etiam ædificare scribit Petrus martyr. Inhabitasse autem vnam ex ædibus ijs plus quàm ducentos familiares tradit Petrus Hispanus. Sunt alia nostræ arboris commoda, tanta, vt in eius comparationem arborum cæterarum nulla venire queat. Quod nemini videri mirum debere: quando, quæ natura in se habet summa; ea vix ad infima gratiæ possint attingere.

*Non impunè læditur* X. Vnum tamen istis adijciam: esse arbores quas lædere nemo illæsus possit. Vt Taxus in Fraternitas. Arcadia. quæ si aut vellatur, aut fecerur foco instruendo; fumus adusti ligni continuè capitis infert cruciatus immanes. t. In Coibâ, sinu Hispaniolæ, quædam ligna cum aduruntur, incensorem fumo etiam exanimant. In Ceo cerum Spinarum genus est; quas qui contuere, turbareque nititur, vel leui puncturâ ictus, morte extinguitur. x. Compertum est sæpius, haud impunè facillè à quoquam Fraternitatis arborem aut odijs appetitam; aut maledictis laceratam; aut alia turbatam infestatione, seu læsam persecutione fuisse. Cuius quidem luculentas nō pauca nosster Rosarij Exemplorum liber tertius historias testatas commemorabit.

Nunc, quoniam ab arbore omnis hæc nostra ducitur comparatio; eadem quoque finem capitis huius imponemus. si prius tamen in perelegantis arborei cuiusdam palatij descriptione, idæam

idæam quasi nostræ Fraternitatis qualemcumque dederò inspectandam. Istam hisce Laurentius Valla expressit. z Proximè Valentiam Hispania, horii sunt, non tantum citris confiti; sed etiam citris parietibus viuente materia conclusi. vt dubites; hortine sint, an edes. Nam cum nihil aliud insit, quàm arbores frugifera atq; felices, manu posita, insituta, digestæ; quid nisi hortii dicendi sunt? Rursum cum audis extrinsecus esse parietes; intrus autem aulam, conclauia, curiam; item Sacella, altaria, sedilia Canoniarum, thronum Episcopi, & cætera huiusmodi; non aliud, quam edes esse putaris. Sunt autem parietes ex truncis citrorum confecti, & tamen frondibus vestiti, vt perspicui inorsum nequeant, ne dum intrari: ita, cum rami adolescunt, in torquentur atq; inflectuntur; ita insiti atq; inserti, confiti atq; conferti coalescunt: vt omnes rima expleantur; vt nihil vacuè relinquatur; vt pariter firmitatis & decoris ex frondibus ratio constet; vt Clericis, Laicisq; deseruiat, velut Paradisus quidam terrestris.

Quæ omnia paucis immutatis de Fraternitate Rosarij præclarâ queunt comparatione dici. Nam illa arboreane domus est; an hortus Paradisiacus? Quod in eâ lignum, & Institutum non felix ac frugiferum? Omne quod in ea est, omnibus aptum, atq; digestum est. Intus aula Virtutum; sacella Gratiarû apostolicarum; sedilia piorû Operû; throni sunt Meritorû; Parietes citreis Charitatis vestiti frondibus: & hi ita sunt inter se next omnes; vt omnium sit corvnu & anima vna.

Nunc igitur confratres atq; Sorores, z quasi ROSA plantata super riuus aquarû, fructificate. Quasi LIBANVS, odorè suauitatis habete. Florete flores, quasi lilii; & date odorè; & FRONDETE in gratiam; & colantur Camicû Pfalterij Mariæ; & benedicite Dominum in operibus suis. Date nomini eius magnificentiam; & confitemini illi in voce labiorum vestrorum,

*Epilogus Comparationum.*

*z Valli rerû Hispan. lib. 3.*

*z. Eccles. 39.*

*v. 17. Apostrophe ad Fratres Rosarij.*



*Et in Cantibus labiorum: Et sic dicatis in Confessione: AVE MARIA, &c.*

Satis haecenus sum arbores locutus; ut loquatur diuerbium: Prælusum factis. Pedē nunc propius conferamus. Cum autem omnis Fraternalitatis in communi originem libro superiore demonstrauerimus: res postulat, ut ad partem ac speciem descendentes, Lectorē beneuolum ad nostræ FRATERNITATIS DE ROSARIO B. V. MARIE incunabula, certis quibusdā vestigijs ac viā retrō ducamus: Duce DEO, Deiparaq; Virgine adiutrice MARIA.

CAPVT II.

*Quis temporum, rerumq; Ecclesie, ac Imperij fuerit status; in quo medio orca exiit FRATERNITAS ROSARII: Antē tamen Ordo Prædicatorum venturus multis præmonstratus diuinitus fuisse docetur.*

Status rerum in Asia & Africa.

**B**ipartitum hoc caput erit. Pars prior de utroque orbe breuis; posterior de venturo Prædicatorum Ordine Reparato in Salutē Orbe sæculum ingrediente duodecimum, res omnes Christianæ, qua Ecclesie qua Imperij, partim ex lōgā iam inclinatione festæ corruerant; partim etiam tum fractæ in præceps abibant; pars in præcipiti stabant. *Orientem* barbara infidelium tyrannis omnem iam dudum occuparat. *Occidentem* summa rerum omnium perturbatio iactabat. In ORIENTE duarum orbis, ac Nominis Christiani partium maximarum, *Asia*, inquam, & *Africa* *hæretici*, (an occalusi?) is erat; ut, quicquid in illis hominum degeret vsquam, id omne penē esset aut hæreticum; aut schismaticum; aut Saracenicum; aut mixtum ex his & apostaticum; aut ethnicum; aut deniq; prorsus atheum. Nisi quòd in atris hisce tenebris rata subinde stellula veri re ac nomine Christiani hominis intermicare

Sola

Sola Palestinæ Terra Sancta seminis aliquantò plus reliqui sinceræ pietatis ac Religionis, in priuatorum tectis potissimum, ac pectoribus clam fouebat. Abreptam quidem Ierosolymam ab Saracenis Dux inuictus, & inclutus Rex Bulionius reciperarat pridem, a. anno M. XCVI. Verum annis LXXXIV post elapsis, dum in Occidente Sacrum Pontificium atq; Imperium inter sese pro Inuestiturâ iam diu conflictantes b. acerrimè digladiantur; interim Saladinus Turca, Asia totius dominor suæ Ierosolymam iteratò subiugatam tyrannidi, hæcenus obtinuit, c. ab anno Christi M. C. LXXXVI. Alterâ continuò Expeditione Cruciatâ suscepta per Imperatorē Fridericum Barbarossam; sed omnia nequicquā contrā moliente: d. Itemq; tertia; Atq; etiam quarta. e. Aded omnem Asiam, atq; Africam regnabat seu, trux Persæ; seu Turca ferox; seu Scythæ barbarus: aut Hæreticus impius: aut, si Fide bonus; at moribus vitaq; parum probus Orthodoxus.

In Palestinæ.

a. *Gual. Tyrissus*, l. 1. cap. 17. *Kranzius*, & alij. b. *Carol. Sigonius de Regn. Italiae* c. *Blondus Dec. 2. l. 5* & *Emilius lib. 5.* d. *idem*, & *Kranzius in Saxon. l. 7. c. 1. Car. Sigon. l. 11.* e. *Idem l. 15.* Status Orientis.

II. *Europam nostram* quis rerum status per id ætatis habebat? *Orientis Imperium Constantinopolitanum*, & ipsum hæresibus intra viscera sua dissectum; aut schismate ab Ecclesia abruptum; angustis circa Constantinopolim sinibus coactum atq; compactum, tributo pacem ab Saracenis redimens, seruebat magis, quàm imperabat. Ut Galli demū, Venetiq; iuncti vetus illud Bizantium, Romā nouam vi occuparent; & Henricū illi Flandrum imponerent Imperatorem, sub annū M. CC. III. f. Atq; ita paulatim illa Orientis Aquila, ab sua Occidentis socia diuelleratur lacera; dum deniq; totam raperet accipiter harpeius Turca. Nimirum regnare idem, qui Deo in Ecclesia seruire, iuxta nescit. Ergo seruus tyranno seruiat: dum DEVS vertat.

f. *Blondus Dec. 2. lib. 6.*

*Status Occi-*  
*dentalis Im-*  
*perij.*  
*f. Car. Sigo-*  
*de regn. Ital*  
*lib. 10.*  
*Krantz in*  
*Saxon. li. 7.*  
*cap. 6.*

*g. S. Anton.*  
*par. 3 tit. 19.*  
*Nauclerus*  
*Generat.*  
*X. L. Krantz*  
*l. 7. c. 15. &*  
*25.*  
*h. Sab. Gag.*  
*lib. & Nau-*  
*cler. Gen. 40*

*i. Blondus*  
*dec. 2. li. 6.*

*k. Abb. Vr-*  
*spberg. in*  
*Chronico*  
*Int. finē, ab*  
*anno 1098.*

III IN OCCIDENTE, heu quæ turbæ; quæ Fu-  
riæ? Anno M. C. XCVIII. Henricus VI. Impe-  
rator, Romanæ Ecclesiæ depilator, & raptor pa-  
trimonij S. Petri; & Episcopatum violentus  
Collator, vt in humanis esse desijt: continuo Innocentius III. ablatam vj Romandiolam, Sici-  
liam, aliaq; vi & arte repetit: Ottoni IV. Saxoni,  
ab Ecclesiasticis Electoribus creato in Imperato-  
rem & coronato studet, contra Philippū, Hen-  
rici VI. fratrem, Sueviæ Ducem, Regem Germano-  
rum; item Imperatorem ab altera sæculariū  
Electorum parte appellatum, coronatum, &  
vnctum. *g.* Hi duo Imperatores Occidentis v-  
nius, armis animisq; infestis, totius disiecti Im-  
perij viribus sæpissimè congressi, toto ipso de-  
cēnio horribilè belli tempestatē intra soli Ger-  
manici viscera circumferunt, detonant, & confi-  
ctantur. Franciam suas in partes Otto, atque  
Innocentius traxerāt: Angliam Philippus; licet  
cum Richardo, Anglorum Rege, *b.* anno antè  
vi & armis de finibus decertasset.

Hispaniam quoque eodem simul tempore  
Christiani nominis hostes Saraceni vniversam,  
quanta quanta erat, obruunt, & subigunt. *i.*  
Philippus Hærruriam inuadit; Alfatiam Basileā  
Spiram vsq; peruat; vastat; Argentinam occu-  
pat: Turingiam omnem, par. eq; circumiacen-  
tes belli iure suam esse cogit; Coloniam, nec  
diu obfidens, in deditioem accipit; omnia cir-  
cum ferro flammisq; miscet; Geldriam depopu-  
latur: Ottonem vincit, fugat, persequitur, agi-  
tatq; vt feram, vires identidē reparantē, ac tan-  
tum non penè desperantem. Primus ex Impera-  
toribus ipse fuit, qui Ecclesias ære obligat alie-  
no, vel oppignorat; vt belli neruū pecuniā con-  
traheret: Hæc omnia cum alij, tum, qui vixit e-  
odem tempore, & pleraq; vidit, Abbas Vrſper-  
gensis. *k.* IV. In

In his: e qua facies Ecclesiæ. Hoc æstimet is, qui Status oc-  
ex grauiſſimis comeminit historicis, ipsos tunc cidental  
Archiepiscopos, Episcoposq; in armis, in acie Ecclesiæ  
primipilos egisse, iuxta Ducum ac militum par-  
afflictus.  
tes expleſſe: nullam penè in Hispania Ecclesi-  
am, aut sanum ab Saracenis intactum stetit  
vix vllam in Germania ab alterutro Imperatorū  
hostilem manum non tulisse: in Franciæ Nar-  
boneo si Galliā sub Pyrenæis coctam diu hæresin  
Albingensium emeruisse, virusq; suum latè fudif-  
se. *l.* Qui mores hominum cuiusque status ac  
Ordinis, Vrbiſo: Romanæ fuerint; legat, cui li-  
ber, Abbatem V. pergens. *m.* Ipius quoq;  
Innocentij III. tum Pontificis lamentario est in  
cæteris ista. *n.* Vineam Domini, Sabaoth multi-  
formes fatagunt bestia demoliri. Quarum in cursus a-  
ded inualuit contra ipsam; vt ex parte non modica,  
pro viribus spina succresuerint: & (quod gementes  
referimus); ipsa iam vites proferant pro vna labrus-  
cam, infecta multipliciter, & corrupta.

Proinde sic idem mandat toti orbi Christia-  
no. Ideoq; statuimus, ac mandamus; vt singulis,  
mensibus fiat GENERALIS PROCESSION, seorsum  
virorum ac mulierum; in humilitate mentis & cor-  
poris, cum deuota orationum instantiā postulantiū; nunc instat:  
vt misericors DEVS hoc à nobis auferat opprobrium  
confusionis.

Et infra. In illis autem Ecclesiis, in quibus conue-  
nit Processio generalis, TRVNCVS st. tuatur cenca-  
apud Vrſper.  
Supplica-  
uus, vrbis clauibus consignatum; in quo viri ac mu-  
tiones in-  
lieres elemosynas ponant, in Terra Sancta subsidii.  
dicuntur,  
Hactenus Papa anno M. CC. XII. in Bulla, in-  
auertendis  
qua tria omnium grauiſſima proponit orbi: Ot-  
malis.  
tonis & Imperij causam; Expeditionem Crucia-  
Gazophy-  
tam in Terram Sanctam; & generale Conci-  
lacia sta-  
tuuntur in

Atq; hæc breuiſſima tantorum, per cam cir-  
templis,

H ; eiter

*1. Nauclerus*  
*Gener. 41.*  
*Ann. 1212.*  
*Casarius*  
*Heisterb.*  
*Dalogorum*  
*lib. 5 cap.*  
*21. 22.*  
*m. Vrſberg.*  
*in Chron.*  
*anno 1091.*  
*n. Innocent.*  
*III. in Bul-*  
*la: Quoni-*  
*am maior*  
*anno M.*  
*CC. XII.*

citer decennij tempestatem, motuū est adumbratio. Quos quantō immaniores istis exinde fluctuū procellæ exceperunt Fridericianæ? Horruit & intremuit orbis. Vix par ad eas scriptorū facultas fuit; penē im par posterorū est fides. Fidē testor eorum, qui istius æui annales euoluerunt.

Prænu-  
cia quædam  
diuina de  
venturo  
Prædica-  
torum Or-  
dine.  
o, Theod.  
lib. 1. c. 12.  
apud Sur.  
rom. 4.  
Prima Vi-  
sio diuina  
de ira Dei,  
B. V. Mariæ  
deprecati-  
one, & S.  
Dominici  
missione.

V. Hastenus ex historia temporum, morumq; perditorum teste. Quibus sanandis quis facere medicinam, nisi de cælo Deus, potuisset? Et verō nisi fecisset; paulō minus fortē habitasset orbis in inferno. Læsi igitur. itaq; Numinis iudiciū, ac iudicium de orbis deprauatione, hic breuiter adjiciam. Hocq; libentius; quōd idem quoq; nostri esset futuri Ordinis prænu-  
cium diuinū. Illud noster F. Theodoricus de Apoldia in Vita S. Dominici totidem verbis ita describit. o.

*Quo tempore*, inquit, [duodecim Abbates Cisterciensis Ordinis, ad prædicandum contra Albingenses hæreticos à Pont. Innocentio III. missi; quidam à mortuis reuocatus ad vitam; cū cum vnus ex illis Abbatibus interrogaret, quidnam vidisset; respondit; Vidi Dominam nostram Virginem MARIAM tribus diebus continuis flexis genibus coram Filio suo pro populo deprecantem. Qui Filius beneficia, quæ mundo ipsa contulisset; & maleficia, quæ mundo ipsa possum tam ingrato? Tum Virgo Mater: Bone, inquit, Fili; non pro illorū malitia; sed pro mansuetudine tua ages. Vistus tandem Matris precibus Filius, Vt vis, inquit, ita faciam adhuc clementer cum eis. Mittam eis PRÆDICATORES; qui eos ad agendam pœnitentiam horrentur. Et si quidem recesserint à sceleribus suis; eorū nulla erit apud me recordatio: Sin minus; non parcam eis.] Luculentum est hoc Dei de Orbis malitia iudiciū simul & testimoniū: pijssimæ Matris saluberrima deprecatio: certa mittendorū à D. ro

Prædicatorum promissio. Sed quorum? Id haud multò post idem DEVS istum ad modum ipsi ostendit D. DOMINICO, teste eodem Theodorico p. Theod. lib. 2. c. 1.  
p. Referam: tu prima Ordinis atq; Fraternalitatis iacta femina attendito.

*Roma S. Dominicus, nocte in Ecclesia orans sedentem ad Patris dexteram Filium surgere vidit traxit; ut interficeret omnes peccatores terra. Stabat verò in æthere aspectu terribilis, & contra mundum in maligno positum tres lanceas vibrabat. - Vnde secunda visio de eis dicitur.*  
nam, quæ superborum erectas cervices traieceret: alteram, quæ cupidorum viscera corfigeret: tertiam, quæ carnis voluptatibus deducos confoderet. Cūq; eius ira nemo posset resistere, occurrit clementissima Mater eius, & pedes illius complectens rogabat; ut parceret eis, quos suo sanguine redemisset; & iustitiam misericordia temperaret. Cui Filius: An non vides, inquit, quanta a mihi irrogentur iniuria? Iustitia mea non patitur amplius tot mala impunita. Cui Mater contra: Tu, qui omnia, inquit, nosti; bene perspectam habes viam, per quam illos ad te reducaturus es. Habeo Seruum fidelem; quem mittes in mundum, ut verba tua annuntiet eis: sicq; conuertentur ad te omnium Saluatorem. Habeo etiam alium Seruum; quem adhibebo ei adiutorem, ut similiter operetur. (S. Franciscus hic erat) Filius dixit: Ecce placatus suscepi faciem tuam. Obtulit ergo Mater Filio B. DOMINICVM. Et ait Dominus: Bene, & assuetudis faciet, quod dixisti.] En, habes certum Dei seruum, electum Prædicatorem; simul habes pefundati sceleribus orbis diuinum testimoniū; habes & mediam in hisce Deiparæ Virginis prestitam misericordiam. Accipe testimoniū nunc tertium, Autorem Fraternalitatis missuri Pontificis Innocentij III. Sic noster Apoldia. q.

Anno M. CC. XV. petente B. Dominico sui Ordinis confirmationem à S. Pontifice Inno-

Itemq; 3.  
de Vocati-  
one Prædi-  
catorum.

centio III; hic visus est initio se nonnihil oppo-  
nere. Ergo proxima nocte videt idem Christi  
Vicarius in somnis Ecclesiã Lateranensem gra-  
uem minitari ruinam. Tremefactus igitur &  
mœrens vidit è diuerso virum DEI DOMINICVM  
accurrentem, & humeris totam illam ruinosam  
fabricam sustentantem. \* Eius visionis nouita-  
tem admiratus sapiens Pontifex; & quid ea sibi  
velleret, sagaciter animaduertens; oblatas sibi  
preces S. DOMINICI hilariter admittit, & pium  
propositum commendauit. Propositum nimirum  
Ordinis Religiosi instituti, seu Vocati-  
onis; & (quod sequitur) Functionis eidẽ pro-  
priæ. Functio autem potissima ferè tum erat;  
semperq; fuit, estq; hodie illa Rosarij, Fraterni-  
tatisq; prædicatio.

QUARTAM his addere prædictionem, testem  
& Vocationis religiosã expressè; & Functionis  
quoq; huiusce consequenter ac tacitè; superse-  
dissem: nisi alij (fortè studio magis priuato) co-  
narentur. eam à Prædicatoribus aliò vertere.  
Quàm id solidè, cuius hic iudiciũ esto. Et ista  
quidẽ Vaticinatio est JOACHIMI FLORENSIS Ab-  
batis scripta, annis fortè decem antè; quã Ordo  
Prædicatorum existeret.

I. INSVRGET, ait, VNA NOVA RELIGIO & SAN-  
CTISSIMA. *Novus*, inquit. Nulla enim ad eũ diẽ  
extiterat: qualis Prædicatorũ post cœpit. Nimi-  
rũ. 1. Mendicã. 2. Fideles inter in publico con-  
uerfãns; nec ad cæterorũ similẽ Clausuram ad-  
stricta. 3. Ex Instituto Prædicatoria.

II. QUÆ, inquit, erit libera & spiritualis. Quẽ ad-  
modum quidẽ spiritualis; id ex ipso in sequenti-  
bus liquebit. *Libera* autem. 1. Quòd soli militãas  
Deo, nullis se esset implicatura secularibus ne-  
gotijs. 2. Quòd à curis libera, purè mendicans  
curis esset spiritualibus se totam superimpẽtura.

3. Quod

f. Rutilius  
Benz. de  
Iubil. lib. 1.  
cap. 8. Osor.  
Stapl. ubi  
infra.  
f. Ioach. li. 5.  
Concordia  
fol. 14.  
4. De toto  
Instituto  
eorundem  
Joachimi  
Vaticina-  
tio.

3. Quòd sub singulari Obedientia Pontifi-  
cis singulariter futura Prædicatorũ Religio esset.  
Nam sub Vicario Dei sic Deo seruire, regnare est.  
4. Denique, quòd idem ordinum primus fuit,  
qui liber esset ab Regularum ac Constitutio-  
num obligatione ad vllam, culpam perinde sicut  
quiuis Christiani.

III. *In qua Romani Pontifices, totiti pace Ecclesia, fuit euentus se continebũt.* Id quàm plurimã loquuntur Bullæ, Breuia, literæ Pontificum in Bullario Romano, nuper edito in Vrbe. Prædicatoribus enim i v-  
bique officium Inquisitionis hæreticæ prauita-  
tis commendarunt: Eorum vfi opera in legatio-  
nibus, in Schismatis etiam Pontificijs, in Missio-  
nibus, in Philosophicis, Theologicis, Ecclesia-  
sticisque Cathedris tuendis. *Quam Religionem. & Ordinem Deus super omnes alias diliger: quia per-  
fectio illius vincet omnes alias aliorum Ordinum.*  
Hæc Ioachimus.

IV. Idemque alubist. *Arbitramur in eo; quòd visus est sedere super nubem candidam; signari quandam Ordinem Iustorum, cui datum sit perfectè imitari vitam Filij hominis; & habere linguam eruditam ad Euanglizandum; & colligendum in arẽ Domini ultimam messem. Qui dicuntur sedere super nubem; prof-  
ter contemplationem. Et hic erit Ordo Perfectorum vivorum, eruanium vitam CHRISTI, & Apostolo-  
rum.*

V. Commune hoc. Istud magis proprium no-  
bis eiusdem est Vaticinium. *Reuelandi sunt in Ecclesia Doctores, in Scholis, PRÆDICATORESQUE fideles, qui terrena, ac carnalia corda omniplagã perc-  
tiant; ac erectis & tumidis Magisterijs Hæreticorũ, silentium studijs suis imponant. Et bene filius Mel-  
chie Ieremias describitur. Quia Ordo ille futurus, ad obedientiam Pontificis dirigitur. Hoc est; mitti-  
tur in orbem: Is enim est verbi huius vel in S. li-*

*Illius testis fuit euentus, & ipse re-  
status ac certus.*

t lib. 20.  
Expositio-  
nis super  
Apoç. fol.  
175. Secun-  
dum vati-  
cinium.

u Idem su-  
per cap. 1.  
Ieremie.  
Vaticinium,  
de Missioni-  
nibus Præ-  
dicatorum  
ex ebedien-  
teris ita, Pontif

teris ipsis significatus & vsus per frequens.

Atque illud, *ad obedientiam Pontificis designi*, seu mitti, omnibus fuit Mendicantibus semper Ordinibus commune: Verum in primo inter Mendicantes Prædicatorio, primura est datam illius ac sumrum exemplum; acque exinde semper adhuc vsque à Pontificibus vsu parum. Quæ id assidue, quamque in arduis negotijs, testatur vel vnum Bullarum Romanarum Balis Apostolicis, ac Breuibus longè plurimis. Quantas quoque Ordo noster perpeffas fuit persecutiones ab rebellibus Ecclesiæ Principibus imperiis autem ab Imperatore ipse Frederico II. idque vel ob solam Obedientiam, quam S. Sedi Apostolicae semper Ordo præstitit, hodieque præstat; restantur Chronica nostra x. diuersaque Bullarū. Atque eas etiam Abbatem Ioachimum prædixisse scribit Munsterus; y. quamuis, vt Luthernus, Monachis parum æquus.

Iam eos, qui & ista interpretantur ad Religionē aliā, quamcumq; illā tandē; eos, in quā; ex omnibus nulla audiet. i. Non ea, quæ Ordo nec est, nec appellari vult. Nam illa Ordo sit necesse est. Deinde factum & euentus ipse Vaticanij refragatur eisdem, Nam de hoc ita Theodoricus. a. Abbas & Institutio Florentis monasterij de Prædicatorū Ordine in multis libris, & locis scriptis. Ipsū Institutū & habitū describit, & monuit Fratres suos, vt post decessum suū, illo existēte Ordine, p̄ se honorifice eius Professores exciperēt. Quin amplius in Cōstitutionū nostrarū Declarationibus traditū accepimus, & quod in quodā monasterio sui Ordinis in Calabria quōdā cū tali habitu depinxit; quō Ordo restorā B. V. F. Reginaldū inuergente recepit: dicit Fratribus. Cū surrecturus est in Ecclesia Dei Ordo nouus. Docentū, & Prædicatorū cū tali habitu; cui præest vnus Maior, & sub eo erunt duodecim Ordine præfati reg-

gentes. Pergit Theodoricus: Itaque vententibus primò ad ipsos Fratres Dominicanos, cū processione & Cruce obuiā exierunt. En, dictum factum. Vt Abbas intellexit prædictionē suam, ac fieri iussit: ita & fratres eius intellexerunt; & re ipsa præstiterunt, quod in mādatis acceperant. Ecquando, & quibus? Nō alijs nuper; sed iā ante CCCC. annos Dominicanis. Qui & ipsi sunt ille, (vt prædixit, idem Ioachimus,) c. Ordo quidā: Nō Isti.

Et is, est verè Designatus in IESV, semperq; fuit. 1. Nam IESVS fuit Ipse, qui ipso hoc Nomine cū Ordine sic Matri suæ designauit, dicens: *Mittā eis PRÆDICATORES* &c. vt supra. 2. Ac rursus exhibenti ad hoc Missionis munus S. Dominicum Matri ait Designator IESVS Bene, & accuratè is faciat, quod dixit: 3. Adde, quod Ioachim ait: *In eo, quod visus est sedere super candidam nubē, SIGNARI quōdā Ordine* &c. 4. Deinde magni S. Dominico, Fratribusque nomen semper fuit MARIAE: at maximi Sanctissimum Nomen, IESVS. Vt S. Dominicus etiam in ipsa Prædicatorū primordijs d. Congregationem aliquam, dictam De Milicia nominis IESV, instituerit; Patrimonio. S. Petri, Pōtificij; Romano vi & armis tuendo. Vnde postea membrū Ordinis illa nostri de Tertia Regula extitit: quod Sanctis auxit Ecclesiā cum pluribus; hodieque in flore est. Sed inferius plura. e. 5. Ex B. Alano de Rupe mihi docebitur inferius, Prædicatorum Fraternitatem Rosarij à Christo IESV, aq; Deipara iussam institui, iussam intitularij subā restitui ac renouari sub titulo Cōfratriæ IESV & MARIAE. Et factū est Quid: Ordo nō videtur designatus in IESV; qui Fraternitatē prædicat in IESV designatā: 6. Quid est, quod S. Dominicus ad Rosarij preces è vita Iesu & Mariæ mysteria cōmeditāda assignauit prim⁹. Nimirū quod ipsi⁹ Ordo nouellus est in IESV designat⁹. Et q̄ hic Ipse

Vaticinatio  
nis euentus  
evidens testis  
Ordinis  
Prædicatorum.

c. Abbas  
Ioac. lib. 2.  
Exposit. Super  
per Apoc. fol.  
83.  
Idem ordo  
est designatus  
in IESV.  
Consecratus  
in acta restantur.  
d. Lib. Con-  
stit. de Tertia  
Regula  
Prædicatorum  
in Prohem.  
Ant. Senen:  
in Chro:  
Præd. Decad. 1.  
c. Infra c. 12.

IESVS

x Fernand.  
Castell. &  
Ann. Senen.  
anno 1247.  
dec. 1. f. 59.  
y Man. Cos-  
mogra. lib.  
3. cap. 58.  
z Osfor. in syl-  
uar. 4. de  
obitu B. Ig-  
natiij. Ruri-  
lius Benz.  
Stapl. in  
Prompt.  
Mor. Dom.  
infra o. 2.  
Nat. tex. 1.  
&c.  
a Tho. de  
Apol. apud  
Sur. tot. 4.  
Anon. Scen-  
nen. l. 1. c. 12.  
in vita S.  
Dominici  
b Declar.  
Const. Præd.  
Distinct. 1.  
cap. 15.

IESVS *eadem mysteria* sic designasset; sicque Rosarium prædicandum S. Dominico mandasset. ut sæpius tradit Alanus. 7 Prædicatorij Ordinis zelo factum est, ut Salutatio Angelica in tantum veniret & vsum & cultum; ac tandem hanc sibi accessiunculam inueniret & clausulam: IESVS CHRISTVS. Quâ idcirco S. Sedes Apostolica datis indulgentijs commendandam amplius iudicauit. Scilicet, quia erat Ordo designatus in Iesv idcirco Nomen Iesv corâ gentibus portabat & efferebat. 8. Deniq; quis in orbe primus Fraternitatem solius Nominis Iesv instituit? Quis eandem propagat, & solus, cum Deo administrat? Quis eam soli propriam sibi, perpetuamque vel Pontificum iussu habet sic; ut nulli præterea ipsam instituire fas sit? Quis? Vnus, inquam ordo Prædicatorum, & is in Iesv designatus.

*Ordinis & Fraternitatis inscripta communia fuerunt & coniuuentia.*

Atque ista è multis pauca, quæ illustria Ordinem Prædicatorum, Ordinisque Instituta antecesserunt diuina testimonia, Quæ inter Instituta princeps est illud, *De Fraternitate Rosarij*. Et ea sunt idcirco hic à me recitata, tum quòd vitijs ac flagitijs pessundati orbis præclarum faciant indicium: (Quò admirabilior, & gratior Rosacea has inter spumas existens Fraternitas iure videri cuique debet.) Tum quòd, quæ diuina & admiranda Parenti S. Dominico, siue eiusdem Gemellorum alteri acciderunt; eadem proli, aut Confratri alteri rectè esse quodam modo communia censeantur. Sunt autem eiusdem Patris velut quidam Gemini, *Ordo & Fraternitas Prædicatorum*.

Nunc misis vtrique communibus, propria Fraternitatis solius afferamus, ad asserendū eius Autorem, ortumque orbi ita necessarium; ut salutarum.

CAPVT

CAPVT. III.

*PRIMORDIA Fraternitatis de Rosario B. V. MARIAE sub annum Christi nati M. CC. d. centur historijs cum diuino coniuuentis testimonio, prodigijs atq; miraculis.*

**A**lanus noster de Rupe vir, ut æquæui Abbas Spanhemensis vtar verbis. a. ijsque Eyfengreini. b. natione Teutonice, Ordinis Prædicatorum, in diuinis scripturis eruditus; in declamandis sermonibus ad populum excellentissima opinione; vti & conuersatione Deo deuotus, & B. MARIÆ semper Virginis amator præcipuus; eius Rosarij, & famulatus promotor venerandus: à quâ etiam singulari dono superna consolationis aliquotiens meruit recreari, & iam in æterna felicitate refoueri. Is, in quâ Deiparæ Magistræ suæ penè familiaris; quæ ut ipsius ex ore acceperat, ita & consignauit scripto: quod dein posthumum fuit repertum. In eo sic apud sese. B. V. MARIAM locutam prodicit. [Cum gloriosissimus Pater Prædicatorum DOMINICVS terras Hispaniarum per xv. ferè annos, causa prædicationis, ante mortem suam peragraret: (Fuit hoc sub annum Christi M. CC.) non autem Ordine Fratrum Prædicatorum existente: die quadam prope S. iacobum pyratis superuenientibus, charissimum meum Dominicum, cum socio suo, nomine Bernardo, rapuerunt, & ad Gallæam, classemque nauium suarum, in torturâ dirissimis remos tracturum, velut ouem & Dei agnum, pertraxerunt. Tribus scilicet mensibus remos assidue marinos, manibus delicatis, & iam pustulis repletis, traxit, cum doloribus non modicis. Sed Ego misericordiæ Mater totis visceribus

*Alani commendatio. Vide. c. 17. infra. a Ioan. Trithemio in Catalogo scrip. Eccl. b Guil. Eyfengren in Catal. Doctorum Ecclesie anno 1465 Primordia. c Alanus. li. de dignitate Platarij B. V. M. o. Caput à pyratis S. Dominicus.*

ceribus charitatis super eum mota, contra se-  
lestos homines quàm plurimum sum irata. Id-  
circo me volente, & mandante cælum vertitur  
in nubilum; fulmina coruscant cum tonitruis  
terribilibus, & immensa ruit super eos; pluuia;  
mare feruet, & ruet. Tanta fuit tempestas, vt  
illi maris iam ac siderum ignari penitus despe-  
rarent.

Sed in his B. Dominicus nil motus; profanos  
videns desperationi datos, prædicatione solita  
reuocat eos, dicens: Fratres, pænitentiam agite,  
& dulcissimam MARIAM inuocate. Cùmq; eum  
prædicantem, vt fatuum subsannarent despe-  
rando; imò tanquam reum instantis mali, sus-  
tibus cederent; iunctis opprobrijs, & quàm plu-  
rimis blasphemijs: ( plerique enim fidem abe-  
gauerant; aut sub pænitentia iam diu non fue-  
rant: ) aduenit nox B. Annunciationis. In qua,  
ob reuerentiam Festi, iste animarum zelator, vt  
tunc vel maximè pæniterent, singularissimè hu-  
militer & deuorè, vt valuit, & licuit, admonerat.

Quo audito, quasi in furiam versi, Me & Filium  
meum horribiliter blasphemauerunt. Illicò  
tempestas creuit immensa, totaq; nocte vagan-  
tur incerti maris: patrono fluctibus rapto prius,  
ac submerso. Cùm ergo manè, ad tanti dici fe-  
stiuatatem, Charissimus meus pro eorum salute  
deuotius me precaretur; Oranti apparui luce sub  
impressa, dicens; quòd eius amore libens indul-  
gerè inimicis: dum modo conditionem hæc prius  
admittere vellent; videlicet OMNI DIE PSALTE-  
RIVM MEVM DICERENT; & CONFRATRIAM NO-  
VAM, QUAE IESV CHRISTI, ET VIRGINIS MARIAE  
NUNCVPARETUR, INCHOARENT. Quo accepta-  
to, benedictione contra tempestatem factâ  
per ipsum ea mox caderet vniuersa: Sin; ipse so-  
lus

*Rosarium  
& Fraterni-  
tatem prædi-  
cant iustus,  
sine frustra.*

*B.V. Maria  
Commen-  
dat S. Do-  
minico præ-  
dicationem  
Rosarij &  
Fraternita-  
tis.*

lus per aquas, vt per terras, ambulando salua-  
retur; alijs in interitum missis.

Prædicante Dominico, mox eius precibus  
corda ferrea, & diabolica sunt emollita: pæn-  
itentiam profitentur futuram; & CONFRATRIAM  
HANC SANCTAM per se celeriter promittunt IN-  
CIPIENDAM. Simul magnis vocibus, & Lacrymis  
eius proueluti genibus, veniam precabantur,  
& auxilium. At ille pius Pater: Ecce, inquit, iam  
quintum vobis ostendam submissam. Moxque  
manu dexterâ contra ventam extensâ, ait: In no-  
mine IESV CHRISTI, & per MARIAM Matrem  
eius pijsimam, tace, & velocius obmutescite.  
Mira res ac si nunquam fuissent venti, vel undæ  
maris, sic mox fuerunt omnia pacata.

Verùm cùm gubernaculum, & prora dirupta  
essent ex tactu saxi, & nauis impleteretur fluctibus  
ad eò, vt iam penè mergeretur & omnes ad ge-  
nuâ in aquis starent; amico tamen meo Domini-  
co intacto aquis; supra cunctos astiti ab omni-  
bus visâ, quæ antè filio meo Dominico soli visi-  
biliter apparebam. Nauim ex aquis eleuans, si-  
cut in terra, feci stare; partesq; eius compagi-  
nans, in meliorem pristino statum restitui, vndis  
vacuam. Simul dixi eis: Filij, valâ, mercimonia,  
resque omnes, quas de nauis proiecistis, simul  
in mari Britannico reperietis: nec ad terram de-  
clinabunt, donec ad ea securè attrigeritis.

Quibus gratias immensas referentibus, voces  
protinus horribiles in mari clamantium audi-  
tæ sunt dæmonum: Væ, vae nobis! quia hic Do-  
minicus nos enervat, prædicationem nostram rapit: ma-  
ioraque intendit. Ordinem fundare scilicet. At  
illi erepti periculis; receptis omnibus vinis  
etiam melioribus, quàm prius fuerant; CONFRATRIAM præfatam IN CE-  
P, E R V N T deuotè sub forma per Me  
filio

*Tandem  
persuadet  
hic eam pæ-  
nitentiam, sedat-  
que tempe-  
statem.*

*Liberatis  
receptisq;  
omnibus  
omnis Fra-  
ternitatem  
Rosarij nu-  
merantur.*

*B. V. inbet  
iterum S.  
Dominicum  
predicare  
Rosarium.  
d Alanus  
eodem lib.  
cap. 3.  
e Bernar.  
Luz. Term.  
15 de Ro-  
sario, & ser.  
27. Actun.  
Senon. in  
Chron. Pra-  
de. Et Fer-  
dinandus  
Castelli de  
vita B. Do-  
minici lib. I.  
c. II. Et Ere-  
mitarum  
Predic. in  
Fests Rosarij  
Lecl. 4. Cor-  
nel. cen. Kis  
serm. 8.  
Rosarium  
humiliat,  
mollitque  
animos.  
f Greg IX. in  
Bulla. Fons  
sapi. nra.  
Et. anno  
1234.*

filio meo Dominico tu tunc temporis reuelata,  
Quę huiusmodi est. IN NOMINE IESV CHRISTI  
& Virginis MARIAE FVNDETVR CONTRARIA.  
Fratres, & Sorores huius, possunt esse de omni  
statu Ecclesię, & has tenebunt ceremonias ac  
Statuta. Huc vsque apud B. Alanum Mater Veri-  
tatis. Quo quidem natę Fraternitatis testimonio  
quid luculentius? Statuta illa recitabimus infer-  
rius lib. 3. cap. 10. Hocque primum sit historie  
testimonium de origine Fraternitatis.

ALTERVM istud ex eodem; suffragantibus illi  
Scriptorum alijs quoque compluribus. Post-  
quam diu multo labore, fructu exiguo S. DOMI-  
NICVS, in agro Domini circa Albignium, urbem  
& antrum hæreticorum, defudasset; cogitatione  
varia & anxia perplexus quã id, quod itudebat,  
via potissimum Deo peragi placeret; vt tantos  
minus falleret sudores euentus: cuius gratia in  
crebras effusus orationes, demum aliquando  
impensius ad Deum, Deiparamque suam, & pre-  
cabatur, & querebatur Matri suę. Contigit illud  
sub annum M. C. C. X. *Quę apparsit dixit ei. Non  
mirers, fili mi Dominice; Nam arasti in terra non  
mã defacta, nec completa. Scire enim debes; quod,  
quando Deus erat reformaturus mundum, prãmisi-  
t pluriãm, annunciationem scilicet Angelicam: sicq;  
optima secuta est reformatio. Tu igitur predica Psal-  
terium meum; & profices in populo orationibus,  
atque scientia. Quo audito B. Pater Dominicus, sicut  
auduit, Sic fecit; & profecit mirabiliter in populi cõ-  
uersione: contractis scilicet vulgõ & passim in-  
stituit Fraternitatibus Rosarij quod prædica-  
bat. Quã de causa Gregorius IX. in Bulla Ca-  
nonizationis. Virum sanctum istis afficit titulis  
ac elogijs; f. Pastor, & Cuius multas in populo factas.  
Clarus idem Leo X. expressit: ipsa illius verba  
recitata sunt inferius capite. v. At b. diserte Beyf-  
telchus*

scilius Aquensis Patricius, *Sancti Viri diligentia,*  
inquit, *ita breuis Coronatorum numerus est ausus;* g Leo x. in  
*ut non vrbis modo, sed orbem ipsum repleret. Nullus Bulla: pa-*  
*sexus, nulla etas; conditio nulla ab orationis huius- floris eterni*  
*modi obseruantia se subtraheret. Mirum erat videre, Et.*  
*tot populos, tot vrbes, tot discrepantes hominum cõdi-*  
*tionis etiã exteriori signo, quod manibus (vt ferẽ nunc h lodocus*  
*fit) testabant, inuicẽ fœderari. Istius tamen monitũ Beyf. lib. de*  
velim lectorem: A S. Dominico non ceptam *Rosacea Co-*  
fuisse primum Fraternitatem MARIA: Non. Hęc *rona.*  
enim antè diu floruerat: at occiderat ferè omnis.  
Verùm ROSARII restituisse ipsum FRATERNITA-  
TEM primum Vide cap. 18. inferius.

TERTIVM istis, si non maius; certè terribilius  
addo, idemque ex Alano petatum testimonium  
facti, quod euenit sub idem ferè tempus. Et quia  
eadem penè est Deiparę, cum superiore, admo-  
nitio; reor hanc illi iteratò accidisse. Adcõ nil  
vnquam viri Sancti præcipitare solent; quod ex  
apparitionibus gerendum acceperunt. Ego lon-  
gam relationem breuiter complectar. Cum B.  
Dominicus inque agro, inque vrbe Tolosana  
constanter concionibus, disputationibus, scrip-  
tis, factisque miraculis vrgeret hæreticos, &  
conuinceret; parum tamen vel ad paucorum e-  
uinceret conuersionem; in solam aliquando  
sylum, ardentemque orationem sese coniecit,  
ac triduum ipsum tenuit in ea, cum acerbo cor-  
pusculi sui, rubis ac sentibus diuerberati, cruen-  
tatione atque laceratione. Idque ad Tolosano-  
rum expianda peccata; quę obsistere eorum cõ-  
uersioni existimabat. Tertio, post die inter ver-  
bera collapsus dum iacet, viribusque defectus;  
adest, eccẽ, pugili suo Virgo MARIA; tribus alijs  
comitata Reginis: quas singulas tursus quin-  
quaginta virgines ponè sequebantur:

Humi leuatum tres illæ coram Regina celi

*Alanus eo-  
dem lib. ca. 3.  
Mirus Prg-  
dicatoris  
zelus.*



Magnæ  
Matris in  
cum pietas  
iubentis  
tertiò, vt  
prædicaret  
Rosarium.

statuunt; Quæ suis eum vberibus suavissimè ap-  
pressum, sibi que redditum, talibus affatur. [Cha-  
rissime Dominice; nunquid scis, quæ, & qualia  
arma Trinitas beata accepit, cum totum mun-  
dum reformare voluit? Et ille: ô DOMINA, in-  
quit tu melius me nosti; Per te enim salus datur  
mundo: cum à te mundi reparatio cœperit & re-  
demptio. Cui Illa arridens ait: Dilecte mi Domi-  
nice, beata certè Trinitas ad deuincenda omnia  
peccata mundi, arma non elegit alia, nisi PSAL-  
TERIVM ANGELICVM, quod est TOTIVS NOVI  
TESTAMENTI FVNDAMENTVM. Propterea, si vis  
prædicando fructum, quem optas, peragere,  
prædica Psalterium meum; & mox senties Bea-  
tissimæ Trinitatis auxilium.]

Prodigiosa  
Rosarij  
prædicatio  
sequenti-  
bus signis.

Dixit: simul instruxit illum Ipsa de Rosarij o-  
randi ritu ac ordine, sic vti volebat eum ad po-  
pulum permanere. Demum iussit Virum Sanctū  
fidenti pede ac animo Tolosanam inire urbem,  
Rosariumque publicitus prædicare, suis fretum  
auspicijs. Ipse rectâ in urbem. Ecce vrbis æra cæ-  
pana vltro consonant simul omnia. Concurrunt  
ad paræciam S. Romani dictam: videtur hic S.  
Dominicus: auditur de Rosario. (Res ibi inaudi-  
ta.) Continuo audiuntur tonitrua, murmura  
ventorum; fulgura fiunt, terra que motus: Hor-  
ror, clamor, desperatio complent omnia. Con-  
tendit voce Dominicus, Rosarium suadet; polli-  
cetur quietem: persuadet. Iam ecce continuo  
alius exoritur in aère cacodæmonum planctus  
& ylularus horrificus *Va, va nobis! quia ab Angelis  
per Psalterium religamur cæcæ igneus.* Inter hæc  
visum in Ecclesia Deiparæ Signum eleuasse ma-  
num, minitabundo simile. Hic populus omnis,  
Dominici iussu, ad terram accidit, Almæ Virgi-  
nis opem supplex ritè precatus; præcunte in ver-  
ba Archangeli S. Dominico. Fit pax, & alta qui-

65:

es: i admittatio pariter, & mutatio animorum.

Eodè reuertuntur ijdè die postero, camifys al-  
bati, cum candelis in manibus, atque (vt Pius V. Bulla: Con-  
loquitur) *in alios mutati viros.* Ita subito, post ir-  
ritos pluriū annorum conatus alios; *ceperunt Romani Et  
hæresim tenebra remitti, & lux catholica Fidei ape-  
riri.* Vel, vt Alanus ait, *i. Errores suos vniuersos di-  
miserunt.* Ob huius rei memoriam Fulco Tolosanus *præ. Et  
Episcopus, Dominico dedit sextam partem decima-  
rum suæ Ecclesiæ, Et Socijs suis. A tque i bide m primi-  
tus Ordo F F. Prædicatorum est fundatus in Ecclesia  
S. Romani; que tamen primo fundata fuit in hono-  
rem Sanctissimæ Trinitatis, Et Beatissimæ semper vir-  
ginis MARIE.* Haftenus ex Alano. Num hoc fa-  
is erit testimonium, tale ac tantum, ad asseren-  
dum Fraternalitatis Rosarij Prædicatorem eun-  
demque principem eiusdem Institutorem? Ad-  
dubitet nunc quispiam, an plebes tam in Ro-  
sarium prona; deuota minus fuerit aduersus Fra-  
ternitatem.

Sileo hic gesta S. Dominici, institutamque  
Parisijs Fraternalitatem cum miraculis. k. De vrbe  
Romana nihil dico: l. Germaniam prætereo; m.  
Silentio Britannium præterechor; n. Omitto  
Hispaniam, o; quæ in Rosario Exemplorum p.  
à me sunt passim commemorata. Finem huic lo-  
co, capitique facio Seruatoris Domini ad suum  
Dominicum verbis: Vt quidem Alanus illam  
huic in apparitione facit ita loquentem; & eius  
in prædicando Rosario fetuorem ac stylum di-  
cendi simplicem, ac perutilem, commendantem  
verbis totidem.

q. [Dominice dilectissime; gaudeo planè, quod  
non in tua confidis sapientia; sed cum humili-  
tate potius affectas animas saluare; quàm vanis  
hominibus placere. Sed tibi dicam, quid prædi-  
catores plurimum satagunt. Sunt sicut quidam  
medici, Dominico.

1 2

medici, Dominico.

i Pius V. in  
Bulla: Con-  
sueuerunt  
Romani Et  
i Alan. ca 3.  
libro vt su-  
pra. Et  
Theod. de  
Apoldia in  
vita S. Do-  
mini. l. 1. c.  
11.

k Alanus  
lib. eodem  
cap. 13.  
l Idem cap.  
23.  
m Idem ca.  
19.  
n Idem. ca:  
21.  
o Idem locis  
pluribus.  
p. lib. 1.  
q Alanus  
cap. 17.

commen-  
dat Rosã-  
rii prædi-  
cationem.

medici; qui maiora statim volunt curare vul-  
nera, dimissis larentibus infirmitatibus: igno-  
rantes, quòd ante grauem medicinam fieri  
debet præparatio; ne medicina sit inanis &  
nocua. Quapropter prius homines deberent in-  
duci ad Orationis deuotionem; & signanter ad  
PSALTERIUM meum Angelicum. Quoniam si  
omnes hoc cœperint orare; non dubium est,  
quin perseverantibus aderit pietas diuinæ cle-  
mentiae. Prædica ergo Dominice, Psalterium  
meum. Et signanter volo te prædicare, quo ad  
Me, Oratione Dominicam. Ut allicias istos he-  
reticos obstinatos & alios peccatores ad Me lau-  
dandum. Hactenus apud Alanum Seruatoris ad  
S. Dominicum prædicandi Rosarij cõmendatio.

Quare, ut verbis utar Iodoci Beysselij Aquensis  
Patricij viri disertissimi r. *Hac huius Societatis  
prima est institutio; cui celestis reuelatio causam præ-  
buit. Ac rursus idem. Primus, inquit, omnium Do-  
minicus animarum ille zelator feruentissimus, &  
Prædicationum virtute alter sæculi sui Paulus, Ma-  
rialis ritum Psalterij divulgauit, & ad fraterni-  
tatis iura redegit. Tantiò hunc sanctiorem,  
potentiorèq; fore estimans; quãtò eius obseruatores ar-  
ctiore inuicem charitatis vinculo neccerentur. Sciebat  
enim unitatis efficaciam, & adunatos impetrare,  
quod seorsum singula non valeret. Obseruantiam  
quotidianam esse voluit Psalterij; ita tamen, ut quo-  
libet modo prætermissa penam non induceret. Nisi pa-  
nam quis asseret, tot spiritualium meritum par-  
ticipio frustrari. Sic Beysselius. Quantò autem cum  
feruore Rosarium prædicarit, idem sic testatur.  
Disertam ex obseruatione veritatem considerans, huius  
augenda tantam curam adhibuit; ut nullum postea  
sermonem absque huiusmodi prædicatione perageret.  
Dum enim in prædicatione plurimos assuescit de spe-  
rando; penè prædicationum suarum fructus diuini veris  
beneficio reportauit.* Huc.

Hucusque testimonijs; nunc rationum pro-  
probilitatibus experiamur: ac doceamus, quàm  
rationi humanæ, hominumque institutis con-  
gruum fuerit atque conueniens; ut istiusmodi  
Fraternitas, orbis malis ac morbis conseruan-  
dis, velut lapsum cælo remedium, daretur à Deo,  
atque S. Dominico vulgaretur.

## CAPVT IIII.

*Ratio Instituti Prædicatorum; Conditiõ tem-  
porum, & Rosarij; Consuetudoque postulabant,  
ut S. Dominicus Fraternitatis Rosarij  
auctor fieret. Vnde via magna &  
dignitas vtriusque elu-  
cescit.*

Contestatum, inque confesso est, principio,  
in orbe vtriusque status tam Ecclesiastici,  
quàm politici, morbos inualuisse, & plurimos, &  
grauissimos, sub illud tempus; quo existere cœpit  
Ordo Prædicatorum, & Fraternitas Rosarij. 2.  
Deinde liquet singulari beneficio Dei, ad medi-  
cinam morbis istis faciendam, missum esse, da-  
tumque orbi, S. DOMINICVM, & S. FRANCISCVM;  
atque suum ab vnoquoq; religiosum Ordinem  
excitatum fuisse, qui sal terræ foret. 3. Tum po-  
stea constat, ex capitis proximi testimonijs, cõ-  
cessum orbi quidem Ordinem Prædicatorum;  
Ordini verò ipsi Rosarium; Rosario autem Fra-  
ternitatem. Et hæc omnia à Deo. Nimirum ut  
esset Ordo instrumentum Deo; Rosarium verò  
mediū quoddam Ordini; Fraternitas autem ipsi  
Rosario velut habitaculum foret, perpetuum que  
domicilium. Hæcque rursus omnia ad vnam orbi  
sanita tem restitucendam.

Quæ singula cum ita habeant; ex ijs quantum illud perinde manifestum euadit; quin & ipsa id euincit ratio: Quòd, sicut isto Dei consilio missus est S. Dominicus, vt prædicaret; Nec vnus solus; sed vt plures eiusdem secum Instituti socios adficeret: Ita quoque commissum illi diuinitus fuit Rosarium, vt id oraret Ipse: Neque verò solus; sed ad orandum plures contraheret. Factum vtrumque est ab eo; cumque Deo perfectum 1. Contraxit prædicandi socios Prædicatores. Quod munus cum grande sit, diuinum ac prorsus singulare; paucorum est idem, quos ad id vocari contingat. Ideoque inter hos electissimos & eximios, S. Dominicus Ordinem perfectorum excitauit, (qualem Ioachimus futurum deplnerat.) 2. Contraxit & Orandi Rosarij socios. Quæ orandi functio cum æque facilis sit omnibus, ac penè necessaria; omnium quoque erat eadem, atque communis. Et verò orandi, maximè Rosarij vsus vt erat facilis; sic communis omnibus esse debuit; & esse voluit Deus. Quare idè S. Dominicus vt Ordinè inter paucos Prædicand.; sic & Fraternitatem inter plurimos è vulgo, orandi Rosarij socios instituit. Enimvero quæ Ipsi causæ fuerant inchoandi Ordinis Religiosi ad prædicandum; eadem erant & aspiciendæ Fraternitatis Rosarij ad comprehendendum. Nimirum prædicatione, & Oratione collapsus erat orbis restituendus.

Vtriusque comparatio & causa.

Quid enim? Ordinem S. Dominicus moliri iussus est, Autore, Deo atque Deipara? Iussus est & Fraternitatem. 2. Ordinem ipsè Aduertoribus cõdere aggressus, atque etiam exsecutus est? Et Fraternitatem. 3. Ordinem mirificè exaugebat Prædicatoribus Rosarij? Et Fraternitatem prædicatoribus eiusdem Rosarij. 4. Ordinem instruxit ac circumfepit certis saluberrimarum Constitutionum

tionum limitibus; quos vltra, citra que nequit consistere Religiosum; idque diuina ex inspiratione? Et Fraternitatem ordinauit certis, aptisque ad omnes Infinitatis: (de quibus Alanus, a. & nos suo loco;) idque dictante Deiparâ, 5. Ordinem ad salutem orbis ac Nominis Christiani vertit Dominicus? Et Fraternitatem Rosarij. 6. Ordo illius proles erat genuina, ex obumbrante eum Dei spiritu concepta, fota; edita, educta; propagata, conseruata? Non minus & Fraternitas Rosarij Quæ denique causa illi fuit Ordinis Prædicatorij excitandis; & eadem non erat Fraternitatis Rosarij contrahendæ? Quæ quidem omnia tanti ad Fraternitatis commendationem meritò videri cuique debent; vt, quæ, sicut vnus cum Ordine fuit particeps originis; ita eiusdem quoque laudis socia habeatur. Sed non eam nos laudare institimus: demonstrare tantum, quæ ipsius fuerint incunabula; quæ magna, quæ mira, quæ diuina insint ipsi ac propria, planeque singularia. Vnde mirifica ipsius commendandæ leges ac materies Prædicatoribus subministrari potest. Quare proposita initio, ratiocinationis ac probabilitatis ostendendæ capita singula intueamur. Simul vim magnam vtriusque & Rosarij, & Fraternitatis cognoscemus: tamen ea etiam dictis præclare, elucescat.

Vtigitur Fraternitas talis, tali in re ac tempore, oriretur; id postulabat. 1. Constitutio temporum. 2. Conuictio Rosarij; 3. denique Consuetudinis rerum similitum vsus. Quòd PRIMVM attinet: Constitutionem afflictiſſimorum temporum ac morum caput tibi secundum exhibuit. Retrò memoriâ respice, & inspicere. Quid sanum, quid integrum in statu Ecclesiastico; inque politico? In hoc Quid non diuulsam ab inuicem, & conuulsam?

a Alanus de Rube. c. 16.

2. Conditio temporum postcebat Fraternitatem

Quid non discors ac diuersum inter sese; atque in sese idem mutuâ hostilitate conuersum; Concordia nusquam; vbique Discordia.

Vt Fraternitatis remedio per sanarentur tempora ægra.

Quis huic adeo vulgato morbo, & quam vulgata æque medicinam Æsculapius? Si contraria contrarijs rectè curari consueverunt; iam profectò animorum inter homines disunctio eorundem erat coniunctione persananda; discordia per Concordiam reductam profiganda; bella Pace composita; odia amore; impietas pietate; hostilitas charitate Fraternitatis erat ex animis eliminanda, atque ad inferos amandanda.

Atqui nunc age, dic mihi: numquid vnū aliquod fingi posse videatur, quo solo & efficacissime, & facillimè, & celerrimè tot, ac tantæ exterminari malorum Iliades potuissent? Vna certè inuenta est, atque inter homines inuenta olim; post rursus iam olim desita; demum à Deo reducta; perque S. Dominicum docta, & prædicata; acceptaque à summis, infimis, mediastimis Fraternitas id poruit, Vt patuit superius, patebitque. Age; considera cum animo, quid conturbauit orbem; quid eundem tranquillauit? Ecce:

Qualis semper cultus fuit Fraternitatis talis & status extitit Ecclesiæ & Politicæ.

Mitto *Oriente*, in quo quantum Charitatis paulatim Fraternitas; tantū & ipsa Ecclesiæ, Imperijque maiestas extenuata sensim elanguit, & emaruit. Et hæc ipsa iam vbi est? Fuit. Primum sub persecutionibus Ethnicorum Imperatorum, sanguine rigata Martyrum Ecclesiæ creuerat, à Christo in cælos ascendente annos amplius ducentos. Hisce autem primogenita feruebat Charitatis Fraternitas; qualis sub Apostolis coeperat. 2. *Deinde* sub Christianis Imperatoribus, à Constantino Magno, vsque ad Carolum Magnum, hæresium erroribus & furoribus eadem exagita

gita Ecclesiæ & iactata, in Oriētis, solo ac sede stetit Imperiū. post occidit, vt dixi. Sed cū occidisset Charitatis Fraternitas; Interim in Occidente vigeuit & enitescit Ecclesiæ. Sed sub Sole Charitatis mutua. Vt Ecclesiæ Religionē; ita charitatis vnionem comes è vestigio sequitur Imperium. Transfretat idē & migrat sedem, transfereute id in Occidentem S. Leone Pontif. Max. ad Germanos, horumque Regem Christianum primum CAROLVM MAGNVM de Domo Franciæ. In qua stetit vsque ad Conradum Franconem, sub nouem Augustis, ab anno D. CCC. ad D. CCC. XVIII. *Inde ad Saxoniam* migravit Domum Imperium & substitit in ea annis trecentis, & duodeviginti; sub Augustis XVII. ab S. Henrico Aucupe Claudio ad vsq; infelicem Fridericum II, ad annum Christi M. CC. XLVII. vsque; dum hinc, ab Interregno ad Rudolphum porro in Austriacam irer Domum, anno M. CC. LXXII. vbi hætenus constanter imperat annos ipsos CCC. XXXXI. sub Augustis Austriacis XVI. ab Rudolpho I. ad Rudolphum II. Cui factis anno 1612. concedenti subleclus imperat germanus frater MATTHIAS FOELICITER.

Quæ verò princeps & interior causa extitit tertium migrantis in Occidente Imperij? Defectus, inquam, Charitatis prisce ac Fraternalis. Ex quo nimirū cōtequebatur, vt in Ecclesiæ Cultus diuinus elanguesceret, & putidi hominum mores sordescerēt velut putrefacti. Quā Saxoniam, Ecclesiæ adiectam, Carolus Magnus Ecclesiasticæ Fraternitati donarat penè vniuersam; quæque in integrum restituerat Italiam: eam post Franciæ Domus vexabat & diripiebat Ecclesiā; antiquos mores pessum ire sinebat. Contra experiuntur omnia Patres Concilij penè annuatim celebratis; proficiunt nihil. Nulla vsquam

Migratio-  
nes Roma-  
ni Imperij.  
Prima.

Secunda.

Tertia &  
ultima.

Migratio-  
num causa,  
in carceris,  
erat Fra-  
ternitas  
passim o-  
missa ac  
neglecta.

Reſtituta colebatur Fraternitas; vbiq̄ue odia exercebantur, & ardebant. Abiit igitur Imperij Maieſtas in Saxoniam. Felix Saxo; quàm diu propugnauit Eccleſiam. At vbi tranſuerſum actus eam oppugnavit; iam tum ſuum ſimul conturbauit Imperium; labefactauit ſub Henricis, Conradis, Otone IIII, Fridencis; ac demum id proſtigauit: vt idem ad Auſtriam demigraret imperium. Tanta horum erat fluctuum feritas, vt nulla penè vſquã antiqua conſiſteret charitas: Quia nimirum nulla vulgò colebatur Fraternitas.

Exterminaque hæreſiu  
b *Bar. l. 1. in Carol.*  
*Har. 11. Albigens.*  
c *caſ. Dig. loc. lib. 5. cap. 28.*  
d *Surius 10. 4. n. Vita S. Domin. lib. 1. c. 6.*  
e *Arbas Vrſpergen.*

Ergo mittitur Deo, Deiparaque S. DOMINICVS. ab eo prædicatur FRATERNITAS; & hæc DE ROSARIO. Ecce tibi, intra breue reſtituitur Eccleſia, Imperioque tranquillitas, atque Maieſtas Huius cauſa antè tentata fuerant omnia: at in caſum Non tot abſecabat Hydræ capita ille plus quàm hercules in vrbe Petri Gladius; quot ſubnaſcebatur alia. Vno iſtu penè cuncta demefuit, Hydramque Diſcordiæ extinxit propagata concors Roſarij Fraternitas. Quod mediũ vr̄a Deo fuit S. Dominico miſericorditer inſpiratũ; ita & feliciter uſurpatum benè ſemper fortuna uit Imperio, & Eccleſiæ.

Id vel ex vno hoc æſtumes licet. Eccleſiæ cor & Animam hæreſis Albigenſium petebat. Heu feram peſſimam! Fit Luxenburgius reſtis ex Caſario, b quod breui tēporis intervallo vrbes ea inſecit plus quàm mille; n̄que gladijs fidelium fuiſſet reſpreſſum malum; Europam omnem corrupiſſet. Pariſienſes Theologiæ Magiſtri hæreſin prodiderant primi. c. Pontificis Innocentij III iuſſu Ciſtertienſes Abbates XII, cum Apoſtolica poteſtate miſſi inter hæreticos, prædicatum ierant. d. Tolofanus Epiſcopus Fulco ipſe, e. Didacus Epiſcopus Oxomēſis cum S. Dominico conuſationibus, conuſationibus, precibus omnia fue-

fuerant apud peruerſos diu, & nequicquam experti. f. Demum vis facta. Pontifex Crucem prædicari imperabat; Philippum Franciæ Regem arma capeſſere impetrabat. g. Continud tot milia hæreticorũ caſa ſunt, vt iniri numerus haud poſſet. Neque tamen excindi valebant. Reſcedit ab armis Francus, alijque principes; à prædicatione Abbates: Didacus decedit è viujs. Vnus in armjs voluntarius; cum milite voluntario Comes Montisfortis; vnus in prædicatione perſiſtit Dominicus: idque toto ipſo decennio. Hic Confratres Prædicatores, ille Comilitones Crucis ſignatos contrahit. Diu mouent ambo diuerſis armjs omnia: promouent nihil. Fit in dies valentior, & violentior Hydra. Quid conſilij, quid auxiliij in re tanta?

Nimirum alicui plus quàm hercules fortitudini, Theſeæque Fraternitati illius exciſe gloria debebatur. Hanc Dei prouidentia gratiam, hanc laudem Ordini Prædicatorum, & Fraternitati ipſius reſeruarat. Ergo S. Dominicus omnia ſub Duce Simone Cruce ſignata exercitus Capita prædicationibus ac miraculis in Fraternitatem Roſarij redigebat: populum inermem alium vbiq̄ue per vicos & oppida in eandem inducebat: Pontifex omnibus Plenariã Indulgentiam impertiebat. Quippe qua ſemper prædicata Crucis comes erat. Et ecce, hac viã fit vis; vinciturque hæreſis. Venit Fraternitas: vidit eã hæretica prauitas: vicit hanc fraterna pietas. Triumphum profec̄d in Bullis Pontificum Roſarij canit Fraternitas: vt infra liquebit.

Hæreſin conſtat ſic deuictam: Conſtat à CHRISTO, à Deipara S. Dominico Fraternitatem contrahendam Roſarij fuiſſe propterea indiſtam. Sed ſatis de ipſa temporum conſtitutione miſera.

f *Surius & Apoldia ſibi. cap. 6. & 7. g Naucle-vus Generat. 41 in anno 1212.*

3. Ipſius Roſarij conditio Fraternita-

cem desi-  
derabat,

II. Iam *quid ipsius Rosarij Conditio postulabat?* Hanc existis licet existimare capit. 1. Quod Rosariū iam vsu ac vulgō defuērum, diuinum haberet sui renouandi mandatum. 2. Deiparæ fauorem ac patrocinū. 3. Quod à S. Dominico diuinus edocto, esset certo numero & ordine digestum, additisque Mysterijs velut conditum. 4. Quod eius inter Christianos experta iam constaret utilitas. 5. Quod in clyta eius miraculis cōpluribus esset declarata dignitas. 6. Quod istius, Deo idem summopere placere, explorata constaret veritas. 7. Quod omni hominum ætati, sexui, ordini, statui ipsius orandi seruiret commoditas. Horum, inquam, atq; similiū pondus erat tantum, (vti pat) apud S. Dominicum; vt omnem curam & cogitationem; omnem conatum, operam ac vitam ad ista duo quædam conuerteret: Alterum; quemadmodum Rosarium, rem tantam, quàm longissimè, celerrimèque proferret ad Dei Deiparæq; gloriam, & pestium orbis exterminationem. Alterum; quo Instituto eandem ad posteros proferret constanter & propagandam, & conseruandam. Ad prius, quoad in humanis degebat, sua Ipse incumberebatur opera, ac labore indefesso. Cura & prouidentia ad posterius pati intendebatur; qua & prædicandi Rosarij functionem in excitato ab se iam Ordine propriam ipsi, quoq; & orandi Rosarij consuetudinem in cœpta ab se Fraternitate perpetuam retineret.

Hanc illi  
S. Dominicus  
con-  
taxis & in-  
stituit.

Quod si intelligebatur vir diuinus, suum istud nouū, cō ritu ac spiritu prædicandi Euangelij, & Rosarij Institutum constantiam ac perpetuitatem certiore aliter non habiturum; quàm si Ordini ad hoc confirmato commendaretur; atque ideo & Ordinem instituit: Sanè haud secus de Rosarij præcandi vsu potuit cogitare. Ideoq; & illius

& illius conseruandi gratia Fraternitatem esse Rosarij voluit institutam; & hanc ab Ordine, suo exemplo, prædicari.

Qua de causa duos Ipse viros, (de quibus mihi quidem constat ex Alano,) Fratres suos, eruditione ac religione iuxta eximios, delegit ad hoc præcipuè munus; Generalesque esse iussit Prædicatores Rosarij; Ritu hodieq; in Ordine nostro vsurpato. Quod officium ij duo Sancti Dominici Comites indiuidui, etiam post eiusdem fata, alter in primis, multos annos strenuè præstiterunt & concionibus habitis, & libris editis. Ex quibus multa in suum transferi potuit Alanus noster. Atq; vtinam plura excerpisset! quando libros æquè ac autores solo nomine duntaxat habere notos possumus. Alter M. Ioannes de Monte, M. Thomas de Templo audit alter. de quibus alio loco plura. Quàm verò in idem studium seu prædicandi, seu præcandi Rosarij Fratres Prædicatores feruenter intenti fuerint, testatum feci in libro 3. Exemplorum Rosarij c. 3. & infra l. 2. c. 11. ex Alano. Manet igitur è S. Dominico eam condendā fuisse Fraternitatem quam ipsa Rosarij Conditio postulabat.

III. Quin idem vt fieret, *communis quoq; rerum similitudo vsu & Consuetudo monebat.* Hæc iam inde, ex quo homines in societate vitam agitare cœperunt, solenne istud tenuit semper, & obtinuit; vt plurium illa Communitati commendaret istud, non vni, vel paucis; quod perennate cupiebat. Ita Leges Rerum. Ita Instituta, ciuitatum; Iura Municipiorum, ab vno aliquo sapientiore primitus condita cœperunt; atque, vt ad posteritatem irent felicius, sunt commendata lecto è multis cuiuspiam cœtui; vt, vel Sacerdotibus, vel Senatui, vel Optimatibus, vel cunctis ciuibus, vel vni tribui, vel Tribuum Magi-

Consuetudo similiū  
etiam Fraternitatem  
Rosarij postulabat.

stris;

*h. Cic. lib. 2.  
de Legibus.*

stris; aut alijs quadam societate conuinctis. Nimirum singuli è vita abeunt; perstat Communitas. Huic igitur commenda, si quid in perpetuum rectè commendatum velis. In hoc vno omnis consistit Resp. teste M. Tullio. *h.* Neq; sola resp.; verum omnis conuentus seu literatoru, seu negotiatorum, seu opificum, siue quorumcunque; omnis in hoc constat talium perseueratio, quòd ad vnam aliquam rem, per manus maiorum acceptam, ac porro tradendā & conseruandam, sese coaluisse Societas ea meminerit: Atq; idcirco ab eadem re nomen se accepisse. Vnde is Conuentus appellatur talis; aliterq; alijs ab re alia. Hic fons est & causa tot Ordinum inter religiosos: quorum singuli vnum aliquot certū habent certo ab Instituto sibi commissum; quod perpetuò tueantur. Par est causa tot, tamq; diuersarum in Ecclesia Fraternalitatu; quarum alias alia peperit occasio, & continuata obseruat multitudinis successio.

Quare permagnam esse eam Fraternalitatis vim, & excellentiam necesse est; quæ vna communiū esse potuit medicina malorum: quæ Rosarij, instituti planè diuini, custos esse & conseruatiū debuit. Quæ cum prorsum esset singularis; communis tamen omnium fieret, omnibus accommoda, & salutaris.

## CAPVT V.

*Ecquæ habeamus potissima; quibus astruamus  
ea, quæ de Ortu, Progressuq; Fraternalitatis  
Rosarij in medium attulimus, &  
afferemus?*

**D**ecretissimum habeo, prorsus nihil dissimulare quicquam eorū; quibus & quemadmodum Fraternalitatis nostræ originē, & quæ illam

illam consecuta sunt, affirmare queam, iuxta & nequeam. *Primum* igitur inquam: Scriptorem adeo nullum habeo æqualem ætate ipsi S. Dominico; qui res Fraternalitatis à sese conscriptas ad posteritatem transfussisset. De duobus infra.

*Quæris:* Quā fide, qua constantia affirmē alata de Ortu, de progressu Fraternalitatis afferēda? *Respondeo.* Vt eorum, quæ profero eiusdem cum ijs æui Scriptore habeam penè nullū: Autorem tamen habeo non vnum: & horum vnumquemq; certum, ac valdè bonum. Singulos in loco, pro re & occasione, fideliter de nomine allego. Tuum de quoq; iudicium esto. De vno nostro B. Alano meum infra dabo, & docebo; (quia sic vsus erit); prolixius. *Deinde respondeo.* TRADITIONEM habemus. Habemus & testes omni exceptione maiores, Summos Pontifices Romanos; licet ætate longè S. Dominico posteriores. Habemus & horum æquales de Fraternalitate Scriptores complures; testes & ipsos temporum superiorum.

*II. Quæris:* Ecquid horum scriptis merito fidem apud Lectores faciat eam, qua cuiq; standum sit? *Respondeo.* Vel vna sola TRADITIO rei scriptis suis prodita: Vt de cuiusq; personæ fileam qualitate. Nihil opus argumentis; ingenio nihil; nihil testibus, in re, à qua Traditio stat. Ita, inquam, citra ambages afferimus. Simul causam cum Diuo Basilio Magno *a.* afferimus illam. Quia Nos *conferimus*, quod *est traditum accepimus*. Nondum acquiescis? Jam promptum est nobis illud Sancti Chrysostomi: *Traditio est: Nihil quaras amplius.*

At tu quæris amplius. Nec iam de re tradita; Sed de Traditione ipsa contoueris. Testem illius postulas scriptorem aliquem dari classis;

*1. Non  
Scriptor  
vllus: Sed  
autormul-  
tus ac bo-  
nus cõsa-  
tur res Fra-  
ternitatis.*

*2. Tradi-  
tio.  
a. S. Basilius  
Epist. 37:  
b. S. Chryf.  
hom. 4. in  
secundam  
ad Theff.  
Non est  
indiga te-  
stimonijs  
scripti.  
testis de re-  
bus Frater-  
nitatis Tra-  
ditio.*

eum; aut exceptione maiorem vnum; aut medi-  
oximos plures. Vt nec illū, nec hocce assigna-  
re valeam, aut velim: (volo autem & valeo,) non  
tu mihi tamen id obtinueris, vt Traditioni no-  
stræ vim ac fidem adimas. Nam vel id eò scrip-  
tum à nemine est: quia traditum est: An nescis,  
quòd Traditio ipsa sibi testis sit? Quòd ea testem  
secundum diuina, maiorem se nesciat? Tanti  
omnibus est Orthodoxis Traditio! Quæ igitur  
sibi ipsa sufficit; quid scripturæ, & testis, & opis  
eget alienæ? Quæ ipsis rerum scriptoribus fidem  
tempore facit, ac firmat; fidem ab ipsidem  
sibi non quærit. Antiqua pleraque ipsius testi-  
monium desiderant; nullius ipsa.

S. Hilarius Pictauiensis, vir quantus? Acci-  
pe, quid ille de litera, Traditionis teste, scribat:  
idque in causa non Fraternalitatis, aut Rosarij:  
sed omnium grauissima, Fidei. Ad Gallos Fi-  
deles, sub annum Christi CCC. LVIII. ipsius  
sunt ista verba, c. *O vos gloriosos; qui perfectam  
Fidem conscientia & professione retinentes CON-  
SCRIPTAS FIDES huc vsq; nescitis! Non enim egre-  
ssis litera; qui Spiritu abundatis. Nec officium ma-  
nus ad scribendum desiderastis; qui, quod corde à vo-  
bis credebatur, ore ad salutem profitebamini.* VBI  
SENSVS CONSCIENTIÆ PERICLITATVR, IBI  
LITERA POSTVLATATVR. Hæc ille. Noster in-  
quã Ordo, nostra Fraternalitas ore semper, ac o-  
pere suam est professã originẽ ac institutũ: quæ  
in Traditi conscientia, ac fide securus semper  
acquieuit. Non istius ignara Hieronymiani: d.  
*Totius orbis in hanc partem consensus, instar præcepti  
obtinet. Nam & multa, quæ per Traditionem in  
Ecclesijs obseruantur, auctoritatem sibi scripta Legis  
vsurparant; & rationalis obseruatio ea sibi vendi-  
cat.* QVONIAM ITA NOSTRI TRADIDERE MA-  
IORES. Sic ille.

In om-

In omni quæstione hic murus athenus est:  
quem, qui perumpere nequeunt, transcendere  
nituntur. Pedibus subiiciunt, quem manibus  
non subruunt. Scilicet, qui semel verecundiæ  
transiit fines; eum oportet gnauiter esse impu-  
dentem: inquit M. Tullius. Itaq; quam refel-  
lere Traditionem nesciunt, eam negant aut esse  
vllam; aut probam. Verũm hoc est nodum Gor-  
dium scindere; non soluere. Noster autẽ hic no-  
dus Traditionis non sic scinditur; non est ferro  
penetrabilis vlli. Omnem vnus retundit aciẽ ad-  
amãte durio. Negas de Rosario, Fraternalitatisq;  
rebus Traditionem esse vllam? Aut, si quæ sit; ne-  
gas legitimam? Si nulla sit; quæro: quo velis id  
igitur afficere vocabulo, *quod Traditũ accepimus?*  
Et aliter nescimus certius, quã *quoniam ita no-  
stri Tradidere Maiores.* Rem acceptam tenemus: &  
accepti titulum non aliunde, nisi à maiorũ Tra-  
ditione repetimus: Si hæc Traditio non est; quid  
erit tandem? Aut si nouitiũ quid ac fictum esse  
singatur: age, edatur figmenti tẽpus, locus, mo-  
dus, autor, occasio. Si nequeat; vti nequit: no-  
stræ Traditioni cùm ista omnia in promptu sint;  
quid illi quisquam obstringillet? *Traditio est: nil  
queras amplius?*

Sin: Licebit mihi pro morali, proque rituali Credendũ  
Traditione hac vsurpare; quod pro Fide tradita est Tradi-  
quondam Terrullianus; dum contra hæresiar-  
tioni. tionem  
cham, paternarum Traditionũ contemtorem c. *Tert. lib.*  
Marcionem ita scribit: *e. Si Propheeta es; primum de Carne  
cia aliquid: Si Apostolus; prædica publicè, &c. SI Christi ca-*  
CHRISTIANVS ES; CREDE, QVOD TRADITVM *pit. 2.*  
EST: Sin: *mortuus es. Quia non es Christianus, non  
credendo; quod creditum Christianos facit.*

Ita inquam; qui certiora hisce de Fra-  
ternitatis Rosarij rebus ac primordijs habet; e-  
dat: me moneat, doceat, corrigat. Si non aliud;  
K at gra-

Non est  
indiga te-  
stimonij  
scripti,  
Traditio  
testis de re-  
bus Frater-  
nitatis.

c. S. Hilar.  
lib. de Syno-  
dis contra  
Arianos.

d. S. Hier.  
contra Lu-  
ciferianum.

Reijci aut  
eleuari nul-  
lo modo  
potest.



at grati certè animi minerual à me auferet. Ita spondeo. Quousq; autem aliud nescio; hoc, quod scio, teneo. Ne, dum altiora Traditione quaerero; excidam à vero. Nam, (quæ D. Athanasij sententia est, & ea verissima:) *f. Qui ea, quæ ultra vires sunt, indagat; in præcipiti consistit. Qui verò Traditioni inhaeret; extra periculum versatur. Placet.*

Si illegitimam, aut vitium habere Traditionem hanc nostram pertendas: Ceddò vitium. Quod illud erit? Recoques mihi repetitam cramben illam; quæ & Tertulliano ad nauream ingerebatur. Eius verba sunt: *g. Etiam in Traditionis obtentu, ais, exigenda est autoritas scripta. Hæc & tu. Audi nunc respondentem eundem, Planè negamus. Quianam Tertulliane? Quoniam, ait, Hac si nulla scriptura determinauit; corè consuetudo corroborauit: qua sine dubio de Traditione manauit. Quomodo erum usurpari quid potest; si traditum prius non est?* Et postquam complura enumerasset, etiam minuta Moralia, subdit: *Istiusmodi disciplinarum si legem exoptules scriptam; nullam inuenies. Traditio tibi præceditur auctoritate.*

*Consuetudo confirmatrix, Fides obseruatrix. Horum similia Origenes, h. S. Basilius i. & alij. Quare, quo capri, eodem finio: Nos confitemur quod Traditum accepimus. Tu si Christianus es; crede, quod Traditum est. Dixi.*

III. Hactenus ita actum est; vt si causam nostram solo Traditionis vallo munitam tueremur; nehaberemus, quos in campum, inque aciem pro ea stare paratos educeremus. Jam antè, capite 3. produximus testem Historiam; & eam diuino coniunctam testimonio; nec vniam, nec vnus; sed plurium grauissimorum Scriptorum. Ergo Antesignanos præfeci; sufficio nunc Triarios; quin his sine comparatione etiam maiores. PONTIFICES, inquam, MAXIMOS ROMA-

Nos, singulos Quorum testimonijs tamen illud S. Augustini præmitto: *k. Traditione saluà; de quibusdam rebus, quas nec sensu, nec ratione percipimus; quæ nec ver scripturam Canonicam clarauerunt: Sed per TESTES; QUIBUS NON CREDERE, ABSURDVM EST; in nostram notitiam peruenierunt; non sine iusta reprehensione dubitamus. Quid autem absurdius, quàm non credere Testibus tantis, quantos iam antestare nobis faciemus Pontifices Maximos?*

Age. Primus esto Alexander, Foroliuensis Episcopus, idemq; Nuncius Apostolicus, & Legatus à Latere per Germaniam. Is ita testatur, *l. Beatissima Virginis MARIE laudabilis Fraternitas de Rosario nuncupata, per beatissimum illum primum Patrem DOMINICVM legitur predicata. En de Auctore testis. Alter fit LEO Papa X huius nominis; Et anno is ita testatur. m. Olim, (prout in historijs legitur,) à S. DOMINICO quedam Confraternitas utriusq; sexus fidelium, de Rosario eiusdem B.V. MARIE nuncupata, ad honore Angelica Salutationis instituta, & in diuersis mundi partibus predicata fuit; etiam sequentibus Signis. Prætereo hoc loco Clementem VII. Paulum III, Iulium III, Paulum IV, Pium IV. aliosq; Pontifices Max.*

Pius V. ita testatur. *n. [Sancto Spiritu, (vt piè creditur,) afflatus B. DOMINICVS, Ordinis Fratrum Prædicatorum Auctor, simili, qua nunc temporis occasione; quo Albingensium hæretici partes Galliarum & Italiae miserè vexabantur; & tam multos excœcauerat sæculares, vt in Domini Sacerdotes & Clericos sæuis simè furerent; Leuans in cælum oculos, & Montè illum gloriose Virginis MARIE, Alinæ DEI Genitricis. &c. respiciens modum facilem, & omnibus peruium, & admodum pium orandi ac precandi DEVM, Rosarium, seu Psalterium e-*

*k. S. Augusti lib. 19. Ciuit. Dei. cap. 18.*

*l. Alex. in Bulla: Est gloriosos, Et anno 1476. m. Leo X. in Bulla: Pastoris æterni. Etc. anno 1520.*

*n. Pius V. in Bulla: Confraternitas,*

iisdem B. V. MARIÆ nuncupatum; (quo eodem Beatissima Virgo Salutatione Angelica centies & quinquagesies, ad numerum Psalterij Dauidici repetitæ; & Oratione Dominica ad quamlibet Decimam; cum certis meditationibus, totam eiusdem Domini Nostri JESU CHRISTI vitam demonstrantibus interposita, veneratur,) excogitavit: excogitatum per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ partes propagavit: orandiq; modo prædicto per Aseclas B. DOMINICI Fratres, videlicet Ordinis prædicti divulgato, & à nonnullis accepto, cœperunt Christi fideles ijs meditationibus accensû, ijs precibus inflammari, in alios viros repente murari; hæresûm tenebræ remitti; & Lux Catholicæ Fidei aperiri: & ad hanc orandi formam, pro locorum diuersitate, Sodalitates, per Fratres eiusdem Ordinis, ad hoc à suis Superioribus legitime deputatos institui, & constatres in eis describi.] Hæc Pius; ista Leo; illud Alexander Scilicet, o. *Vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum.* Stabit autem hoc.

o. *Matt. 18. 17. & alibi.*

Instantia  
vel Exceptio.

p. *Manil. 5.*

q. *Manut. in Adagijs.*

r. *Ouid. lib. 10. Metam.*

Nulla fas est exceptio contra testes illos.

s. *Prou. 26. 5.*

Veruntamen sic hodie sunt mores, quibus *p. Nihil est audere relictum: lacta, aiunt, semel est alea, q. Audobimus ultima.* r. In cœlum os ponet quispiam, & contra, si non testes ipsos; at tempora testium excipiet. Causabitur eorum ætatem; vt longè posteriorem Autore Fraternalitatis & Ortu, de quo testantur: quem aliorum trecentis, pluribus alius est annis consecutus. A deon' inquiet, testis antiquus deest omnis? Vt desit, inquam; facta esse: Quid ego primum respondeam? An, quod istud dicitare, aliud non sit; nisi contra tonitru oppedere? *Respondi stulto, s. iuxta stultitiam suam.* Nefas duco, ferre auribus, aut animo vllam, contra istiusmodi Testes nostros, obgannitiunculam, vel exceptiunculam vllam. Quia

Quia tamen non à fronte peruntur Illi; neq; certo, inque caput destinato telo: sed velut à latere tantum vellicatur ætas; idèd *Dico primum*: Id, quo deficit testium ætas; supplet autoritas. *Dico iterum*: De familiâ neminem posse ferè certiora nosse, ipso Parrefamilias: At Summi Pontifices Romani semper veros ac pios Patres Fraternalitatis Rosarij aduersus eandem sese præfiterentur animo, & facto: simul dicto, scriptoq; testati sunt. Vt aliunde fortassis nemo quisquam habere de eâ certiora quiverit; atque habent ex suo iisdem Archiuio Pontificio. Quæ tamen ipsi fide referunt historica; nec altiore quam humana asseuerant atq; definiunt.

*Dico tertium.* Esse testes istis antiquiores; illos, inquam, ipsos, quorum capite superiore 4. Rerum commemini: S. Theologiæ Doctores ambos; de Fraternalitate ha-  
Sacerdotes, Ordinis Dominicani religiosos e-  
osdem ambos. Vin' amplius? Ipsius S. Domi-  
nenci socios indiuiduos prædicationis, Prædica-  
tores Generales; & quidem Rosarij, Fraternalita-  
les S. Do-  
tisque Prædicatores ab ipso creatos S. Domi-  
nico. Eorum alter *M. Ioannes de Monte* suæ de  
Rosario, & B. V. MARIÆ prædicationis, ac zeli  
specimen reliquit, conscripto à se volumine, cui  
titulum fecit, *Mariale B. V. MARIÆ.* Superuixit  
S. Dominico quatuor non ipsos annos; obijtq; *Patrum Or-*  
diem suum vltimum anno M. CC. XXVI. *r. dinis Prædi-*  
Alter audiit *M. Thomas de Templo.* Is, (inquit i-  
dem P. Antonius in Chronicis Prædic.) *n. B. Paris. anno*  
*P. N. Dominici Socius multo tempore fuit, Vir in*  
*1585.*  
*diuinitis scripturis eruditus, religione præstans, & famâ*  
*u. Idem. pa-*  
*spectabilis Scripsit librum de Miraculis Rosarij B. V. gin 24x.*  
MARIÆ; & de prædicatione illius facta per B. u. P.  
N. Dominicum. *Vixisse proditur distinctè ad usq;*  
*annum M. CC. LXXX.*

Scio; hisce antiquiores testes nemo desiderabit; hac quidem in re & causâ. Libri tamen eorū hodie extare videntur nulli, in oris quidem Germaniâ. Atq; ij sunt tales, qui, si viuerent, dicere verè possent: *x. Quod scimus, loquimur: Et quod vidimus, testamur.* Est enim vterq; *z. Discipulus ille, qui testimonium perhibet de his. Et scimus, quia verum est testimonium eorum.*

Equidem nihil ambigo hosce, eorumq; similes Prædicatores ipsos esse illos, quos à Dno venturos in orbem non multo prædixerat antè, *Venerabilis Avarasensis Episcopus Ordine Albi,* (quæ nostri sunt Theodorici de Apoldia verba.) *Vir multa religionis, & magis operum, pro Sancto à populis colebatur. Isq; concionandi dixerit sic, & fernore fidei, non solum in sua Diocesi, sed alijs etiam locis singulariter excelleret. In quodam aut publica Concione ita ait. Ego Verbum Dei, uti noscitis, ita unum nuncio vobis: Sed brevis existet, qui vobis reuerà prædicabunt: quippe & Ministeriū, & Sententiā, & Nomen & Vitā habituri. Congruū in primis erat, ut Episcopus & Concionator feruens de Prædicatorum Ordine tam præclare prophetaret. Hæc Theodoricus apud Antonium Senensem; nostrū, & Laurentium Sarrum. Quatuor vocabulis hic omnem est complexus Prophetam Joachimi; de qua supra.*

*Querat aliquis:* Ecquid de Fraternitate scribere instituens, tam multa de Prædicatorum Ordine immisceam? Multa? Ego verò pauca, inquam: & pauciora, quam pro re, occasione & loco. Etenim vt Fraternitatis administrata cura, & religio procurata plurimum semper Ordinem commendauit; ita & ipsam Ordo insignitè illustrauit. Ambo lumen inuicem acceperunt. Sic inuicem hæserunt semper, sicut oculus hæret oculo: vt, quò mouetur alter, alter sequatur. Cùm igitur idem vtriusq; singulari Dei benefici-

beneficio, darus extiterit Auctor, quâ Deus, quâ Deipara, quâ S. Dominicus: propagatores ijdem, ac administratores: Zelus ac finis idè, quâ quâ Instituto nō eodem: idem quoq; amborū progressus, fors, varietatq; status; eadem & perinde pia vtriq; & benigna Patrona **M A R I A:** Cùm eorū deniq; perpetua semper fuerit coniunctio, communicatioq; rerū mutua: Ea propter de Fraternitate scribenti mihi res Ordinis quandoq; veniunt attingenda. **Quis enim ex geminis alterius gnati ad mirabiliorem nascendi, viuendiq; sortem describendam sumserit; qui non simul fratris alterius vnaquâ, aut amborū etiam genitricis quādoq; meminisset? Adeò Patris eiusdè B. Dominici; eiusdè Matris Almar Virginis eodè nixu ac tempore in lucē edita proles gemina est, & Ordo Prædicatorū, & Fraternitas Conarationorum.** Vt igitur in originū, seu Natalium enarationibus, quæ ortum illustria præcesserunt, seu oracula, seu miracula; filii ea minimè consueuerunt: ita pariter, quæ Ordinem ac Fraternitatē antegressa prænuncia, sunt & alijs digna memoratū visa; eadem mihi haud fuerant prætereunda. Hocq; minus: quò maiorem nostro Instituto afflare videbantur. Porro quos declaratus Fraternit. Ortus eidem præcellētias, siue prærogatiuas ipso genere singulares pariat, deinceps in mediam proponamus. Quibus istud, vt cum Ordine coniunctis, ritè esse præfati voluimus.

## CAPVT VI.

**1. Prærogatiua Frat. Ros.** *Quod sola ex omnib⁹ esse videatur; quæ orta sit & instituta ab aliquo Fundatore S. Ordinis Religiosi: Vt proinde Aurori esse quâ simillima studuerit.*

**S**olem in celo esse negat, qui Frat. Ros. originē ab Autore S. Domin. esse negarit. At ego nego aliā facile assignari vllā posse Fraternitatē; quæ eundè & sui, & Ordinis alicui religiosi Fundatorē habuerit; velut Rosarij habet Fraternitas Hui⁹ assertionis probationē iā & multiplicem, & luculentā feci. Istius negationis rationē ab inductione Fraternit. vt afferre quis posset; haud tamen tenebitur. Sed quæro, Ecquæ alia præter

x. loa. 3. 11.  
z. loa. 21. 24

De eorum  
similibus  
prædictio.

a. Theod.  
de Apoldia  
in Vita S.  
Dominici  
lib. 1. cap. 12.  
apud Sarrū  
tom. 4. Et  
Ant. Senen.

Ordinis &  
Fraternita-  
tis ac rerū  
vtriusq;  
coniunctio  
sæpè non  
admittit  
separatio-  
nem.

vnā iam dictā; nominari, & doceri queat; Quorumcunq; Ordinū sui certi Fundatores recenſeri poſſunt; & noti ſunt: Nego quenquā ex ijs, præter vnū S. Dominicum; inſtituiſſe in vulgus Fraternitatem: quæ quidem vel diutius extiſſe, vel etiam nū exiſtere demonſtrari queat. Si hoc non poſſit; vti non poterit, iam rem, propoſitūq; meū teneo. Noſtrū igitur Autorē nobis pauliſper ob oculos ponamus.

Liber hīc, (licet enim,) Eccleſiaſtici a. vii eloquio iſto: *Laudemus viros glorioſos, & Peretes noſtros in generatione ſua: S. Dominicū in Fraternitate ſua Roſarij. Multam gloriam fecit Dominus magnificentiā ſuā in ſeculo iſto reparatæ ſalutis XII. exulceratiſſimo. Dominantes in pueritia ſua: Ipſe enim effectus vt paruulus, fecit multos malitiā paruulos: Homines magni virtute, & prudentiā ſuā præditi: nunciantes in Prophetis dignitatē Prophetarū, & imi erātes in præſenti populo & virtute prudentiā populis ſanctiſſima verba. In pueritia ſua requirentes modos (Pſalterij & Cantici Mariæ) & narrantes carmina Scripturarum. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis. Quām hæc aprè in S. Dominicum cadunt?*

Teſtatur Bulla Canonizationis. Non min⁹ verò iſta in eiufdem & Ordinem, & Fraternitatem, *illi viri miſericordia, quorum pietates non defecerunt; cum Semine eorum permanent bonæ; hæreditas ſancti Nepotes eorum; & in teſtamento ſtetit Semen eorum: & ſi ij eorum propter illos uſq; in æ. ernū manent. Semen eorum, & gloria eorū non derelinquetur.* Quæ omnia hīc eò referuntur; vt ſint velut Cynthius aurē vellicans; vtq; repræſentent Roſarij Fratribus idæam Patris. Vt huius ſcilicet ipſi quām ſimillimi eſſe meminerint ac ſtudeant. Nec ſolum autore tanto glorientur; ſed eius quoq; Virtutibus in ſeſe expreſſis, admirabiles, ac venerabilis eſſe conentur.

Ita

Ita omnis benè inſtituta olim Fraternitas Roſarij ſemper aſpiciens in Autorem S. Dominicum eiufdem quoque in ſeſe virtutes non inſeliciter efformauit. 1. Ille namq; Pontifici Innocētio III. ruentem quaſi Eccleſiam ſuſtentare viſus eſt: Eidem & ſuis quoque precibus mirificè ſemper ſuccurrit & opitulata eſt Fraternitas Roſarij: teſte S. Sede Apoſtolica in Bullis cum pluribus. 2. Pontifex Gregorius IX. in Actū ſolemniffimo Canonizationis Dominici, publico viuæ vocis oraculo profiteri ac conſeſſari non dubitauit: inquiens: *b. Non plus de huius Viri ſanctitate, quàm de Apoſolorum Petri ac Pauli dubitamus.* Qua oraculi voce vna fatiſ vniuerſus orbis, omniſque poſteritas ad diem S. Dominici venerationem Pontifex inuitauit. Ita quoque Fraternitas Roſarij talem Romanis Pontificibus probauit ſeſe, ſuamque pietatem; vt nihil eorum quiſquam dubitauerit vnquam Chriſtianos ad hanc quoſcunq; & literis Apoſtolicis vocare; & inuitaret tantis conceſſis Indulgentijs; quantas tota Roma poſſideret. Vt verè quis dicere; queat: Non plus de Fraternitatis Roſarij ampliffimis Gratijs; quàm de Vrbiſ Romanæ dubito Indulgentijs. Vnde Sanctiſſimus Noſter Paulus. V. in Bulla, Indulgentiarum Fraternitatis noſtræ reſtitutrice, data anno 1608. teſtatur ac profiterur: quod ipſo *IVRE & VIGORE Privilegiarum Apoſtolicarum illas naſciſcantur ij, qui in Fraternitatem inſcripti, Deo, ſibi, Eccleſiæque viuant ac militant.*

III. S. Dominicus moruos ad vitam reuocauit multos, languoresque curauit. Fraternitas idem ſubinde ſuis apud Deum precibus Roſarij miraculis obtinere. Quibus ego quidem miraculis ſi partem magnam libri ſecundi in Roſario Miraculorum compleui. *b. Si igitur Gregorius IX. in*

Eas imitatur ipſius Fraternitas Roſarij.

1. In zelo pro Eccleſia.

2. In merito Sanctitatis

b Anton.

Semen in

Chron: Præ-

dict. Decad.

1. pag. 42. i

Declaratio-

nes Conſti-

tutionum.

ord. Prædic.

cap. 15.

Certa eſt

Indulgentiarum ac-

quiſitio in

Fraterni-

tate.

3. In cura-

tionibus

ac miracu-

lis facta ſi-

milis eſt.

b Roſa. Mi-

Bulla

a. Eccl. 4.4.

v. i.

Idæa virtutum S. Dominici.

Ibid. v. 10.

*raculorum*  
l. 2. c. 4. §. 6.  
7. 8. 9. 12.  
c. Greg. ix.  
in Bulla:  
Fons sapien-  
tia &c. an-  
no. 1234.

4. In pueri-  
tia ad pietat-  
em excolen-  
da.

4. Idem ibi-  
dem.

5. In usū  
fraterna  
charitatis  
c. Ibidem.

Bulla Canonizationis S. Dominici, itatecēdē & verē colligit. c. *Propter opera sanctitatis, & signa virtutis, quibus in carne positus claruit; a uiciorum curati languoribus, &c. aperit patuit, quales S. vitum in eiusdem sanctissimigloba corporis habitauerit.* Simile quid de Fraternitate, similibus factis curacionibus celebri, inferre quoq; licebit, & verē predicare eiusdem & opera sanctitatis, & signa virtutis, quibus apertē patet. Patris in prole spiritum spirare acelianum operari.

III. Quid est, quōd ista prae ceteris Fraternitas vna suo velut sinu collectam pueritiam, atque iuuentutem vtriusque sexus excipere, inscribere, ac fouere semper amauit? An, quia idem Sanctus quoque Dominicus zelosē vlturpauit? Istud quidem: At verē maximē; quōd a cetera ipsius pueritia vel sola esse totius pueritiæ Christianæ exemplū queat. Deinde, quōd ipsius assueti Rosarij precibus ætas tenerior speretur, eiusdem patrocinio, similibus virtutum ac gratiarum tyrocinijs à S. Spiritu imbueda; quibus ipsum in ætatis flore mirificē effloruisse idem Pontifex testatur reliquit: dum ita scribit à. *Genens à pueritia cor senile, ac in mortificatione carnis aligens viuere, viā requisitit Autor: m: & Deo deditur, sedulum circa Sanctia, Samuelis imitatus est obsequiū: in castigatione desiderij, piissimum Danielis continuauit affectum.*

V. Fraternitas & sui ipsius nominis admonitu, & vsu perpetuo charitatis munus, Charitatis studijs sepe vnicē fuit & impensē dedita. Sui scilicet istud Autoris. post Christū, S. Dominici exemplo. Qui a sobriæ cōpassionis studijs à charitate proximi nō recessit. Hæc si deserat vnquā Fraternitas; iā à se ipsa abeat, adeoq; Fraternitas esse desinat necesse est. At nunquam penitus desijt: Quare neq; à charitate proximi vnquā recessit

VI. Si.

VI. Sibi quidem: at Deo imprimis, totique vixit & militauit Ecclesiæ Pater S. Dominicus; itemq; proles eiusdē Fraternitas, Et de Illo quidem etiam nemini vnquam dubitatum, ita tamen Pontifex testatur. *Strenuus Athleta iustitiæ semitas, & Sanctorum vias custodiens, de Tabernaculo Domini, de militanti Ecclesia magisterio, & ministerio non discedens, carnem spiritui, sensualitatem subiugans rationis, & factus vnus cum Deo Spiritus, totus in eū per excessum mentis pergere studuit.* Ita penē & de Fraternitate scribit alius Pontifex: quod ijs Rosarij meditationibus accēs, ijs precibus inflammatis in alios viros repente mutari ceperunt Christi fideles. Vt de ministerio; Ecclesiæ militanti seu precibus Rosarij, seu armis præstando, nunquam discesserint Coronarij.

VII. Iam teste Gregorio, g. *Dominico sagittante delicias carniū: & fulgurante mentes lapideas impiorum; somnia hereticorum secta contremuit: omnis Ecclesia fidelium exultauit.* Ea propter in theatro canonizationis contestatum fuit; ab eo vel in sola Lombardia vltra centies millenos hereticos conuersos, Ecclesiæque redditos fuisse. h. Hæresis Albigenſium qua vi, & via potissimum extincta est? Magnam partem armis Cruce signatorum; Maiorem prædicationibus Dominicanorū: Maximam verō orationibus Fraternitatis Rosarij. Nam ista priora diu profecere non multum sola: at Rosario Fraternitatis accedente, inquit Pius. V. i. *ceperunt hæresum tenebra remitti; & lux Catholica fidei aperiri.* Nimirum ita futurum Patrona, parensque Fraternitatis S. D. Dominico prædixerat: vti capite 3. perſcripti. Idem contestatur alius Pontifex istis. k. *Nobis innotuit Confraternitatem Rosarij non sine magno FIDEI, & DEVOTIONIS augmento iam diu erectam esse.* De hoc inferius capite. 9.

VIII. Qua-

6. In ardore spiritus & precum.

f. Pius V. in Bulla: Conſueuerunt Romani. &c.

g. Greg. IX: ibidem.

In conuersione hæreticorum.

h. Ant. Senon. in

Chron. Prædic. decade.

i. Leander

Albertus in vita S. Do-

min. i. Illustrium viro.

i. Pius V. in Bulla: Conſueuerunt.

k. Pius III. in Breui.

Dura præclara.

I Greg. IX. ubi supra. 8. In zelo animarum.

VIII. Quapropter idem de Fraternitatis orationibus affirmit; quod & de illius Autore & Prædicatoribus Gregorius. l. Inceptum gaudium, inquit, de zelo concepiens animarum, ad eloquia Dei dedit animum; & per Euangelium Christi multos generans, in conversione tam strenua multitudinis Evangelica dignitatis officium proficantis Nomen & Opus in terrâ meruit obtinere maiorum. Pari exemplo & studio Fraternitas ad Rosaria precum dedit animum, zelo animarum; & per Rosarium multos conuertens, Nomen de Rosario, & Opus Fraternitatis in terrâ meruit obtinere. Aeternum obtineat.

In propagatione sui cum ordine Prædic. Ant. Sen. in Chron. Decad. 1. pa. 2. n. I hood. Apollia in vita. lib. 2. c. 2. vide infra de hoc ca. 13.

IX. Meruit Fraternitas Orationum, cum Ordine Prædicatorum, pari passu, breui tempore, totum terrarum orbem peragrare, & focia focium Ordinem quaquâ versus comitari. Incredibile penè videri potest, quod referam: verissimum tamen est, & nostra testantur Chronica. m. Postquam anno 1217. Prædicatorum Institutum esset ab Honorio Pont. Max confirmatum; S. Dominicus emisit per orbem paucos, quos habuit, Fratres prædicatum. n. Hi intra quadriennium ita rotum ferè orbè fermentarunt, ita sese auxerunt & numero Fratrum, & ædibus Conuentuum, vt S. Dominicus hosce in prouincias distribueret maximas. Vna ipsi erat prouincia tota Francia: alia, omnis Hispania; Anglia tota, erat tertia; vna erat Omnis Teutonû Natio. Tolosanam, Narbonensem, Lombardicam, Romanam prouincias item ipse descriperat; distinxerat. Harum nulla pauciores, quàm LX. Conuentus instructos numerabat. At verò insuper ab eiusdem obdormitione anno altero, ista sunt amplissimæ constitutæ prouinciæ, à plurimis habitatæ Conuentibus: Polonica, Dacica, Græca, Ierosolymitana, Cyprensis. Nulla bita-

pars orbis Christiani fuit; quam Ordo Prædicatorum non penetraret; peruaderet; infisteret; habitaret. Ordinis germana compar Fraternitas Rosarij, eademque patrimonium suum & hereditas, nunquam ab illius fuit latere sciuncta. Ita cõtinuè, vbi feminare cœpit Ordo; Rosarij quoque cœpit ibidem stipatim germinare Fraternitas. Quantum, quamque latè? Hinc id æstima, quod Genebrardus prodit in Chronicis; p. Nimirum ferri, Prædicatorum id ætatis cænobia per orbem numerata fuisse quater millena centum & quadraginta septem. Atque hæc singula Fraternitatis propagandæ studiosissima simul extitere: exemplo Patris sui S. Dominici, recens inter Diues adscripti.

Quapropter cum S. DOMINICVS, vixtantus, tantum sit adiumentum, ac ornamentum Ecclesiæ; tanta gloria Prædicatorum Ordini: non potest non & Fraternitati suæ admirabilem splendorem, & excellentiæ prærogatiuam asferre velut idem vtriusque autor inclytus, & fundator. Vt non verè minus, quàm gloriose prædicare de eo nobis liceat; quòd de S. Iosepho Ecclesiasticus; q. Natus est homo princeps Fra. m; firmamentum Gentis; rector Fratrum; stabilitamentum populi. Et ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. i. Circa illum CORONA FRATRVM, & quasi plantatio Cedri in monte Libano. Multa inde & magna bona venerunt Fraternitati Autoris sui imitatrici. Lumen erat, estque orbis S. Dominicus. Hoc qui posuit supra candelabrum DEVS, vt luceret omnibus; idem quoque effecit DEVS vt viderent opera eius bona FRATRES sui qua Ordinis, qua Fraternitatis; cum ad glorificationem Patris, qui in cælis est: tum ad

imitationem quoque Sancti

Dominici  
sui.

CAPVT

o In Decla-  
ras. Con-  
stitus. Pra-  
dic. dist. 1. c.  
15. super  
illud: Beato  
Dominico.  
p Genes. in  
Chron lib.  
4 sub ini-  
tium.

q Eccl. 40.

17.

x Idem 50.

14.

## CAPVT VI.

2. Prærogatiua, seu priuilegium: Quòd Fratèrnitas Rosarij sit ab Ordine Prædicatorum inseparabilis: & nulli temerè, citra licentiam, vendicanda.

xiv. Causæ coniuu-nis vtriusque.

Quot vnquam extiterunt causæ & adiumenta coniuu-nis amborum: totidem sunt modò, fueruntque semper impedimenta separationis. 1. Vna vtriusque fuit, per S. Dominicum, Autor Sanctissima V. MARIA. 2. Vnus ortus tempore vno 3. Vnus Pater & Institutor. 14. Vnus eiusdem Patris zelus ac studium vtramque velut prolem promouendi. 5. Communes vtriusque & res gestæ, & consignatæ historiæ. 6. Vna vtriusque testis Traditio. 7. Testimonia Pontificum paria. 8. Progressus & propagatio vna. 9. Vnus status vtriusque, fors vna quæ lætior, quæ tristiori. 10. Pars Dei, Deiparæ, Deique in terris vicariorum in vtrumque f. aor & cura. 11. Idem vtriusque finis ac propositum; etsi medium non prorsus idem. 12. Eadem denique meritorum, gratiarumque communicatio. Hæc, inquam, aliaque talia tantam vtriusque, tam arctam, penèque necessariam, admanente fortius deuinctam induxerunt coniuu-ctionem; vt vix quicquam suprâ 13. Hinc altera dici illa a. consecuit hereditas S. Dominici, & Patrimonium Ordinis Prædicatorum. 14. Hinc Rosarium prædicare, & Fratèrnitati eiusdem præesse; vna est ex præcipuis Ordinis Prædicatorum functionibus, semperque fuit: Non scripta legibus; sed vsu præscripta: Traditione firmata atque sancta; non vlla cessatione vnquam extincta: quam chari-

a In Bullis Pontificum passime. Traditio de prædicanda Fratèrnitate Rosarij.

charitatis vigor incepit, ac suscepit; non vllus coactiōnis rigor imposuit.

Quam diu enim munus hoc Ordo conscientia & professione retinuit; conscripserat idem de ea leges hucusque nesciuit. Nec litterâ egebat monitore, qui spiritu abundabat. Hic etsi fortè languebat ab cubicis; at alibi vigebat; & cum eo Fratèrnitas simul efflorescebat.

Verùm istis ommissis omnibus, habentur in manibus, plura Decreta pontificum; & illa seuerissima; ne cuiquam liceat; (cuiuscunque sit status, Ordinis, gradus, potestatis vel autoritatis;) Præterquam Prædicatorum Ordini; aut quibus. hic legitime permiserit; instituere, vel administrare Fratèrnitatem Rosarij. Pij V. est ista Sanctio b. [Autoritate Apostolica per Præsentes statuimus, quòd Nulli licitum existat Capellam Sanctissimi Rosarij, in quauis Ecclesia, siue loco erigere; præter dictum Generalem, aut ab eo deputatos &c. Districtius inhibentes quibusuis, ne eosdem, Generalem, seu deputandos super erectione, seu institutione, Societatum huiusmodi, in quibuscunque ciuitatibus, terris, & locis, factis & faciendis; neque eosdem Confratres super exercitio piorum operum, & processu ad Processiones, seu incessum Signo eorum, aut dicti Signi delatione molestare, perturbare, aut inquietare audeant, nec debeant. Quin imò Generali, & deputatis in præmissis auxilium, consilium vel, fauorem præbeant.

Nos enim omnes præmissis contraueniētes, Indulgentijs, & peccatorum remissionibus, eis concessis, priuamus; & priuatos esse ac indignos effici; Et quicquid secus super his à quoquam, quauis autoritate, scienter, vel ignoranter conuenerit attentari irritum & inane decernimus.

Deinde

b Pius. V. in Bulla; inter desiderabilia &c. anno 1569. 29. Junij. Fratèrnitas Rosarij appropriatur solis Prædicatoribus. Non est molestanda; sed promouenda. Pœna secus attentantium.

**Causa darum Indulg.** [Deinde largissimas concedit Indulgentias, ut eam Fraternitatem ingredi uolentiam.] Ipsius sunt uerba: [qui et spiritali consolatione, libris consulatur; & ad illam ubique ere, etiam Christi fideles ipsi accedentes eò feruentiores & promtiores reddantur, quò se donce, lectis gratià decoratos senserint.]

**Vbi eam Indulg. sunt promerenda.** Postremò de loco, in quo solo datæ possint indulgentiæ obtineri, ita decernit: [Illasque non nisi in Ecclesijs, in quibus, ut præfertur, eadem Societas instituta erit; præterquam in casu summae necessitatis, & infirmitate grandi, seu detentione carcerum: in quibus & in alio loco consequi possint, obseruando tamen illa omnia, quæ in dictis indulgentijs continentur;] consequi posse decernimus.] Hactenus Pont. Max.

**c Pius. V. in Bulla: Conseruati. Rosarii. &c. Confirmatio in optima forma.** Idem eodem anno 1569 die 17. Septembris Bullam emisit aliam; qua cum ista, tum alia confirmat in optima forma; exercitia Fraternitatis mirificè commendat; ad eandem Christianos, ut Pastor oues, inuitat; fructus illius commemorat ac prædicat; demum ita statuit: [Pro portione cautela, præmissa omnia eisdem modo & formâ quibus concessa reperiuntur, perpetuò etiam in nouamus. Ac omnibus & singulis Christi fidelibus utriusque sexus Confratribus, per dilectos filios modernos, & pro tempore existentes, Fratres Ordinis prædicti, in suis, & tam per eos, quàm per alios Sacerdotes etiam in alijs Ecclesijs à dilecto filio etiam moderno, & pro tempore existente ipsius Ordinis Generali Magistro, vel eius Vicario duntaxat deputatos, in huiusmodi Confraternitatem Rosarii receptis & descriptis Ecclesijs, altaria Cappellas huiusmodi, uisitantibus, nec nõ Deo preces, iuxta Rosarii modum effundentibus concedimus; quòd omnibus & singulis Indultis, Indulgentijs, peccatorum

rum

rum remissionibus; relaxationibus, priuilegijs, & alijs gratijs præfatis frui, uti, potiri & gaudere liberè, licitè possint. &c.

Decernentes, Confratres & alios præfatos à quoquam desuper molestari; ræsentesque literas de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, alioue uitio vel intentionis nostræ defectu notari; argui, vel impugnari; Et sub quibusuis similibus, vel dissimilibus Gratiarum reuocationibus, alterationibus, limitationibus, suspensionibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendendi non posse. Sed quoties illæ emanauerint; toties in pristinum & validissimum statum restitutas denuò, etiam sub posteriore datâ, per ipsos deputatos Confratres eligenda, concessas, ac perpetuò validas, & efficaces esse, & fore; suosque plenarios & integros effectus sortiri debere; Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, (sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere: Ac ex nunc irritum, & inane; si secus super his à quoquâ quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis editis, & edendis: Cæterisque contrarijs quibuscunque.]

**Hanc legem appropriati- onis, Iustitia dicta- uit non gratia.**  
Hæc Pontifex. Eadem successores confirmarunt: Sixtus. V. Clemens. VIII. Paulus. V. ut infra. Manet igitur, permanet, ac perenat Fraternitas Rosarii ab Ordine Prædicatorum inseparabilis; cum ob iam dictas causas; tum ob summorum Pont. Sanctum seuerumque mandatum; atque

L

contra-

Deregato-  
ria de ro-  
gatoria-  
rum.Hanc le-  
gem ap-  
propriati-  
onis, Iustitia dicta-  
uit non  
gratia.



contrarij prohibitionem. Id quod non fauor & gratia; sed ipsa sic postulat Iustitia: quæ iubet cuiq; reddi, quod suum est. Prædicatorum autem patrimonium & propria hæreditas, est Rosarij Fraternitas, semperq; fuit. Ex hac ij redditus colligunt non argenti vel auri, aut cuiusuis pereuntis commodi; Sed rationale & beneplacens obsequium DEO; cumulos aceruant operum pietatis ac misericordiæ; thesauros extruunt meritorum: & satagunt certam facere Vocationem Fratrum; hinc negotiantes cum animarum lucro, vsq; dum veniat, qui venturus est iudicare, & dare vnicuiq; secundum opera sua, prout gessit in corpore suo.

Cum multo animarum fructu.

Nonnulli violanda. Nec Ordini dimittenda.

c. Conrad. Sittbardus lib. de Rosario. cap. 4.

Quæ cum ita sint: 1. Nemini cuiquam videri vnquam laudabile potest; qui aut dolo malo in alienum hoc patrimonium irrepere; aut vi quadam aperta irrumperet. 2. Nec Ordini Prædicatorum vnquam esse honestum potest; si quando vsquam tale suum, tantumq; patrimonium aut iacere, & squalere sineret; aut stoccipenderet alteri sua primogenita pro lente quasi diuendere: Aut sibi è manibus elabi, seu extorqueri permetteret; Aut videntibus oculis aspiceret, alium id sibi quoquo modo vsurpare. 3. Neq; honestum, aut, c. licitum censerit potest vlli Fraternitatum; quæ in locis, vbi Ordo Prædicatorum non habitat, cum permissu Ordinis instituta olim cœpisset vna esse de Rosario: at postmodum sese eadem à Prædicatoribus subduceret; suoq; velut natiuo Conuentui diceret: Nescio te: Matrem non agnosco. Ex me nata sum: mihi viuo, iureq; meo. Mea sum. Hanc repetere Ordo Prædicatorum, & in eam, velut fugitiuam, Lege agere iam recitatâ potest. Quin imò Lege eadem iam iudicata est, atque etiâ priuatione Gratiarum Apostolicarum punita.

Quare ita secum quisque statuat Prædicato-

rum Conuentus: B. Pater meus Dominicus vsque modò operatur: Sed geminas eum habere manus ad operandû voluit DEVS: Alterâ Ordinem: Alterâ verò Fraternitatem. Hoc loci nî Fraternitatē percolamus; si iacere sinamus: iam manû Patris alteram ipsi à corpore abtruncamus.

Par est igitur nos animis reperere atq; memoria dictum, factumq; iuxta memorandum illud; quo vel vno Regis Intapherni, bello quondam devicti vxor, à Persarum Rege Dario cum cæteris capta, nominis immortalitatem inuenit. Plutarcho teste. *d. Quæ cum Victori Dario sisteretur captiua, toto ore ac corpore celsi animi præferens indolem regiam, Regem ipsum oris squalore obsita cepit; vt sortem tantæ Rex miseratus sceminae, vitam ei condonaret & libertatem: simul eligendi vnum ex omnibus captiuis faceret copiam, quem liberum veller. Illa nihil deliberans, Germanum Fratrem sibi donari poscebat. Quod factum admiratus Darius, cur Regem, suum Coniugem, Intaphernem præterisset? percunctatur. Illa respondet: *Alium maritus, alij liberi; si DEVS volet; possunt mihi consingere: alium Fratrem; defuncti iam vitâ parentibus, non est quod sperem.**

d. Plutarcho. lib. de Amicitia Fratrum.

Is animus, amor idem esse Prædicatoribus aduersus suam Rosarij Fraternitatem debet. Nullam vllius suæ Confraternitatis iacturam oportet peruipendere: suæ nusquam deesse; eam deserere nûquam magis; quàm ipsi deserunt Pontifices Max. Vt quæ ab eodem secum Parente est progenita. Quo ex humanis iam diu exempto, & inter Diuos adscripto dudum; iam non est quod alteram isti similem Fraternitatem sperare valeamus. Adhæc verissimum est illud Plutarchi ibidem: *Fratri amissi nulla est recuperatio: vt, neq; manus ablata.* Dictum bene! Sic

mihî pro Hæreditate vestra zelate Reuerendi Patres, Fratresque Prædicatorum.

## CAPVT VIII.

De Confraternitatibus Rosarij, permissu F.F.

Prædicatorum institutis, vel institutendis

alibi, præterquam in ecclesijs eorundem.

I. **A**Nte istas, iam recitatas S. Sedis Apostolicæ Constitutiones, quidam ausu temerario, extra scitum; citraque permissum cuiusquâ de Ordine Prædicatorum Prioris, erigere sibi Confraternitates Rosarij alibi, præterquam in ecclesijs Prædicatorum, attentarunt. Quod Bullæ dictæ loquuntur. Verum irritò conatu: successu nullo: infelici euentu. Ad eò vno gladij Apostolici ictu sunt omnes istiusmodi Sodalitates stirpitus succisæ, quorquor vel tum existerant subortæ: vel deinceps poterant suboriri. Liquet superius.

II. Temporibus verò sancitas Constitutiones adhuc vsque consecutis nunquam vsurpatum est quicquam secus; quam vel Apostolicum canet Decretum, ac permittit; vel Ordinis fert Institutum; aut postulat Traditio; aut obtinet Consuetudo. Ambo autem, & Pontificum Ius, & Vfus Ordinis istis ferè Conditionibus indulgent Confraternitates institui extra loca ea, in quibus Ordo præsens sedem non habet aut domicilium.

*Prima;* Vt petatur licentia, deturque testata in scriptis, ad posteritatis memoriam, ac certitudinem facti. Fas autem cuiq; est Prædicatorum Priori eam ritè licentiam impertiri. Cuius etiam illa subiaceret visitationi, directionique debet. *Altera.* Si quando serius, aut citius Prædicatores eodem aduenire contigerit habitatum:

tum; continuò istam eo ipso expirare concessionem sciendum est; redireque Fraternitatem velut ad fontem suum. *Tertia.* Vnum ab Rosario sibi nomen habere eam, tenere, ac profiteri; nec mutare vnquam, nec aliud adsciscere: eadem quoque Statuta, ritusque obseruare, quantum licuerit, oportebit. *Quarta* deniq; Si quondam se casus daret, vt irreparabilis illa expiraret: tunc, quæcunque ipsius reperientur relicta vel ornamenta, vel alia quouis pretio æstimabilia; cuncta isti cedent propria Conuentui, ex quo Institutionis ad eam licentia dimanasset.

Huius verò modi Confraternitates semper fuerunt, hodieque sunt quæ patet Nomen Christianum, longè plurimæ, & multò maximæ. Exemplum cape ab ea, quæ in Æde, post Lauretanam, celebratissima S. MARIE Oeringensis in eremo Lucernensî apud Helueticos colitur; longissimeque circum innumerorum religione aduenarum indies frequentatur, signis & miraculis admiranda pariter ac veneranda. Id quod de ea testatur R. P. F. Joachimus Mullerus, Conuentualis ibidem Parochus, in libello miraculorum isthic editorum, quem typis excudit anno 1603, vt reor.

Huc eas refero Cōfraternitates Rosarij, quas militiæ in campis, in armis, in acie insignes pietate viros colere quàm plurimos accepimus. Suo qui vel exemplo, & cantatum illud refutaue Virgilianum;

*Nulla fides, pietasq; Viris, qui castra sequuntur.*

Vt fas sit dicere iam de ijs idem vel voculâ versâ:

*Multa fides, pietasq; Viris, qui castra sequuntur.*

III. Marialis Coronæ Sodalitas, (vt Jodocus Beyssellius eam appellat,) vna est in genere vniverso; simplex & impermixta. Hoc est. Nec minimum admittit compositiones; aut aliorum ad

Non sunt in ea Aggregationes; Sed absolutæ Fundationes,

Conditiones aliquæ Fraternitatum Rosarij longius ab Ordine degentiū.

vnū Rosarij titulorū accessiones : nec vllarū Aggregationes Fraternitatū ad sese factas agnoscit. Solas duntaxat Fūdationes nouit, seu Institutiones, siue Ereccionēs Fraternitatum Rosarij IESV CHRISTI & MARIE. Qua in ipsis appellatione si quidquam infir compositionis, nō id in re est, sed nomine; hocq; vnico. Quapropter quæcūq; vbiq; ritē & Canonice erigetur Societas Rosarij; eadem nulli, nisi Prædicatorum Superiori subiecta erit. Habebit autem patem cum omnibus Rosarij Fraternitatibus & Vnionē, & Communionem.

IV. Possunt tamen Confratres quarumcūq; Fraternitatum earum, quæ alterius fuerint cuiusdam peculiaris Instituti, aut Patroni; in hanc de Rosario omnium communissimā sua dare nomina inscribenda. Verūm hīc opus fuerit. (si quidem eo sint loci, vbi Prædicatorū Ordo consistit) vt sua Rosarij exercitia cum cæteris Confratribus in proprio Rosarij Oratorio statis temporibus exequantur: pro more, institutoq; Coronarium.

V. Liqueat existis, quod manifesto hæserit in errore vir bonus & doctus Euerardus VVinnemer Carthusianus: quando suo in libro de inclytæ Urbis Agrippinæ Templis; vbi de Prædicatorum scribit ecclesia; asseuerare non dubitabat: Rosarij Fraternitatem à FF. Prædicatoribus Colonie transmigrasse ad Patres Iesuitas. Migrasse: Hoc verò Deus auerrat. Migrasset nāque simul à nobis Nostra Illa Diua Maxima, & Ordinis, & Fraternitatis PATRONA MARIA. Etenim sic vsu compertū nostri tradidere Maiores; vt infra ostensum fiet; quod tantum adest, ac fauet Ordini suo Mater ac Domina Nostra MARIA; quantum Ordo ipse præest, ac studet conseruandæ, & amplificandæ Fraternitati ac Rosario MARIE.

VI. Vc;

VI. Verūm age, quæso te; Euerarde mi Frater reuerende, & ob Sanctum Ordinem tuum mihi multò dilectissime; quid est, cur istalis peccus tuum candidū, & rectam mentē error incessit? Aut an sam errandi quid præbuit? I. An quòd, (cū Societatis Iesv studio sua ea Sodalitas Mariæ primū existeret Colonie) quòd, inquam, scires, isthanc talem ab I. famet Sodalitate præscriptam sibi præceptamq; fuisse conditionem sine qua non admittendi quenquam in sortem suam ac numerum Sodalium, nisi prius Nomen suum dedisset Confraternitati Rosarij apud Prædicatores? II. Præferim, quod ipsimet huiusmodi Membri quoad suā Sodalitatē esse cuperent ex professo. III. Quòd quæ ipso facto annis cum pluribus, nemo in hac Sodalitatem admissus fuerit; qui non fuerit missus antè ad FF. Prædicatores, & ab his in Rosarium adscriptus?

Et hæc quidem ipsorum mera voluntas fuit, ac deliberata pietas. An quòd & altior accesserit Autoritas? IV. Hoc cine tuam quoq; confirmavit opinionē; quòd sub eadem, non iam Conditione solū, sed etiam Ordinatione seu Regula Sodalitatem illam sæpius quoq; S. Sedes Apostolica confirmasset? V. Quòd insuper præsupposita eadem toties confirmati eiusdem numero Instituti Conditione stante ac permanente, largas Indulgentiarum condonationes eidem fecisset Sodalitati?

Sed quid est, quòd istum te in errorem transuersum agebat? VI. An etiam, quòd inscriptiones istas deniq; tandem deserint Sodales? VII. Quòd eorū Præsides sic & ibi inscribi esse necesse negent? VIII. Quòd affirmant, absq; isthac inscriptionis Conditione, datas Sodalitati suæ peculiare Indulgentias quemque sodalium verè & efficaciter, [nisi aliud quid obster] indifferēti, & cunctis ritē fruisce posse? L 4 VII

Erroris auctore  
Costerus  
in Bulla  
Sodalitatis;

Error viri  
boni.

Alia errandi anſa data.

VII. Atat ehem Cynthie, oportune tu mihi aurem vellicas, etiã non antefare rogatus. Nimirũ, mi Frater, (cuius animi vel calami lapſũculã hanc verè tibi cõpatior,) Herbiſpoli iſtum tuũ libellũ cõſcriberbas in tuo negotioſo otio. Hic, vbi ipſa illa Sodalitas Annũciatę breui poſt Manuale ſuũ procudit, anno 1610. Cuius in 1. capite iſta, in cæteris proſitetur, poſtquã magnificẽ de Roſarij Fraternalitate, ceu par. ſcriptitaſſet.

Demum Tali, inquit, *in ſtatu apud Prædicatorum Ordinem quietè & conſtanter perduravit ea. ad uſq; tempora Gregorij XIII. Sub quo Roma primũ pauca Scholares à dicta Confraternitate, (propter indifferentiam quarumcunq; perſonarum, ſe deliberatõ ſepararunt; ſuoſq; conuenitus ſub cura Patrũ de Societate: (Veruntamen cum admiſſione Patrum Dominicanorum: teſte Bullã primã Inſtitutionis) habuerunt. Paulatim hic paruos Scholarũ coetus numero ac zelo, Statutis & Ordinationibus ſalutaribus ita creauit, vt dicto Gregorio XIII. paternè placuerit, anno 1577. hanc ſingularẽ Confraternitatem, quaſi PALMITEM læcẽ ſe fundentem, à Tota VITE, pari cum poteſtate Apoſtolica, in vrbe ſua Romana primũ ABSCINDERE, & longius propagare. Exinde autem anno 1584. eandẽ ſic SEPARATAM Confraternitatem non ſolum Roma iteratõ confirmauit, ſub nomine Annũciatę: Sed etiam Generali Societatis facultatem conceſſit ſimiles ubiq; extra Vrberem Fraternalitates inſtituendũ inter Scholares: quorum & ſtatuta corroborauit.*

*Vt autem tam ſalubre Inſtitutum non ad Scholares ſolos anguſtè conſtringeretur; idẽ placuit Sæto V. anno 1585. ex pari poteſtate Apoſtolica, idẽ extendere ad quõſcunq; masculini ſexus. Idẽ NON SOLVM, ſub nomine Annũciatę: SED ET QUOCUNQVE: Et ea ratione, modoq; vt ea Sodalitates membra forent Romane Annũciatę.*

Ecquis iſta legens (legit autẽ iam omnis Germania:) quis, inquã, non in eandem fortè tecum

deſcenderet opinionem? Et is errare ſe crederet? Quin imò ſic colligeret. 1. Fraternalitas Roſarij perduravit quietè & conſtanter vſq; ad Gregorium XIII. 2. Sub hoc Scholares ſe ab ea ſepararũt. 3. Idq; cũ admiſſione Prædicatorũ 4. Gregorius eam vt ſingularẽ ſeparauit ab Illa: 5. Quin abſcidit, vt Palmite à tota vite. 6. Separatam confirmauit. 7. Sixtus V. eã ad quõſcunq; maſculos extendit. 8. Sub quocunq; nomine. Ergo Sodalitas ea fuit in primis vnũ quid cũ Roſarij Fraternalitate, vt palmes cum vite: iamq; transmigravit ab hac. Quare indolem & ſpeciem vitis, vt palmes, ſecũ tulit, hoc eſt, ſpecies eſt Fraternalitatis Roſarij. Quis ita ratiocinatus, falli ſe credat? Alterutrum eſſe horum certus ſtatuet: Vel transmigravit cum ſodalitate Marię à Prædicatoribus ad Societatem iſta Fraternalitas Roſarij: Vel, ſi non hoc, ſaltem vtramq; hærec inuicem ac participare necesse erit.

Erroris cardo & ſumma.

At neutrum, putò, inquiet vnãmecũ tota R. P. P. Societas. Quid enim? Quoniam ille, quisquis is fuerit, in Manuali Anonymus errauit, & perperam narravit, Quia. 1. Fraternalitas non tantũ vſque ad Gregorium conſtanter perduravit; ſed hucusq; perſtat. Stabit autẽ. 2. Illi, quãdo ſe ſepararũt; eſſe cõfratres de Roſario deſiderũt. 3. De admiſſione expreſſa Prædicatorũ niſcitur. 4. Et teſtem Bullam allegat falſõ: Nil enim ſcit, aut vlla meminit de admiſſione Prædicatorum. 5. Nec Gregorius eam ſeparauit: Nec abſcindere cogitauit. 6. Nec abſciſſam confirmauit teſte eiudem Bullã 7. Nec Sixtò V. eam ſub quocunq; nomine extendi placuit. Et ex tot falſis ru vnũ iſtud verum mihi exſculpſeris? Negant Sodolitates carerã; negat ipſa Societas, vnquam vel demigraſſe ad ſeſe Fraternalitatem Roſarij: Vel inuicem ambas participatione coniun-

Erroris correctio breuis.

Causæ rei-  
que totius  
testata nar-  
ratio.

etas hætere, ac vnquam hæsisse.  
\* Verum vt error ille tibi abstergatur tuus ; & sius alijs, si quibus fors hæreat vel ex tuo haustus libello; Vel ex Anonymi collectus sinistra male- que fida relatione ; vel ex ijs octo ritualis, quos indicavi superius cuiquam infederit aspersus, & latiusculè dispersas serpsit, vt sole veritatis' deficcatus exarescat ille, neutrique seu F.F. Prædicatorum Ordini, seu Societati, seu vtriusque Fraternalitati quondam aliud quicquam erroris pariat; causam ego, remque omnem gestam brevissima relatione, sed testata, perstringam.

Anno 1576 nouellæ Sodalitatis Mariæ conscriptas Ordinationes Apostolico Legato Coloniæ obtulit P. Franciscus Costerus approbandas vnâ cum Sodalitate. Approbat. & in hæc illam quoque præcipuam. NEMO IN HANC SODALITATEM ADMITTITUR, NISI PRIUS EMISERIT PROFESSIONEM FIDEI EDITAM IN CONCILIO TRIDENTINO. Nomenque suū dederit Confraternitati Rosarij apud Prædicatores: Cuius Membrum quoddam hanc Sodalitatem esse cupimus. Verum quod approbatio illa Gropperiana tantum prouincialis esset, nec longius, quâ ipsius iurisdicção se se porrigeret; idem ipsū ad instantiâ Reuerendissimi P. Generalis, vniuersaliter Confirmavit Gregorius XIII, anno 1577. die 1 Aprilis. Ecce Verba ipsa. *Cum, Sicut accepimus, dilectus filius Casparus Gropperus. Erc. Presbyteris Societatis IESU, per vniuersa loca Legationis suæ, sub nomine gloriosæ Mariæ; cum CERTIS ORDINATIONIBVS, seu Regulis (Sodalitatè) nstituendæ facultatem concessit. Et c.* & ipse confirmat etiam additis Indulgentijs. Testatur ista Pater Franc. Costerus in libello, quem ab hac Bullam Sodalitatis placuit appellare, editione prima.

Anno 1581. Idem numero Institutum exauget indulgentijs ; mutat nihil: in Breui: *Alias nonnulla.* At anno 1584. rursus eundem numero

eiufdem Institutum Modum confirmat, ac nouis locuplerat Indulgentijs. Eius sunt ista verba, in Bulla: *Alias per Nos accepto Et c.* de instituta Scholarium Sodalitate; *Nos, vtriusque Hoc Institutum per amplius coalesceret; pro vt in consuetudinibus Nostri inde Litteris plenius continetur. Et c.* Iterum inquit: *VT, QUEM AD MODVM HVIVSMODI Institutum Primordium suum habuit: ITA quoque Indulgentijs, stabiliat, & instituat. Et c.* En Modum & Conditionem concessionis Indulgentiarum. En tertium denique *Quas cumque alias Indulgentias, ratione Dicti eorum Institutum, quomodolibet concessas renouando, & annullando. Et c.* Exinde, quas elargitur nouas, subiungit.

Cui quidem primi perpetuique Institutum Modo nihil obstant, aut derogant ista eiufdem Bullæ, dum dicitur: *Nos in eadem Ecclesia vnâ primariam Congregationem erigimus & instituumus: Quâ idcirco Manuale istud Singularè Fraternalitatem ac Separatâ appellat. Ne quæ ista quid obstant; queis impertitur Reuerendissimo Generali facultas, vt pro felici REGIMINE & DIRECTIONE quæcumque; Statuta, Constitutiones & Decreta, Licita tamen & Honesta, edere & immutare, Et c. valeat. Pro regimine inquit & directione; non pro Confirmati Institutum derogatione.*

Nec etiam istud Anonymi, aut Sodalitatis istius, quo ait: *Sixtus V. Institutum idè extendere NON SOLVM sub nomine Annunciate SED ET IAM QUOCUMQUE.* Hoc inquam minimè ducendum est aut nostræ Rosarij Fraternalitatis officere dicto Priuilegio, aut recitatis Binis derogare Bullis prohibitorijs, neu quisquâ viquâ vnquâ sub titulo Rosarij Fraternalitatis sibi excitaret, præter solos F.F. Prædicatores, aut quibus isti permiserint. Etenim hæc Sixtus V. anno 1586. die 31. Ianua corroborauit; cum cæteris, in Bulla cuius Initium. *Dum in effabilis*

Protestatio  
Autoris.

Manuale  
recusum  
prauicè

Dèparat  
recta senti-  
entes Ideo  
monendus  
hic cõtor-  
erat.

*essabilia meritum. &c.* Hæc causæ rei que totius contestata relatio. Qua obesse nemini, prodesse tibi, Euerarde Reuerède, cuiq; similibus ab errore liberandis volebam. Nō tamen diffiteor istud Manuale Herbipolense vnā istā pagellā suā animam nonnihil pupugisse meum. Exierat libellus idem, alioquin valde bonus, anno 1609 ibidem, mundus ab ista pagina totus: Annifluentis 1610 iterata editio istam attulit secum. Nimirum hoc deerat pij libelli editioni primæ; quod istis tot careret erroribus. Itaque recudit eum, & hosce Autor intrudit. Quem igitur pœnituit non errasse: eum me non piguit amanter commonefecisse. Saluo meliore iudicio; quod sequar, cum de eo instruar.

Quia tamen illa, sic audax pagella euolauit in publicum; volitatque iam per manus plurimum, & suo mentes errore temerat, ac taminari idcirco isthanc Veritatis spongiam paratam esse deberet: aut visum est. Vt vel ipsa in eam incumberet; ipsius imbuti erroribus, ad eam hocce ab animis suis abstergerent; ac DEVM, Deiparamque iunctis vtrinque studijs ac animis Canonice & ritè colere nobiscum laborarent.

### CAPVT IX.

III. Prærogatiua. Quod Fraternitas Rosarij sit præ cæteris & Ecclesiæ pacificatrix, & hæresum extirpatrix.

**N**EC actū agā, nec rescribā scriptum. Scripsi, & docui superius libr. i. capite 8, cui-cunque benè institutæ Fraternitati vim inesse permagnam ad eliminandas procul discordias, Concordiamque fouendam. Iam cum omnium in Ecclesia Fraternitatum sit facilè maxima illa Rosarij;

necessè quoque est, maximam vni præ cæteris inesse vim ad concordiam orbi, Nominique Christiano conciliandam. Id quod non est, vrsā quoquā verbis asseratur; suis ipsa factis iā dudum luculenter orbi toti cōmonstrauit; velut superius capite 4, sū partim executus; partim exēplis cōpluribus ostēdi in Rosario miraculorū. a. Illam nimirum suo merito, Patronæque V. MARIE auspicio turari aduersus hostes: Illam b. obtinere illustres victorias, ac bella ponere: Illam c. mala publica, cum Deo, auerruncare. Est igitur eadē Ecclesiæ, Principiumq; pacificatrix.

II. Est & hæresum & pultrix: Idem capite 4. & 6. nonnihil supra ostendi. Nunc istis hæc breuiter adijcio. Constat, quod ORATIO FIDEI, & DOCTRINAT SANAS; sunt fossa & vallum aduersus hæreticam prauitatem. At vtraque ea semper in Fraternitate Rosarij eximie viguit: Hæc corde firmiter credita; illa feruenter ad Deum effusa corde & ore: vtraque opere, manuque prompta ac præstita.

Sit mihi vel Paulus aliquis, aut Paulo maior etiam Doctor & Precator; nisi piorum quoque orationibus is adiutetur; nullus est. Opus is habet monere alios, & sic obsecrare cum Paulo, d. *Galeam salutis assume, & gladium spiritus, per omnem Orationem & Obsecrationem; orantes omni tempore in spiritu, & in Ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus Sanctis; & pro ME VT DETVR MIHI SERMO in aperitione oris mei, cum fiducia, notum facere mysterium Euangelij; pro quo legatione fungor, ITA VT IN IPSO AVDEAM, PROVT OPORTET ME, LOQVI. Et iuriosidē e. Orantes simul & pro nobis; vt Deus aperiat nobis ostiū Sermonis, ad loquendum mysterium CHRISTI. Ac iterū idem, f. De cætero, Fratres, orate pro nobis; vt Sermo Dei currat, & clarificetur; sicut & apud vos.*

a Rosarium  
Exempl. lib.  
2. cap. 13.  
b Ibid. cap.  
14.  
c Ibid. c. 15.

Oratio  
Concio-  
natoribus  
est necessa-  
ria,

Fuit & A-  
postolo ne-  
cessaria.  
d Eph. 6. 18  
e Collos. 4. 2

f. 1. Thes. 3. 1.

Ora-

Orationibus igitur aliorum opus habent prædicationes ac Prædicatores: Ad eò, vt multũ possit Doctoris scientia; hac tamen pollentior est oratio. Hæc vel sola multos; illa nullum vnquam conuertisse scitur hæreticum: semper orationis eguit adiumento.

Hæresum-  
que est do-  
mitrix ora-  
tio,  
Patet in  
genere.

Non vetera hîc renouabo; non accersam transmarina Orientalis Ecclesiæ: non Asiatica, non Africana Doctorum lumina proferam. Quot hi, & quanti contra quantas hæreses, omni scientiarum obarmati polyanthea, processerunt. At sine orationis armis nihil vnquam confecerunt. Id quod eunti per Doctores singulos hæresesque eorum atate vigentes intuenti, manifestum euadit. Quod etiam exemplis alibi docemus.

Patet in  
specie.

In Occidente hæretici quidem extiterunt aliqui; sed qui orti simul occiderunt. Vt primus fuit Berengarius Sacramentarius, sub annum 1060. deinde Basilius, Taudemus, Petrobrusiani, Henriciani, ac similis farinae obscuri homuli. Quorum venenum hæreticum aurores penè citius ipsos extinxit, quàm id sentiret Ecclesia.

At coortis de repente multis Albigensum myriadibus: Ecclesiam in Francia, in Gallia & Lombardia latè pessundantibus; Eucharistiam, Oratione pro viuis, pro defunctis despiciari habentibus: hîc vero Ecclesia intremuit Occidentis, talium adhuc in experta malorum. Multa mouet, nulla pestem amouent. Non arma, non doctrina decrant: decrat Oratio. Huius immorem monet orbem de cælo Seruator; monet Deipara: Vtrique per S. Dominicum. Et Rosarii moment ambo prædicandi, ac orandi. Rosarii vt in vsum venit, creuit oratio: decreuit hæresis. Quantũ indies numero capitũ auxit Fraternitas Rosarii; tantũ imminuta est prauitas Albigen-  
sum.

Rosarium  
inprimis;  
sed auspicijs  
B. V.  
Mariæ.

e Vide in  
Alan. Ap-  
logia cap. 15.  
Et in s. s. s.  
Exemplo-

sum. Vicit Fraternitas orationibus hæresin, & Prostrigauit; sed auspicio Reginae MARIAE e.

Testis est Ecclesiæ, quæ sub eandem ferè tempestatem, eandem ob causam, hanc adinuenit & solenni ritu canendam introduxit Antiphonam: *G. Gaude & letare Virgo MARIA; quia cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.* Mihi verò propius etiam videtur attingere Fraternitatem. Rosarii Angelici ille in Hymno versiculus geminus: Quæ ego tamen antiquiorem esse reor: vt ipse inde vsque ab Sophronio repetitum. Is talis est.

*Gende Maria Virgo, cunctas hæreses interemisti:  
Quæ Gabrielis Archangeli dictis credidisti.*

Credidisse dictæ Salutationi Gabrielis, fecit S. MARIAM interemtricem non credentium hæresum | Orasse eandem in Rosario Salutationem; effecit Fraternitatem quoque expultricem credentium malè heresum.

Dixit Sophronius Archiepiscopus Ierosolymitanus, aut, vt alijs placet, S. Hieronymus: *h. Virgo, quæ sola vniuersam: Dicam ego Fraternitas quæ potissima Albigensem interemisti hæreticam prauitatem.* Atque inde promanauit in Rosario illud: vt ipsum, ceu tum fuit, sic hodiè que sit Orthodoxæ Fidei Symbolum. Rosarium gerit? Catholicus est. Rosarium spernit? Hæreticus est; aut Catholici indigni nomine: aut parum pius Dei, Deiparæque cultor.

Sed huius mihi testis est porrò, esseque debet omnibus instar omnium vnus Pont. Max Pius. V. Qui de Fraternitate Rosarii sua memoria, deque Patrum, ita testatur. [Consueuerunt Romani Põr. & alij S. Patres prædecessores nostri; cum bellis corporalibus, aut spiritalibus premerentur, aut ab alijs tentationibus vexarentur; (quod facilius ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti

rum Rosa-  
rio lib. 3. c. 4.  
exemplo. II.  
1. Teste Ec-  
clesia.  
g Duran-  
tus in Ra-  
tio nali.

h S. Hier. de  
Assum. B.  
V. M.  
2. Et vsu  
recte.

i. Pius V. in  
Bulla: Con-  
sueuerunt.  
Etc.

Deo

Deo facilius & feruentius inseruirent: diuinam opem implorate, & Sanctorum suffragia per Supplicationes, seu per Litanias deprecari, & oculos, cum Dauide, in montes leuare; certa spe confidentes, inde illis auxilia affutura.] Hæc generatim de Orationis refugio.

3. Testeque Pont. Max.

Singularim ista mox subiicit de Rosario, [Quorum exemplo adductus, & Spiritu S. (vt piè creditur,) affatus S. Dominicus, &c. simili, quâ nunc temporis occasione, leuans in cælum oculos, & Montem illum gloriosæ V. MARIAE, Almam DEI Genitricis respiciens, modum pium orandi Rosario, cum certis meditationibus, propagauit.] Sic Pius testatur.

4. Et co hortatore ad idem Rosario.

Porro sic & hortatur ad idem, [Nos quoque illorum Prædecessorû vestigia sequentes; Ecclesiam tot hæresibus agitâtam, tot bellis prauis, que hominum moribus atrociter vexatam & afflictam cernentes; lacrymabundos, sed spei plenos oculos in Montem illum, vnde omne auxilium prouenit, leuamus: Et singulos Christi fideles ad simile faciendum benignè in Domino hortamur, & monemus.] Subiectis inuitat post hæc Fideles Indulgentiis ad Fratritatem Rosarij.

Valent ista quidem ad alia quoque Demonstranda: verum ad id, quod querimus, quid aut euidentius, aut efficacius afferre tantus Pontifex poruit, ad suam declarandam sententiam de Rosarij, Fratritatisque vi ac momento aduersus hæreses, bella, morumque corruptiones?

k. Gen. 3. 15.  
5. Exemplo B. Mariæ & patrocínio, quæ conterit caput serpentis.

Quod si illius Mulieris, de qua ita prædixit Deus: *k. Ipsa conteret caput tuum; & tu insidiaberis calcaneo eius:* Si, inquam, illius semen dixerit Fratritatem hanc; nemo se mihi Orthodoxorum magnoperè opponet. Sed qui foris sunt canes hæretici, confessim.

Olli

*Olli cæberis latratibus obbaubabunt.*  
Cælitum Diuam serpentis obterere caput infitiantur: Diuæ Clientes criminantur; eosdem ad proterendum serpentis caput, fretos Diuæ patrocínio, quicquam posse; hoc verò etiam dici, ac sentire nefas putant, & execrantur. Verum ictus, vt aiunt, canis vociferatur. Et sic quidam Lycifca. *l. Sub Papæ indocti monachi; plusquam supina inscitia & negligentia abrij & sterentes; ne se torquere hac disputatione cogerentur, audacissimè, quod de Semine mulieris dicitur, deprauarunt. Et quod in neutro genere exprimandum erat, ipsum Semen scilicet Mulieris conteret caput serpentis; in femineum commutarunt: ipsa conteret caput serpentis. Idque postea ad stabiliendam Idolomaniam de inuocatione Mariæ Virginis transtulerunt.*

Succlamat huic alius Gargitios Cerberi frater. *m. Est capitis serpentis diminutio D. Virginis laudibus applicata; qua ad CHRISTI solummodo dominatum, Victoriamque fuit referenda. Hic adlatrat Molossus Tillman Heshufius sic: n. Turpissimè itaque errant Pontificij. Nimirum ista antè Cerberus eorum parens Lutherus elatrat.*

At qui sunt isti Cynamolgi ( barbarum genus mortalium, sic dictum, qui p. capite (vt Polihistor ait) *rituque canino, ore promulo, rabidis, raucisque faucibus haubatores ista elatrant?* An ex barbaris Indiæ montibus progressi? De quibus prodit Solinus. An ex Insula Angaman Indica emersere Antropophagi? An ex Athiopiæ solitudinibus existentes Cynocæphali? *r. An ex intima Tartaria Caninij excurrerunt Molossi? f. Vndecunque tandem ij sunt; foris sunt Canes; & in cælum os impudens ponunt Cynici.*

Sed quos indoctos Monachos crepant? *r.*

M

Anil

*f. Vincent. in Hist. 31. c. 11. Elianus hist. 7. c. 10.*

l. Georg.

Maiores ad

Epistolâ in Vigilia Vistæ Mariae.

Id negant, qui contemuntur, hæretici. At negatio eorundem nostrî propofiti confirmatio.

m. Georg. Fabric. in

prefat. in par. Grammat.

n. Hesh. in disput. de promissione facta Abrahæ.

o. Luth. in

cap. 1. Genes. p: Solinus.

cap. 32. Pli-nius lib. 6.

cap. 30. Gellius li. 9. c. 4.

q. Idem. cap. 53.

r. S. Isidorus Ethym. l. 11.

c. 3. S. Augustinus enit. li. 16. c. 8.



Affirmant doctissimi Monachi. *Ioan. Trithemius de Scripturis Ecclesi. fol. 102.*  
 u. *Lyra. in c. 3. Genes. x. Trithem. lib. de script. Ecclesiast. 2. Resp. l. 3. de Trinit. & operibus Eius, in c. 19. Genes. Confirmant S. Patres & alij. a. Euch. l. 2. question. de Genes. c. 59. b. Amb. lib. de fuga Sacculi. c. 7. c. Aug. l. 11. de Gen. ad lit. c. 36. d. Chr. Oratione de Dei para. e. Chry. in Catenâ au- rea Lipomâ- us in Genes. g. Greg. l. 1. Moral. v. 38.*  
 An illis Nicolaus de Lyrâ delirat? Nam & Ab-  
 bas ille, t. quin omnis Ecclesia Dei cum ipso  
 delirabit: Is ita locum illum Genesios intelligit.  
 u. *Ipsa conteret caput tuum; quia per Ipsam, mudi-  
 ante Filio, potestas Demonis est contrita. 3. An ebru-  
 us & stertens est Monachus Abbas Rupertus  
 Tuitiensis? At is, x. (vr inquit Trithemius,) nec  
 dormiens quidem à meditandâ S. Scripturis videba-  
 tur posse quiescere. Eius hæc sunt verba: z. *Cum  
 dicit, potam inimicitias inter te, & Mulierem; profecto  
 magnam gratia sua opus promittit: quod victorem di-  
 abolum, qui vicerat fraude, victa nunc Mulier vin-  
 cere quandoque debeat fortitudine. Porro hæc inimi-  
 citia non per ipsam Mulierem; Sed per Semen illius ex-  
 ercenda, & usque ad victoriam perducenda sunt. 4.*  
 Huic consentit Monachus & Episcopus idem  
 Lugduni, Eucherius a. Hic ante annos ferè M.  
 cc; ille ante DL. iste ante ccc: illustris Doctor  
 & scriptor vixit, & Monachus. Istis consciscunt  
 innumeri per CHRISTVM immediatè, mediatè  
 per S. MARIAM esse contritum, conteriq; caput  
 serpentis. Sic Ambrosius b. Augustinus c. Chry-  
 sippus; d Chrysothomus e. Hieronymus f.  
 Gregorius Magnus, g. Beda, h. 6. Alcymus A-  
 uirus Poëta: qui sic canit:  
 i. *Conteret vna caput tandè tibi Faenima vitrix;  
 Nascendumq; etiam tali de stipite Germen.*  
 Sic Claudius Marius Victor, Poëta vetus, &  
 idem bonus. k.  
 Teque suo Mulier perimet cum Semine; cuius  
 Callidus extremis tantum insidiabere plantis.  
 Verùm de hisce cum alij, tum copiosissimè  
 Canisius l. Nobis hic fat est; Ipsam esse, quæ  
 conterit serpentem; sed per Semen suum CHRI-  
 STVM.  
 Verumenimuerò num per hunc Vnum, ac fo-  
 lum? Ipsemet negat; dum ita suis affirmat m.  
 Genes. g. Greg. l. 1. Moral. v. 38. Vide-*

*Videbam Sathanam, sicut fulgur, de celo cæden-  
 tem. Ecce; dedi VOBIS potestatem calcandi su-  
 pra serpentes; Scorpiones, & super omnem Virtu-  
 tem inimici; & nihil VOBIS nocebit. Nunquid  
 autem omnes Apostoli, qui conterere serpen-  
 tem possint.*

An solis est hisce datum istud; & non item  
 quibusvis Credentibus per eos? Primum cer-  
 tè quicumque à Lethæis inferni serpentibus  
 icti perire possunt; possunt & pugnare ijdem  
 cum ipsdem. Quin & debent, teste Apostolo, z.  
 Quia est NOBIS (omnibus Christianis,) collu-  
 elatio aduersus rectores tenebrarum, contra spiri-  
 tualia nequitia.

2. Adde. Quorum illi calcaneis insidian-  
 tur: (quorum autem Christianiorum non?)  
 Omnes ij iubentur o. *eis fortas resistere, & p.*  
 non dare locum Diabolo: Sed caput eius conte-  
 rerè: & fugiet ab eis. q.

3. Prædictum est de Christo; sed & de Chri-  
 stiano quocunque r. *Super aspidem & Basiliscum  
 ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.*

4. Quando inimicitia sunt positæ inter ser-  
 pentem, & mulierem; addebatur simul, inter  
 s. SEMEN TVVM, & SEMEN ILLIVS. Jam si-  
 cut Diaboli Semen non est vnum aliquod; sed  
 omnes filij Belial sunt t. *Serpentes, genimina  
 viperarum; quiq; u. accunt linguas suas si-  
 cut serpentes: Ita quoque benedictæ Mulieris  
 Semen non vnus est benedictum fructus ventris  
 illius CHRISTVS: x. Sed omnis Christia-  
 nus, cuius insidiari Calcaneo dæmon potest, r. Psal. 90.  
 ac solet: Omnis, qui ei resistere iubetur, ac s.  
 tenetur: Omnis, cui datum est inambulare t. *Mari. 23.  
 aspidi, Draconi, Leoni: Omnis, qui Frater  
 est Christi, ac proinde simile illi Semen u. Psal. 138. 4**

M z

Mulic. x. Luc. 1. 24

g. Greg. l. 1. Moral. c. 38.

h. Beda in c. 3. Genes.

i. Alc. l. 3. Carminum.

cap. 6.

k. lib. 1.

Commenis.

in Genes.

l. Can. in

Mariali,

lib. 5. cap. 9.

Semen B,

V. M. est

Christus, &amp;

Apostoli.

m. Luc. 10;

vers. 19.

Cæterique

Christiani

pij, sunt

Semè Mu-

lieris,

n. Ephes. 6,

12.

o. i. Pet. 5.

9.

p. Ephes. 4.

27.

q. Jac. 4. 7.

r. Psal. 90.

s. Gen. 3. 15.

t. Mari. 23.

33.

u. Psal. 138. 4

x. Luc. 1. 24

Mulieris MARIÆ. Omnes deniq; *Cohæredes Christi*; quibus *dedit ille potestatem filios DEI fieri.*

y. S. Ambr.  
in Lucam.

Id pulcerrimè & disertè S. Ambrosius y. istis docet: *Quis est iste fructus ventris; nisi ille, de quo dictum est; ecce hæreditas Domini, FILII merces fructus ventris? Hoc est: Hæreditas Domini, Filij sunt, qui merces sunt Fructus illius, qui de MARIÆ ventre processit. Radix est; familia Iudaorum; virga; Maria; flos Maria, CHRISTVS: qui veluti bona arboris fructus pro nostra virtute processu nunc floret; nunc fructificat in nobis. Sed MARIAM esse Matrem omnium Fidelium, clarius docebimus suo loco, libr. i. de Institut. Frat. cap. 15. § 1.*

Præcipue  
autem Fra-  
ternitas  
Mariæ est  
Semen il-  
lius.

z Can. 7. v. 3  
a. Paul. V.  
in Bulla Pio-  
num homi-  
rum. Anno  
1608. 15.  
April  
b. Genes. 3.  
vers. 20.  
c Gen. 12.

Quæ præ-  
cipue obse-  
rit hæretici-  
cos.

Cùm igitur omnes, qui ex Deo nati sunt, & CHRISTO initiati; Semen istius sint Mulieris & fructus; (cuius iccirco *z. Venter est sicut aceruus iustici, vallatus lilij:*) Cur non Confratres & Consores Rosarij Semen mulieris Mariæ dixerit? Hocque amplius; cùm Huic modo singulari sint addicti, deditique? Ut Paulus V. non dubitet eos a. dilectos filios Maria, Confratres & Consores appellare. Est illa quidem b. mater in Rosario Confratres ita Illam affari. c. Dic, obsecro Te, quæd soror mea sis: ut bene sit mihi propter Te; & vivat anima mea ob gratiam Tui. Bene est Fraternitati propter Eam; Vivitque; ob gratiam Sororis suæ ac Matris ipsa Semen, cui benedixit Dominus, in benedicta inter mulieres. Muliere Virgine MARIÆ. Quare tantò magis etiam per hanc conterere caput Serpentis existimanda est eadem.

Qua de causa tot, tamque amplas Indulgentiarum Ecclesiæ in terris caput, Pontifices Maximi

Fraterni-

Fraternitati sunt clargiti; quoties in ea quis vel quinas Orationes Dominicas atque Salutationes Angelicas pro conversione hæreticorum, hæresumque extirpatione, quicumque in eâ recitauerit; quoties item Rosarium; quoties aliud quid orauerit; aut opus quodcumque meritorium præstiterit.

Evoluantur Bullæ Pontificum; repetatur o- Ideoq; In-  
muis retrò memoria indulgentiarum concessa- indulgentiæ  
rum; dico nusquam fore vllum facile reperiu- concedun-  
dum indicium, quo intelligatur, orationum tur.  
causa fundendarum contra hæreticam pravitatem à s. Sede Apostolica datas vulgò indulgentias fuisse plenissimas antè; quàm orta cœpisset Fraternitas Rosarij adversus Albigenes. Tunc S. Domin. Princeps Prædicator Crucis, Prædicator Rosarij solus, ac tum primus contra Albigenes, idem & prædicauit, (vt existimo,) datâ plenissimam quoque indulgentiam, manu & armis corporalibus in acie; aut Spiritualibus domi, inque templis eos oppugnantibus Christianis.

Quos 1. quia ea tempestate S. Dominicus plerosque in orandi usum Rosarij; simul in ipsam inducebat Fraternitatem:

2. Quia idem quoque Fraternitatis, Rosarijque precibus potissimum adversus hæreticos pugnavit, ac eos triumphavit:

3. Adhæc, quia ex eo maximè tempore Summi Pontifices, propositis etiam indulgentijs, ad similia quoque arma Orationum affumenda, Fraternitatem in primis Rosarij excitant; tum quoscumque Christianos inuitant:

4. Quia denique in eo pugnae genere, (vti compertum esse exempla docent ac historiarum) nihil istis esse armis efficacius potest: Ea propterea rectè, ac verè Rosarij Fraternitatem vnam

M 3

præ

præ cæteris & Ecclesiæ pacificatricem, & hæresum expultricem esse dicimus: & felix illud esse semen Mulieris MARIÆ; quod caput serpentis conterit: quod super aspidem hæresum, super Basiliscum voluptatum ac vitiorum carnis ambulat; quod leonem furentis mundi, & Draconem omnis malitiæ proculcat. Benè; Optimè tali sit Fraternitati!

## CAPVT X.

IV. Prærogatiua. Fraternitas Rosarij est sola, qua inde ab sui origine idem habuit. Nomen cum cognato sibi Ordine religioso commune.

Causa nominis prima est voluntas B. V. Mariæ. d. Ala. de Rupe. ca. 16. lib. de dignitate Psalterij B. V. M. 2. Pietas fratrum in B. V. Mariam. e. Alanus ibidem.

**N**omen Fraternitati nostræ duplex est Alterum propriū; quo à cæteris distinguitur omnibus Fraternitatibus; diciturque Fraternitas Rosarij. Alterum commune; sed cum Religiosis Prædicatorijs, tum Carmelitis; diciturque Fraternitas MARIÆ: & descripti in eam, FRATRES MARIÆ appellari consueuerunt. Hoc ipsi nomē iussu B. V. MARIÆ S. Dominicus indidit; cum primum eam in Domino genuit. Nam ita ad hunc Ipsa virgo apud Alanum. d. Confratria in nomine IESU CHRISTI, & Virtutis MARIÆ fundetur.

2. Deinde idem illi nomen adhæsit vulgo cum ex eo; quod ex professo studio & indefesso, conspirantibus animis, Deo, Deiparæque supplicarent MARIÆ, pro Ecclesiæ pace, & augmento; e. perinde, vt nec germani fratres coniunctiores studijs ad rem vllam incumbere posse

posse viderentur. Itaque constans eorum factum hoc; scilicet & animorum conspiratio; & sedula Sanctissimæ MARIÆ inuocatio, nomen hoc illis peperit; Fratres MARIÆ. 3. Tum verò idem etiam nomen à primis Prædicatoribus in illam descendit; idque tali occasione.

Postquam Didacus Episcopus Oxoniensis fato concessisset; strenuus Prædicator aduersus Albigenes; & Cistercienses illi XII Abbates, Legati Apostolici sub annum M. CC. IIII. à prædicatione; Philippus autem Rex Franciæ e. ab armis, cum suo Francorum exercitu, recessissent: non à Prædicatione S. Dominicus; non ab armis Simon Comes Montisfortis recessere. Quin Hic Voluntarios Cruce signatos; Ille relinquentes omnia, Christumque sequentes duodecim viros primum; mox plures sibi adiungit; f. Cum quibus à B. Virgine diuinitus inspiratus, vt Nauclerus loquitur; vtque Apoldia, præliabatur prælium Fidei cum latitæ, per vicis, castella & vrbes prædicans. Sic, vt hæretici & irriderent simplicem veritatis Doctorem; & simul fremere aduersus iustum.

Quam eius simplicem prædicationem, de Rosario, deque B. V. MARIÆ cultu plurimam fuisse ex testimonijs & exemplis compluribus apud Alanum compertum habemus. Quo in argumento sermonum ad populum cum ipsius quoque Religiosi Fratres assiduo zelo verarentur; Omnis hæreticorum scilicet contremuit; omnis Ecclesia Fidelium exultauit; vt Gregorius IX. scribit. g. Atque inde eos ab hac continua S. MARIÆ commendatione Fratres h. MARIÆ appellarunt; eodemque nomine communiter & eos affecerunt, qui de populo ipsi addiciores supplicationes ac Litanias cum illis propalam sapius peragebant.

3. Affinitas Ordinis cum Fraternitate in cultu B. V. M.

e. Naucler. Generatiue XXI.

f. M. S. Codex Colonienfis. c. 2. in Conuentu Prædicat. Surius to. 4. in Vita S. Dominici l. 1. cap. 7. Simplicitas in prædicando S. Dominici Confundit hæreticos, erigit Fideles.

g. Greg IX. in Bulla: Fons sapientia. Sc. 80.

Quo autē id modo ac rite: Pius V. indicat istis,  
*1. Pius V. in Bulla: Con-  
 fuerunt. Innocentii  
 sibi ac suis  
 nomen hoc  
 Fratres  
 Mariæ.*  
*Lesanies in calum oculos, & Montem illum gloriosæ  
 V. MARIÆ almae Dei Genitricis, &c. admodum  
 facilem, & omnibus peritum, ac admodum  
 vrandi ac precandi Deum per Rosarium. &c. Quare  
 Prædicatores Rosarii MARIÆ primū; deinde  
 similiter Prædicatorum sequaces in Fraternitate  
 Cultores S. MARIÆ, ambo communiter Fratres  
 MARIÆ vocari cœperūt ab eo facto suo, quo illi  
 prædicando; hī orando eximiam operam Eccle-  
 siæ nauabant sub Patrona Virgine Maria.*

Aliud Or-  
 dini datur  
 nomen,  
 Prædica-  
 tores.

k Declar.  
 Const. Di-  
 stinct. 1.  
 cap. 15. De  
 professione.  
 Capit. lib.  
 Apum 1.  
 cap. 2. §. 5.]

Fraternita-  
 ti perman-  
 et suum  
 soli, vt di-  
 cantur Fra-  
 tres Ma-  
 riæ.

II. Quo quidem titulo communiter vsi diu  
 sunt ab anno M. CC. IV. vsque dum Pontifex  
 aliud Patribus imposuisset, sub annum, reor,  
 M. CC. X. Nam cum Nostrī Legatione Aposto-  
 licā fungerentur in partibus Galliæ aduersus hæ-  
 reticos; crebrasque ad eos literas Innocentius  
 III. misisset; & aliquando epigraphen eis addē-  
 dā, (vtar verbis in Cōstitutionū nostrarū Decla-  
 ratione expressis) k [imposuisset scriptori, vt scri-  
 beret hoc modo: Fratri Dominico, & Socijs suis  
 statim reuocauit & dixit: Scribe hoc modo: Fratri  
 Dominico, & cū eo prædicantibus. Statimq; ali-  
 quantulū plus considerans; Noli, inquit sic scri-  
 bere; sed scribe hoc modo: Magistro Dominico,  
 & Fratribus Prædicatoribus. Et ex tunc B.  
 Dominicus, & filij eius cœperunt se Fratres Præ-  
 dicatores vocare; cœperuntque in Curia, & vbi-  
 que ab omnibus sic vocari: iuxta illud Isaiæ:  
 Vocabitur tibi Nomen nouum, quod os Domi-  
 mini nominauit. Fuit etiam hoc nomen ab Ho-  
 norio III. in Confirmatione Ordinis approba-  
 tum.] Hucusque Declarationum narratio.

Hacigitur vulgata, & herente iam Ordini ap-  
 pellatione; ista deinceps: Fratres MARIÆ: apud  
 solam Rosarii Fraternitatem permansit, effecta  
 illi propria soli. Neque suis illam factis duntax-

at

at ij commeruerunt; verū ipsa quoque eorum  
 Patrona Dei Genitrix clientum nominationem  
 hanc miraculis dignata sanè plurimis & maxi-  
 mis latè memorabilem fecit, ac condecorauit.  
 Qualia multa ex M. Thoma de Templo recita-  
 tur in opere de Palterio Mariæ ab Alano de Ru-  
 pe; & à me per tres libros, *Rosarium exemplorum*,  
 inscriptos.

III. Non equidem sum ignarus, & alios quo-  
 que Religiosos Cœtus Deiparam impensè exi-  
 mēque coluisse antè; quàm aut Ordo Prædica-  
 torum, aut Fraternitas Rosarii existeret: Attamē  
 eui hoc nomine Fratres MARIÆ: ita vulgò in-  
 signitè semper & vbiq; audiueris; Cœtrum no-  
 uum nullum; nec legerè me de vlllo vsquam memini.  
 Scio nobiles ac præfrenuos Dominos Teuto-  
 nicos; Noui religiosos Carmelitas, & antiquissi-  
 mos; non ignoro Fratres MARIÆ nuncupatos v-  
 trosque fuisse. At nego vel istos ita appellatos  
 vulgariter ac propriè; vel hōsce in Occidente vi-  
 sos, nedum notos ante Fraternitatem Rosarii  
 fuisse. Vt hæc omninò prima fuerit; cui in Occi-  
 dentis Ecclesia nomen illud proprium fecerit  
 vsus communis.

Domini quidem Teutonici Fratres MARIÆ se  
 dixerunt, & scripserunt: sed priuatim magis;  
 quàm publicè. Nam communiter toto orbe  
 Christiano Teutonici vocitabantur. Nec legeris  
 faciliè apud vllum Historicum, alio eosdē nomi-  
 ne insigniri. Quòd autē & Fratres Maria diceren-  
 tur, familiariter magis quàm communiter ac pro-  
 priè: id inde natum; quòd cū Ierosolyma per  
 Bullionium à Dominatu Saraceno liberata,  
 (vtar verbis Nauleri) l. [habitarentur à Chri-  
 stianis, & multi ex Teutonicis causā peregrina-  
 tionis pergentes illuc, linguam ciuitatis ignora-  
 rent: quidam honestus vir Teutonicus, habi-

Dom. Teu-  
 tonici  
 quomodo  
 Fratres  
 Mariæ di-  
 cti.

l. Naubl. Ge-  
 neratione,  
 37.

Origo  
 Teutoni-  
 corum.

tans

Fiunt tandem ex Fratribus voluntarijs Religiosi professi.

Approbantur à S. Sede Apostolica,

Carmelitarum quando nosci vocarique Fratres Mariae ceperunt m. 3. Reg. c. 18. n. 6. Hier. Epist. 4.

tans in Ierusalem cum uxore sua, quoddam xenodochium de bonis suis, ad opus pauperum, & peregrinorum Teutonicorum construxit; & devoluntate D. Patriachæ Oratorium illi adiecit, B. MARIAE Virgini sacrum. Postea verò nonnulli Teutonici renunciabant sæculo, seque suaque Deo & hospitali tradentes, dignum duxerunt, Regulam Fratrum Militiæ Templi assumere. Quam ita susceperunt; vt tamen hospitalitatem non omitterent. Verù postea anno 1191. apud Accam, quidam Bremenses, & Lubecenses eius Hospitalis in honorem B. MARIAE Virginis ad opus infirmorum, tempore obsidionis, ex velis nauium fecerunt, eleemosynas conferentes, & colligentes, obtinuerunt auxilio Friderici Ducis Sueviæ à Cælestino Papa, Cooperante ad hoc Henrico Rege Romanorum; Ordinem istum sub titulo Hospitalis B. MARIAE Virginis domus Teutonicorum confirmari, priuilegijsque opportunis donari. Ex isto tempore cepti habere Magistrum Ordinis Generalem. Primus erat Frater Henricus V Valpota. ] Hæc ex Neuclero idcirco; vt occasio nominis huius *Fratres MARIAE*, Teutonicis nati tota de plano cognoscatur. Quod quidem ipsis inditum ac vsurpatum fuisse dico velut secundarium; primario illo, *Teutonici*, communiùs obtinente, sicut etiam nunc hodie.

III. iam verò Ordinis Mariani Charmelitarum Viri Religiosi, dicti sunt iuxta communiter, & propriè *Fratres Mariae*. Sed longè post Fratritatem Rosarij in Europa ijdem videri, nosci que ceperunt. Nam i. etsi inde ab Helia Propheta, in monte Charmeli degente, m. suam illi repetant originem; Vt proinde se rectè cum S. Hieronymo, n. veteris etiam Testamenti Monachos vocari possint; ac dicere cū S. Hieronymo:

c. No-

o. *Noster princeps Elyas est; noster Elyseus; nostri decem filij prophetarum.* Quod ab ijs, inquit Cassianus p. *monastica professio primordia sint fundata:* 2. Tametsi quoque ibidem Ordo in desertis Syriæ, [Almerici Malafaydæ, Antistitis Antiocheni operâ, non quidem initium habuit; vt ex Polydoro Virgilio q. malè Genebrardus]. Sed Regula tantum ab eodem accepit, sub qua in Charmelo viuerent: Nihilominus tamen inde egressi in Europam non venerunt; nisi cum Albertus Patriarcha huc eos induceret, sub annum M. CC. XLV. s. Id quod tali contigit ex causa, & occasione.

Quâ illis dictus Patriarcha Almericus Regulam scripserat, eâ experti sunt temporis vsu asperiorè quâ vt tolerando essent. r. Comuni itaq; consilio Pontifici Romano supplices facti, petunt sibi ab eo Regulam dari; moderatis in priore nonnullis; sicque confirmari. Ergo Ponti. Max. Innocentius III. duobus Ordinis Prædicatorum viris; quos in Ecclesia nouerat eam ad rem aptissimos. F. Hugoni de S. Theodoro Cardinali, & B. Guilielmo Antacanenſi Episcopo, negotium dat; vt Charmelitarum Institutum sub certa Regula comprehendant; ijsdemque hanc tradant experiendam. Dictum factum. Probat Carmelitarum Fratres Regulam: adprobat eandem, petentibus, ipsis Pontifex, sub annu M. CC. XLII; confirmat; iubetque in eam cunctos profiteri iuratos, qui vellent; vti hodieque vouent, secundum eam se victuros. Ex eo tempore primùm per Occidentem omnem is Ordo sese continuè fundere, non minimum Ecclesiæ ornamentum & adiumentum: tum ab eximio Deiparæ Cultu sibi nomen *Fratres MARIAE* vel acquirere vulgò; aut antiquum factis testari, ac confirmare; vt ex Religiosis soli, per excellentiam, *Fratres Mariae* titula-

o Idem Epi. 13. & Sancti. Isidorus de officijs Ec. clestasticis lib. 2. c. 15. p. Cassi. Gold. lat. li. 1. c. 2. q. Polyd. li. 7. de Inuent. rerum. c. 3. r. Geneb. in Chron. l. 4. sub annum 1177. s. Idem, & Palsmidores in Tractatu de Anquit. Carmeli. Io. ann. Robli. us, &c. t. Anton. Senen: in Chron. Præd. anno 1247. Et Albertus Leander lib. 3. virorum illust. Præd. in vita B. Guilielmi Antac.

Fratres  
Mariæ Ro-  
sarij sunt  
denomine  
antiquio-  
res.

tularèntur. Perffiterat tamen nihilo minus eadem, apud Fraternitatem Rosarij, iam inueterata nomenclatura, ab annis amplius xx. De alijs Prærogatiuis inferius libro 3. post explicatū statum renouatæ Fraternitatis. Nunc Instituta: progressum, per succedentium sibi sæculorum vestigia persequamur.

CAPVT XI.

Testimonia de Fraternitate Rosarij ab anno Christi CIO. CC. XXI. vsque ad annum M. CCC.

Postquam Res Ordinis atque Fraternitatis à S. Dominico, sub annum M. CC. cœptæ, felicissimū cursum tenuissent; & mirifico cum Ecclesiæ emolumento orbem vniuersum peragrassent; Deo, Deiparaque, ac ipso Dominico, suisq; Fratribus ritè aurigantibus; & iam tempus resolutionis Ipsius instaret; corporis exolutus vinculis, liber ad Cælites abiens, esse cum Christo cepit anno M. CC, XXI. Reliquit verò post se Semen simile sibi, Fratres Prædicatores; & cum illis Fraternitatis suæ monumenta: quæ è multis hîc pauca reperta subiiciam.

Primum igitur ex hisce duo, P. Ioannes de Monte, & Thomas de Templo; quæ viderant, quæque audierant dicta factaque S. Dominici, quo ad Rosarium atq; Fraternitatem; ea literis prodita relinquunt posteritati, monumentum Fraternitatis. Pleraque ex vtroque tradit Alanus noster de Rupe. Verùm de istis alibi sapius cœuis S. Dominici.

II. Deinde vixit eodem tempore, neque superuixit diu, & scripsit F. Cæsarius Heisterbæcensis, XII. libros suos Dialogorū de rebus sua, atque recentissima gestis memoria. In quibus nō pauca, seu admirationis, seu miraculi plena commemorat, de vsu oratæ Salutationis Angelicæ; quæ partim Coloniz, partim locis circum haud

procul distitis contrigisse certis didicerat autoribus, Non quidem vsquam autor ille expressè Rosarij; aut Præsterij de nomine meminit; sed solius numerosa, sapiusque frequentatæ Salutationis Angelicæ. Idq; eò; quia cū rumor plurimus ex Italia, Hispania, & Francia ad Vbios, terrasque Germaniæ de instituto Rosarij B. Mariæ pertulisset; simul renouaret veterem orandæ Salutationis Angelicæ vsum; idèd maluit scriptor idem rei veteris meminisse solius; quàm nominis noui, cuius institutum nec penitus ipse pernouisset; nequedum vllus Rosarij Prædicatores vri recens aduenas, aut disseet. Noster sanè M. Michael ab Insulis in Quodlib. de Rosario. fol. 21 constantè refert ad Rosarium, quæcunq; Cæsarius de Salutationis Angelicæ vsu scripta reliquit.

Sed ereptus ex humanis Cæsarius vix dum sub humo refrixerat; cū ecce tibi Coloni Confluentiæque Prædicatores Rosarij audiuntur, sub annum. CIO. CC. XXIII. qui vna cum Ordine Fraternitatē ibidè & Rosaria feliciter plantant.

III. Apud nostrum M. Cornelium Senekis. Rosarij Prædicatorem Generalem, quèd antiquæ Fraternitatis monumentum reperio, id totidem verbis subiiciam. [In Ecclesia S. Petri, inquit, oppidi Insulensis, reperitur quidam antiquus liber, in pergamento scriptus; quem in manibus tenui; agens de institutione cuiusdam Fraternitatis institutæ in honorem B. V. Mariæ de Traillia nuncupatæ. Quæ Institutio (vt in prædicto libro habetur) facta fuit anno M. CC. XXXVII. Reperi ibi diuersa nomina diuersarum & multarum Virginum religiosarum ad dictam Fraternitatē receptorum; quæ loco contributionum temporalium pro Fraternitatis sustentatione in luminaribus, & alijs necessarijs, obtulerunt

Salutatio-  
nis Angeli-  
cæ vsus per  
Germani-  
am.

a Corn.  
Scribit de  
Rosario  
Mar. a serm.  
& alias 10.  
Fraternitatis  
vsus in  
Germania  
Saxonica.

**Dona ad manutene-  
ndum  
altare Fra-  
ternitatis.**

rulerūt dona spiritalia, videlicet Psalteria Dau-  
dica & Mariana siue de Domina. Idem, ibidem  
de Halberstadiensī Fraternitate, hoc profert  
monumentum: Reperi, ait, in Librariā Halber-  
stadiensis Conuentus, Ordinis F.F. Prædicatorū,  
partium Saxo præquendam librum de nullo a-  
lio, quā de Psalterio Beatissimæ V. Mariæ  
tractantem; quem adhuc hodie videre est. Cre-  
ditur esse scriptus statim post tempora S. Domi-  
nici. Recitat ibidem plūscula ex eodem; indequē  
probat institutæ Fraternitatis antiquitatē.

III. Sed omnium est luculentissimum, quod  
apud nostrum B. Humbertus, Ordinis Prædi-  
catorū quintum M. Generalem reperio. Cla-  
ruit is imperio vacante, anno Domini c. c. c. c. l.  
h. Hic in libro Sermōnum de Fraternitate B. V.  
Mariæ ista inter alia scribit c. *Confratrias copissi-  
credendum est ad exemplum primitiua Ecclesie. Vt e-  
nim tunc 1. congregati 2. erant cor unum. 3. Sancti  
operibus vocabant. 4. Sua in communi ponebant. Ita  
Et nunc in Confratrijs B. Virginis maxime per Ita-  
liam. Et nota; Hoc valet ad Spiritum S. accipiendum;  
quia sic congregatis, Et occupatis superuenit. Beati  
serui, quos sic inuenit Dominus. Ibi viget fraterna cor-  
rectio: quia Spiritus S. arguit de peccato.*

Idem sermōne alio d. *Sequitur etiam multiplex fru-  
ctus. Nam. I. Conueniunt in locum religiosum ad  
Missam. II. Ibi fit sermo Et instructio ad fratres. III. Fa-  
ciunt de bonis suis elemosinas, Et luminaria. IV. Funt  
cōmemorations Confratrū defunctorū. v. Funt cor-  
rectiones male se habentiu. vi. Funt orationes Et ele-  
mosyna pro inuicem. VII. Fit quilibet Confrater parti-  
ceps honorum omnium supradictorum. Hac enim est  
differētia inter fratres carnales, Et spirituales; quod illi  
desiudunt communiā; hi communicant propria. Ibi  
insistunt etiam ut sua communicantibus commu-  
nicetur Spiritus S. qui datur calcantibus terram, Et*

204

191 Indulgen-  
tia præfæ  
Rosarij seu  
Salutatio-  
nis Angeli-  
cæ.  
f. Corn. Sen-  
kes libro ser-  
monum de  
Rosario  
serm. 15. ali-  
as 17.  
Trugillus  
concionum  
tomo 2. in  
festo Rosarij.  
M. S. C. Co-  
loniensis in  
prefatione.  
Alanus lib.  
Apologet.  
cap. 13.  
Luzzenbur-  
gus Et.  
Ioan. de  
Lambshett  
lib. de Frat  
Rosarij ca. 1.  
Michael ab  
Insulis in  
Quodlib. fol.  
17. Infra. vi-  
de cap. 14.  
Factæ gra-  
tiæ visitan-  
tibus no-  
stras Eccle-  
sias, Frater-  
nitatem

*concordibus spiritum. viii. Vt per matrimonia; sic per  
Confraternitatem contrahitur amicitia, Et adiuto-  
rium Fratrum. Nam, Prover. 18. Vir amicus  
ad Societatem magis amicus erit. LX. Nulla  
fit obligatio iuratoria: Et hoc caute x. Superbi non  
sunt apti ad huiusmodi Societatem. Superbis enim  
nescit esse frater; propter coequalitatem: Sed vult ef-  
se Dominus super excellentiam. Similiter Discipuli sunt  
enim animalia immitia. Hac B. Humbertus de  
Fraternitatibus Quibus ipse, (vtpote Magister  
Generalis Prædicatorum,) magnam partē præfe-  
dit. Vnde præfæ Fraternitatis facies satis elucet*

V. Nec illud eiusdem ad memoriam in sine  
monumentum hinc mihi prætereundum; quod  
à summo Pontifice accepimus posteritati reli-  
ctum urbanus III. vt Salutationem Anglicam  
assidue piequē frequentare solitis calcar aderet,  
& deuotionem exaugeret; eundem, vt testes sunt  
illius complures. f. constat ad Salutationem An-  
gelicam solenni decreto sanciuisse addendas ef-  
fe duas hæc voculas: IESVS CHRISVS: simul  
addidisse, in gratiam earundem, pronunciantibus  
ill as xxx dierum indulgentiam. Vt, qui vnū  
orasset Psalterium MARIÆ, is XII annorum,  
hedomadaram XVIII, & vnus diei commereretur  
remissionem. Eadem confirmauit aliquantō  
post Ioannes XXII; atque etiam alterum taurum  
addidit: sub annum Domini M cccxxx. Vide in-  
fra cap. 14. § III.

V. Illa certa constansque tantorum, quos ad-  
duxi, autorum affirmatio de urbano III. Pon-  
tifice Anglicæ Salutationi deuotos fideles ita  
paternè amplexante, & ornante, mihi magnam  
facit probabilitatem de ipsius antecessore Ale-  
xandro III. Itemque de Successore Clemente  
III. eodem Fraternitatis intuitu similia & de-  
diffe, & scripsisse. De clemente IV. nos ter prodit  
ni-

b Leander  
Albertus li.  
1. de Viris  
illust. ord.  
Prædic. Et  
Tribemus  
lib. de Scri-  
ptor. Eccle-  
siast.  
c B. Humb:  
lib. 2. serm.  
59.  
d Idem  
serm. 90.  
Statuta Fra-  
ternitatis  
præfæ,

Indulgen-  
tia præfæ  
Rosarij seu  
Salutatio-  
nis Angeli-  
cæ.  
f. Corn. Sen-  
kes libro ser-  
monum de  
Rosario  
serm. 15. ali-  
as 17.  
Trugillus  
concionum  
tomo 2. in  
festo Rosarij.  
M. S. C. Co-  
loniensis in  
prefatione.  
Alanus lib.  
Apologet.  
cap. 13.  
Luzzenbur-  
gus Et.  
Ioan. de  
Lambshett  
lib. de Frat  
Rosarij ca. 1.  
Michael ab  
Insulis in  
Quodlib. fol.  
17. Infra. vi-  
de cap. 14.  
Factæ gra-  
tiæ visitan-  
tibus no-  
stras Eccle-  
sias, Frater-  
nitatem

*f. Ant. Sen.  
in Chron.  
Prædic. ann.  
1585. fol.  
102. edit.  
Paris.*

M. Antonius Senen Lusitanus in editis à se compendio Chronicis Prædicatorum, f. Eum dedisse magnas Indulgentias visitantibus nostras Ecclesias quotannis per Octauam Dedicationis, & S. Dominici, & in festis B. V. Mariæ. Jam verò constat, Fraternitatem Rosarij vbiq; terrarum in Prædicatorum Ecclesijs suis semper conuentus habuisse, & frequentasse salutaria exercitia: Constat quoque eandem maximo semper, hoc potissimum sæculo, fidelium numero & confluxu exopti, coliq; solitam fuisse: Quapropter si Pontifex nostras Ecclesias visitantium pietate motus, hanc isto spiritali munere à se condecorandam censuit; negari certe non potest, quin idem munus præcipue ad Fraternitatem Rosarij spectauerit.

Pari ratione eodem refero illud Pont. Alexandri IV propositum scripti & intentionis; quod ad Colonenses incolas pro Prædicatorum inibi templo, frequentius & deuotius visitando dedit, anno 1260. 5 Idus Ianuarij. Illius Breuis Apostolici partem hinc subiiciam, exscriptam ex ipso Autographo, quod in nostro Colonienfis Conuentus Archiuo asseruatur: & ita habet:

*Alexander Papa IV, seruus seruorum Dei, Salutem & Apostolicam benedictionem.*

[Vitæ perennis gloria, redemptis pretio sanguinis meritoque, fusi de pretioso Corpore Redemptoris, debet acquiri virtute. Inter quæ illud esse prægrande dignoscitur, quod vbiq; sed præcipue in Sanctorum Ecclesijs, Maiestas Altissimi collaudetur. Rogamus itaque VNIVERSITATEM Vestram, & hortamur in Domino; in remissionem peccatorum vobis iniungentes, quatenus ad Ecclesiam dilectorum Filiorum Prioris

Prioris, & Fratrum Ordinis Prædicatorum Colonienfium, imploraturi à Domino delictorum veniam, in humilitate Spiritus accedatis. NOS etiam, vt Cristi fideles, quasi per præmia, ad merita inuitemus, de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi, omnibus verè penitentibus & confessis, qui ad eandem ecclesiam in singulis festiuitatibus Gloriosæ VIRGINIS MARIÆ, &c. Causa deuotionis accesserit annuatim, centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, &c. Datum Anagninæ. 5. Idus Ian. Pontificatus nostri anno 6.]  
Hactenus Alex. IV. Papa ad Colonenses.

Cur de festis B. V. Mariæ inprimis? Cur pro Prædicatorum ecclesia præcipue scripsit sua Sanctitas? An vt celebritatem Mariani cultus in eo templo dudum cum Ordine cœptam, & magnoperè iam tum florentem, suo calculo approbaret? Fidelium eò commearum frequentiam in cœpto studio conseruaret, suo illis hoc Apostolico dono concessio? Sed qui erant isti Mariani cultores apud Prædicatores; nisi qui in Fraternitate Rosarij numerabantur numero maximo? His igitur maxime, licet nõ vnice, Apostolicam fauissè gratiam existimandum est. Hanc mihi opinionem affert Scriptorum, vt dixi, istorum authoritas & testificatio de Urbano III. qui expressè ac singulatim Rosarij Fraternitatè ornauit anno 1263. Ideoque & antecessoris anno 1260. & successoris, anno 1266. circiter, intentione fuisse eodem versam, mihi valde accidit probabile ex annorum coniunctione, atq; Pontificum consensione.

VII. Aliud ex Psalterij vsu petium reperio testimonium apud Alanum de Rupe; idque ad annum ferè M. cc. Lxx. referendum. Sunt ipsi-

N us hæc



us hæc verba: h. (Est Beghinagium quoddam in Gandauo; vbi ab annis ferè ducentis mulieres habent hoc Psalterium pro Horis.) Siciple collapsæ indagabat Fraternitatis vestigium vetus. Addit verò: [Sed & antiqui libri in exemplis, & delatione formalissimè, & euidentissimè clamant, hoc verum esse. Sicut in Conueneru Gandensi Ordinis nostri, & in multis alijs terrarum locis probari potest. Inde Patrologia inueniuntur innumerorum virorum ac mulierum antiqua, in terris penè omnibus; sic secundum numerum disposita.] Quæ idem Alanus comperta testatur alibi de Oratione & Prædicatione Psalterij, ea transcripsi in nostrum Rosarium Exemplorum. *i.*

VII l. Sed ne longum faciam; claudat hunc locum testimoniorum testis S. Sedes Apostolica per Leonem X. Qui de hoc primo constituta Fraternitatis sæculo ita scribit. *k. Confraternitas vniuersisq; sexus fidelium de Rosario BEATÆ V. MARIÆ, à S. Dominico instituta, & in DIVERSIS MUNDI PARTIBVS PER ASSECLAS S. Dominis. Fratres prædicata fuit, etiam sequentibus signis. Idem Pius V. alijq; Pont. contentantur; quorum verba superius recitauit.*

IX. Siste Lector: necumq; ad æui huius faciem paulisper respecta; quod liquidius de ea, quæ Fraternitatis nostræ conditio per id tempus fuerit, habeas cognoscere. Ac primùm mihi omnia circumpicienti oculos perstringuat quatuor maxima huius sæculi Lumina, & columina Ecclesiæ: *Ordines inquam Mendicantes: qui fuerunt ille l. beatus populus; cuius Dominus Deus eius.* In his primis fuit, & asseritur passim in Iure Canonico, Prædicatorum Ordo; Confirmatus ab Honorio III. anno M. CC. XVI. XI. Kalend. Januarij; *n.* diem obeunte S. Dominico anno

anno cIo. cc. XXI; canonizato eodem anno *n.* In Decla. cIo. cc. XXXIV Alter Seraphicus S. FRANCISCI; *rat. Confis.* confirmatur anno cIo. cc. XXXIII. Au. *Prædic. cap.* tore ex humanis exempto Anno cIo. cc. 15. *dist. i. xxxvi;* inter Diuos relato anno cIo. cc. o. *Ioann. xxxix. o.* Tertius Ordo Chamelita. *Andr. in d. rum confirmatur anno cIo. ccxli. j.* Quartus. *c. Quorum-* Eremitarum S. Augustini ab Alexandro III. *dam.* confirmationem accipit, Anno cIo. cc. LVII *p. Tribem.*

Quot hi, quantosque viros ætate hac vnâ de- *in Chron.* derunt Ecclesiæ? Sileo cæteros: Prædicatorum *Hirsaug. &* duntaxat meminisse volo; propter coniunctam *Platina.* illis indiuiduam Fraternitatem Rosarij: vt ex Prædica- illis de hac certius æstimetur. Horum, vno torum vi- illo sæculo, martyrij palmam secum in cælos gor & Re- abistulerunt vltra cc. Lxv. *q.* Quorum sex ad ligio. Tolosam capitibus plexi, hæc manibus sublata *q. Ant. Se-* ipsi in urbem ad Prædicatorum templum de- *nic. Prædic.* portant; seque ibidem simul sepeliendos depo- *Decade 1.* nunt. *r.* BEATOS verò, vita & miraculis clarif- *r. Leand.* fimos inter Diuos hoc vno sæculo ritè adscri- *ptos numeram<sup>o</sup> plures septuaginta Cōfessores.* *Alber. lib. 2.*

Jam persuadeat sibi, qui potest; hosce viros *de vtris Illu.* relictam ipsis vnicam à S. Dominico hæredita- *Prædic.* tem Fraternitatem Rosarij, parum accurasse. Fraternita- Illos, domesticorum immemores, dormitasse; ris in his qui vitæ prodigi, & impertæsi laborum, vlti- flores sta- mas terrarum oras per Africam obiuerunt; vt o- *rus.* mnes Christo lucifacerent: *s.* Illos, inquam, *r. Blondus* minus diligentes fuisse cultores fraternæ in Ro- *decad. 2. l. 8.* sario pietatis; qui tam acres semper Inquisito- *t. Bullarium* res hæreticæ prauitatis extiterunt. *r.* Pari *Romanum* omninò passu ac zelo cursum tenebant ambo *Bullis cum-* Ordo & Fraternitas. Et quantumuis hæc pie- *pluribus.* tatis arderet studio, nec vlli primas concederet; non potuit tamen ab illa sub annum cIo. cc. Lxxvi. latè vagâ hypocriti Flagellantum *N 2* circum-

*h. Alan. in Apologia cap. 8.*

Rosaria sunt indicia seu Fra- ternitatis, seu pietatis.

*i. Rosar. Ex- emplorum lib. 3. cap. 5.*

*k. Leo X. in Bulla. Pastoris æ- terni.*

S. Ordines hoc sæculo nati Mendicantes. *l. Ps 143. 15. m. Gloss. in c. Quorum-* *dam in ver- bo Prædic. de Elect. li. vi. & Gloss. 2. in c. fi. de pac. eo. li.*

circumscribi, atque deprauari. Horum sit-  
catam pietatem, supplicationesque, illa cum  
vera sua Rosarij religione, atq; processionibus  
refutabat.

Mores ec-  
clesiastici.

X. Jam Cleri statum ea restantur ætate sep-  
tendecim Prouincialia, Generalia tria Concilia;  
quæ nihil non ad illius reformationem sunt ex-  
perta. Potissimum verò Eboracense, anno 1196.  
sub Cælestino III.; Lugdunense, anno 1200. sub  
Innocentio III. Lateranense Generale, anno  
1215. cui 800 Episcopi interfuere, sub eodem;  
Oxoniese anno 1222; Alamanicum anno 1245,  
sub Honorio II.; Londunense anno 1237, sub  
Gregorio IX; Viennense anno 1262. sub Cle-  
mente IV; Rauennatense, anno 1286, sub Nico-  
lao IV: Hæc, inquam, nominatim in vnum  
erant intentæ præcipuè, vt honestati Cleri  
consulerent. Cui velut istud acclamabant: *s.*  
*Vos estis sal terra: quòd si sal euauerit: in quo cen-  
dierit?* In laico, inquam, Fraternalitatis Rosarij  
Cætu, condiebatur. Hic interim sal erat terræ;  
quantum licebat per Laici status conditionem.

*Politicum verò regimen* in præceps ruebatur, &  
sua Domum Saxoniam fata vrgebant, iam iam  
ab Imperij Maiestate deferendam. Fridericus  
II. Turbo erat Imperij, furia Ecclesiæ. Hunc  
demum Innocentius IV abstentum exuebat  
Imperio: *z.* Cardinalibus purpureum dabat  
pileum; insigne ad sanguinem vsq; defendendæ  
Ecclesiæ. *u.* Prædicatorum Ordini excommu-  
nicationem Friderici toto orbe promulgan-  
dam committebat. Quâ causâ hic eum dirissi-  
mè persequebatur. *x.* Verum suis is reclusis ar-  
mis Innocentiæ, Religionis ac Rosarij; simul  
*Salus Regna* sub Horis Canonicis Deiparæ ac-  
cinendum constituebat, Numini per eam pro-  
pitando.

Quo

Quo capto Innocentius exemplo, simul re-  
medio, idem quotidie sub Completorio solen-  
niter concinendum Clero præcipiebat, *y.* Et  
ecce, fax incendij. Fridericus serò tandem extin-  
guitur; in lecto, vt ferebatur, culcitrà per filij  
oppressus, & suffocatus. Fit interregnum an-  
nis duodecimum; *a* Anno millesimo ducenti-  
tesimo quadiagesimo quarto, ad usq; millesi-  
mum ducentiesimum septuagesimum secun-  
dum, Sequitur Imperij transfugatio in  
Austriacam Domum, ad Rodolphum pri-  
mum, Cæterum Guelfij & Gebalini factione  
suâ, *x.* per Imperium; adhæc motus Germani-  
ci, Turci, Boemici, Francici omnia contur-  
babant. *a.*

Inter hæc stabat *Fraternalitas Rosarij*, velut ro-  
sa inter spinas; claris subinde miraculis admi-  
randa. Cuius in vulgò ad pietatem ac religio-  
nem vis & efficacia vel ex hoc etiam cernitur,  
quòd Germanis illa non ferociores solum ani-  
mos sensim exueret; sed nomina quoq; immu-  
taret. Nam sub annum c. CC. XXX Ger-  
mani, Omisiss Scytharum nominibus barbaris,  
in Baptismo suis Diuorum nomina coeperunt  
imponere. *b.* Teste Curione.

Non ego istius mutationis; causam vnã so-  
lam, nec omnem ad Fraternalitatem hanc retule-  
rim; quanquam nullam penitus *Curis* prodar:  
sed aliquam. Hocq; maiorem; quòd populosior  
& vulgarior effecta Fraternalitas, vim suam effi-  
caciaq; Charitatis fraternalis latius per animos  
fidelium fadit; & serpere longius sensim indies  
fecit; & insidere altius naturâ fidis pectoribus  
Germanorum.

Quid in Bibliotheca Molshemij annis ab  
hinc decem repererim, in exiguo libello, atq;  
memoriæ causâ in aduersaria mea annotarim

N 3

com-

*y. Albert.  
Kranz. in  
Saxonia lib.  
8. c. 10.  
Abbas Vr-  
sberg. in  
Chron.  
z. Blondus  
Decad 2. l. 7  
Trib. in  
Chron. Hist.*

*a. Genebrar.  
in Chron  
Ec.  
In his sta-  
tum tenet  
priscum  
Fraternalitas  
Rosarij.  
b. Curio  
libr. 2.  
Chronol.*

*s. Matt. 5.  
v. 13.  
Turbæ Po-  
liticæ &  
ecclesiast.  
t. Vicelinus in  
Epist. Rom.  
Pont. Kranz-  
tzius. Eccl.  
u. Volater:  
li. 22. Mart.  
Polon.  
x. Munster.  
Cosmog. 43.  
c. 38. Ant.  
Senen in  
Chronic.  
Præd. fol. 60*

*c. Diarium  
Anonym.  
Nomina  
christiana  
imponi  
cœpta Ger-  
manis.*

compendio; id hic reddam. Libellus non ex-  
cedebat quinque vel sex fortè octerniones: inscri-  
ptio erat ista: *Diarium c. de rebus gestis hac æta-  
te*, Locum impressionis non annotavi. Ex eo i-  
stud habeo. [Hoc sæculo, & mea memoriâ ve-  
hementer aucta est inter populû veneratio glo-  
riosa V. Mariæ; & multa in Ecclesijs optimè in-  
stituta ad eius cultum, magna cum deuotione  
vsurpantur.] Continuoq; subdit: [Memorabi-  
le est etiam quod iam plures Christiani, vccen-  
tur nominibus Sanctorum, quàm Ethnicorum.  
Vt iam tantum senes aliqui hæc retineant.] Vi-  
xit autor is hoc sæculo; quæ enim se viuo conti-  
gerunt, die annoq; notato consignauit. Ex  
quibus ego sic ratiocinor. Videtur is mutatio-  
nem eam nominum adscribere singulari aug-  
mento venerationis Marianæ; quod hanc ita  
continuo subscribat eandem: Nihil autem in-  
signius potest hoc sæculo ad B. V. M. cultum  
memorari, quod institutum fuerit, atq; Rosarij  
erat Fraternitas; proinde eiusdem instituto ma-  
gnam istius mutationis causam adscribere posse  
videor.

## CAPVT. XII.

*De pluribus, hoc ferè seculo XIII. ex vna Ro-  
sary nati, Fraternitatibus, S. Crucis, V. Sacra-  
menti, & Sanctissimi Nominis IESV: Mi-  
sericordia, Pacis, Salus Regina  
& S. Anna.*

**P**rimquam ab hoc sæculo ad subsequens ab-  
eamus, commemorandæ sunt mihi Frater-  
nitates præcipuæ nonnullæ, quæ ferè per tem-  
pestatem illam ortum suum habuerunt. Atque  
hunc quidem vel ex illa peruulgatissima, Gene-  
ralique Rosarij Fraternitate duxerunt: Vel ad  
huius illum similitudinem conformauerunt.  
Sunt

Sunt autem ex ijs potiores istæ. *Fraternitas. 1. S.  
Crucis. 2. Venerab. Sacramenti: 3. Nominis Dei, vel  
Sanctissimi Nominis IESV: 4. Misericordia: 5. Con-  
cordia: 6. Salus Regina. 7. S. Anna.*

I. *Fraternitas S. Crucis, sive, S. Petri Mediolanen-  
sis*, (vti scribit R. P. Conradus Sittardus nuper  
Prouincialis) hæc ea; cuius Fratres in hoc potif-  
simum conspirant propositum; vt Fidem Catho-  
licam promoueant, ac tueantur precibus & pre-  
tiorio, manu & opera; idque in omni vita & con-  
uersatione. Incumbant quoque omni ope con-  
siliij, fortunarum, ac vitæ, ad hæresum extirpati-  
onem, & hæreticorum conuersionem. Idque e-  
xemplo S. Petri Martyris Dominicanij; quem re-  
ctè malleum hæreticorum dixeris.

II. *Fraternitas ter Venerabilis sacramenti*, inquit  
idem P. Sittardus, potest dici S. Thomæ. Eius in-  
stitutum est, cum tædis comitari V. Sacramen-  
tum, cum ex parocchia defertur ad ægros; vel in  
processionibus circumfertur. Obseruatur illa  
passim in multis adhuc Parochijs; Orta ab ordi-  
ne Prædicatorum, Romæ primum, cum autori-  
tate summi Pontificis; & in Prædicatorum tem-  
plo, B. V. MARIÆ super Minervam dicto,  
instituta est.

III. *Fraternitas Sanctissimi Nominis IESV*, con-  
tra assumentes Nomen Dei in vanum, hoc est,  
aduersum iurantes temerè, impieq; Deum blas-  
phemantes, est excitata. In ea decreta est Con-  
fratribus atq; Confortibus, non tantum vt ipsi  
ab iuramentis execratorijs abstineant; verum et-  
iam impediunt iuramenta, moneantq; alios, ad  
iurandum pronos, vt caueant. Hæc summarim  
ferè Pater Sittardus.

Jam qui cum memoria reperet, quæ de Fra-  
ternitatis Rosarij Instituto, studio, ac opera ad-  
uersus hæreses superius sunt dicta: Qui eiusdem

*1. M. Sittardus  
in Rosario  
cap. 4. Edi-  
tion. con-  
stant. anno  
1603.*

*Docerur  
earum si-  
militudo  
cum Fra-  
ternitate  
erga Rosarij,*

erga Sanctissimā Eucharistiam, & cultum, & vsum frequentem inde ab ipsius recolet origine: Qui eius titulum, *Confratria IESV Christi*, dictum; ipsi necdum natæ ac institutæ à B. Virg: Maria Ipsa imponi iussim; (de quo supra,) recognosceret: is simul cuiusq; istarum Fraternitarum iam dictarum semina in vna Fraternitate Rosarij, velut in matre, contra extitisse cognoscat. Quare haud immeritò eas vnius Matris, Fraternitatis Rosarij, Filias omnes dixerò. Quibus maternam cernentibus hæreditatem, ex hac sua cuiq; pars certa obrigit; quā singulari studio excoleret vnam quæq; præ cæteris: Has tamen omnes vna simul, vt prius, retineret & complecteretur Mater Fraternitas Rosarij.

Huc accedit, quòd, qui erant Rosarij Prædicatores, eiusq; Fraternitatis Patres ac tutores; ijdem & dictarum fuerint Fraternitarum instructores; nempe Dominicani. Quæ igitur suam singulæ hæreditatem præcipuè excolèdam, à Fraternitate Rosarij accepisse; quæ eosdem cum hac Patres habuisse noscuntur: eædem quoq; illius esse Filiæ rectè censentur. Hæreditas materna, filiam prodit & arguit: præterquā quòd magna sit vtriusq; similitudo. Nempè

*m. Redit ad avtorem genus,*

*m. Seneca in Hyppolito.*

*Serpemq; primam sobolis sanguis refert,*  
Vt benè Tragicus; & alijs item Anonymus dictionibus canit:

*Vina suum capiunt ipsa de vite saporem:*

*In dex nativi qui solet esse loci.*

Trium dictorum palmirum fructus, vitæ indicant, à qua vel propagati, vel decerpti in singularem vitæ singuli excreuerunt; sub ijdem tamen cultoribus Ordinis Prædicatorij. Verum singulos propius aliquatū; sed obiter aspiciamus

FRATERNITAS. S. CRUCIS sub Patrocinijs  
S. Pe-

S Petri Martyris, continuè post gloriosum eius Institutæ martyrium, atque canonizationem (quod vtrunque anno contigit eodem clo. cc. lxx.) eâ cæpiti occasione instituit; 1. Quia recens erat Athletæ Fidei memoria. Vnde gestorū ipsius pro Fide, doctorumq; illustri doctrina altè insidens animis hominum, ingens habebat calcar ad exemplum & imitationem.

2. Deinde; quia imploratum Sancti patroncium in plurimis, grauiissimisque aduersis, præsens afferebat auxilium multis. Quæ duo; Exempla in vita, ad eius imitationē; Miracula quoque ante, & post mortem edita ad illius venerationem, multos passim contrahebant: vt sub illius auspicio in Fraternitatem insignem Crucis titulo, coalescerent. De vtroque Pontifex Innocentius III. grauiissimè testatur. n.

Ac de priore quidem istis: *Ne sacra suorum actuum nos Exempla prætereant; aliqua de vitæ eius ad instructionem & profectum audientium referamus. Ipse namque veritatis filius, & Bonitatis alumnus, conuersatione conspicuus; Spectabilis famâ; & Opinatione mirabilis.* Et postquā ad exemplū & imitationem eximia recitasset, ita concludit. *In curbis morum maturitate composuimus, alius profusus virtutum aromatibus attraherat.* Ecce primam contractæ multitudinis causam. Cui accedit, quòd esset feruens quoque amator Fidei cultor præcipuus; velut idè scribit Pontifex, *propugnator ardentior, quòdque ipsius verba & opera virtutem Fidei redolebant.* Demum pro defensione & exaltatione Catholice Fidei, & obseruantia Obedientia Romane Ecclesie, Vir Ille Venerabilis acerrimam mortem tulit. *Letetur igitur totus fidelium cætus: exulter mater Ecclesie; quòd palmas suas; quem in agro fidei plantauit; in caeleste plantarium est translatus.* Quòd, vt scribit Pontifex alius, Alexander IV. o. in tanti claritate

Institutæ Fraternitatis Crucis causa duplex.

n. Innoc. IV. in Bulla

Canonizationis: Magnis & crebris.

1. ob vitæ, Fideique S. Petri exemplum.

o. Alex. IV. in Bulla:

Magna magnalia de, &c.

*martyrij alius titulis Fides orthodoxa refulsit; & hereticum dogma funestum, ad confusionis ima ruit. Atque eundem in finem Fraternalitas S. rucis, seu Petri martyris, est erecta simul cum Oratorij seu aris ipsi Sacris per Ecclesias Prædicatorum.*

2 ob miracula & patrocinium illius.

De altera causâ institutæ Fraternalitatis; quam dixi præbuisse miracula præsentissimi patrocini; ita idem Pontifex Magnis & crebris declarata prodigijs Christiana Fidei rectitudo, iam nouo noui Sancti decorata martyrio, signorum recentium fulgore coruscata; & multis hæcenus roborata portentis, nunc singularium miraculorum insignijs confirmatur. Et infra: *Nam nec in vita latere sic potuit, quin miraculorum claritate pateret.* Mox complura subiicit exempla.

Vtraque Rosarium redolet.

Audi nunc quanta vis inesset ijs homines contrahendi ad eum venerandum. Sic enim post illa Innocentius: *ad hac magna hereticorum, & ipsorum Credentium multitudo, cum tantam Fidei aduertent efficiam, & ad eam tot certis & apertis signorum indicijs, tamquam quibusdam clamantibus precibus vocarentur; nec possent quasi tam valide illorum instantia non parere: ad ipsij lucem fidei sui erroris nubilo est conuersa.* Atque ista satis de vtrâque causâ in itæ primùm Fraternalitatis S. Petri. Quibus nescio quæ certiora vel afferri, vel expectari à quoquam possint, ad initia, finemque institutæ de S. Cruce Fraternalitatis docendum.

Nunc verò, quàm illa rosas, rosariaque redolegant, ex eodem hortu Pontificio accipe. De Prædicatorum; inquit Innocentius, *Ordine florido prædij ROSA rubens, quæ regalibus oblata conspectibus in multis suauitatem odoris. In caelesti quoque ROSARIO flos amantissimus, rubro colore rutilans, nunc est natus in mundo, & Candido Sæctorum Collegio noui munditia liliium est exortum.* Et infra: *Vnde meruit*

*tantus Athleta in caelestem patriam SERTIS præsignius ROSEIS introire.* Vitæ, morumque speculum, Fidei propugnaculum, pietatis Rosarium S. Petrus, ex rosato S. Dominici fecit propagari surculum; qui suæ vitæ. Fideique repræsentaret exemplum; & ipse sentiret idem vicissim patrocinium.

Non ego tamen negarim, vllam ante martyrium S. Petri, Fraternalitatem S. Crucis fuisse. Fuit illa passim instituta, at minus effloruit peruulgata. Sanctus eam Dominicus in viuus instituerat, sub Comite Simone Montisfortis, Duce signatorum aduersus Albigenes hæreticos: Itemque contra inuasores patrimonij S. Petri Apostolici ac Sedis Romanæ: Vt iam antè docui. Sed vagabatur ea post obitum Patris S. Dominici, absque sede ac domicilio, absque lege ac ordine; & penè iam tum absque nomine. Etenim profligato vtraque bello sacro, dimissisq; exercitibus, ipsa Fraternalitas quoque dissui atque collabascere cœpit. At post S. Petri Martyrium sic, vt dixi, refluuit latior, & latior sese propagauit; vt hodieq; ætatem ferat, & flori parem fructum afferat.

Viget illa etiamnum Confluentia; quanquam S. Antonij de nomine, quàm Petri Martyris, aut Crucis titulo ibidem notior. Fortè quòd ille totius Ecclesiæ, hic vnus duntaxat ætæ, vt vocant, cumpatronus existat: vt in suo Fraternalitas ea titulo primas idèò sancto dederit Antonio, & Diuo Petro secundas. Quicquid id est de nomine: de re constat, institutam fuisse & Fidei tuendæ, & vitæ melioris tenendæ gratia: fuisse eâ aduersus Conuentum, hic nostrum tum beneuolam, tum & beneficam: fuisse idcirco à duobus Ordinis nostri Magistris Generalibus in sortem ac partem parem omnium totius Ordinis nostri meritum

Fraternalitas S. Crucis fuit ante S. Petrum Martyrem.

Confluentia viget.

Estatur causas diuersas Institutionis.

torum spiritualium adscriptam & cooptatam.

Duo testantur id instrumenta literarum; quæ autographa custodit ipsa Fraternalitas Prius à M. Generali Raymundo datum anno M ccc. xc. viii causam spiritualis adoptionis istam præfatur. *Nostorum affluentiam gaudiorum; i. v. stræ devotionis affectus, (quem audiui ad nostrum Ordinem Vos habere, ) 2. Et exigentia digna requirunt beneficia nostro collata Ordini à copiosa clementia Redemptoris vobis gratiosius impartiri: propter quæ vobis omnium &c. Bonorum, quæ per Fratres nostri Ordinis Dominus Iesus Christus per mundum dedit: fieri vniuersum, participationem concedo. &c.* Participationis causas proficitur duas, Affectum deuotionis eorum, & exigentia digna beneficia collata Ordini.

Eadem sunt & causæ, cur participet ibi merita totius ordinis.

Duas spectat alias instrumentum alterum M. Generalis nostri Martialis Auribelli de Auinionæ, datum Confluentiæ anno cccc. lxxvi die 13, Septēbris. Sic enim inter cætera loquitur: *Vi redamini, cui parū recepti à venia, IN FIDE STABILES, & IN OPERE EFFICACES &c.* Et paulò post: *Vestris etiam meritis dignè pensatis; qui memoratos Fratres nostros ex cordis intimo diligentes, eos curatis assèqui favorabilibus affectibus. &c.* En eisdem participationis causas: eorū scilicet in nos & beneuolentiam, & beneficentiam: præter illas de fide & Opere dictas. Testantur illa, Fraternalitas S. Petri instituendæ causas eisdem, quas fuisse superius commemoravi. Cuius potissimum gratia eam, quam domi habebam, huc testem dedi in exemplum cæterarum id generis alibi celebrationum, quæ ortus sui & institutionis incunabula possent illustrius demonstrare. Nunc alia stylum ad se vocat Filialis Fraternalitas.

II FRATERNITAS TER SANCTISSIMI SACRAMENTI EUCHARISTIÆ & ipsa palme est Fraternalitas.

nitatis Rosarij. Nunquam non fuit Ecclesia Sanctissimæ Eucharistiæ cultui impensè dedita: at verò tum vel maximè Rosarij Fraternalitas in hoc emicuit, eum oborta hæresis ingrueret caligo; Cœpit illa in sese perquam zelosè suscipere ac profiteri cultum inclytum Sanctissimi Sacramenti Altaris tantò impensius; quantò profanius Idem ab Albigensium hæresi ad omne ludibrium sacrilegè prostituebatur. Qui Sacra pollebant altaria; publicitus, (in sandum) exercitis super ea scortationibus: ipsam Sanctissimam Eucharistiam pedibus sacrilegè proterebant, infandèque blasphemabant. Ex diamerò autem Fraternalitas Rosarij; doctore vsà S. Dominico, & Albigensibus triumphatore, tantò illustriores duxit triumphos cum eadem Sanctissima Eucharistia; eamque quæ colendo, quæ sumendo sepius ac Sanctius frequentabat.

Cum verò anno M. cc. lxxiii. Pont. Max. Urbano III. totique Ecclesiæ grauissimas ob causas: (de quibus ipse apud Serarium,) videretur lenissimum, perpetuumque indicendum esse Corporis Christi festū; atque etiā Supplicationes Sanctissimo Sacramento instituendas; dareturque negotium idem Papa S. Thomæ Aquinaci, qui Ecclesiastica de eo concinnaret Officia, hymnosque & Lectionum homilias: ex eo inquam tempore capta & instituta V. Sacramenti Fraternalitas eidem tribuitur D. Thomæ autori. Sic Traditio: Sic & P. Sit tardus.

Inde certè is vsus tota inualuit Ecclesia; vnaque sexta quinta de Sacramento, Sacra fient, & Officia; atque etiam eiusdem in Supplicatione circumgestatio. Quam quidem per ferias quintas repeti solitam abrogauit Legatus Apostolicus Nicolaus de Cusa, anno ccc. xl. Verò V. Sacramenti.

Occasio cultus V. Sacramenti in Frat. Rosarij.

p. Bern. Lucenb. Albigen.

Post etiam in Ecclesia.

q. Nic. Serar. de Processionibus lib. 2. cap. 9.

Græcorum de Processione I. cap. 18.

Rom. prius in P. Antinæ & alij apud Serarium fol. 107.

s. P. S. tartent. & Officia; atque etiam eiusdem in Supplicatione circumgestatio. Quam quidem per ferias quintas repeti solitam abrogauit Legatus Apostolicus Nicolaus de Cusa, anno ccc. xl. Verò V. Sacramenti.

*Albert. Krantzius in Metro- poli lib. 11. c. 39. u Dieft. in libello de fe- sto Corp. Christi. art. 9. Chroni- ca Bossij Vi- de in magno speculo Ex- emplorum. tit. Festum corp. Christi. x Martinus V. in Bulla Ineffabile Sacramen- tum anno 1429. y Jac. Gre- ts. l. 1. c. 18. de Sacris pro- cess. Indulgen- tia comi- tantium V. Sacra- mentum Indicium originis.*

Verum id tantum per parochias atque colle- gia; non item per Monasteria Prædicatorum ita profus abrogavit; quin dictam feriam V. Sacra- mento sacram idem semper haberent, ac reti- nerent.

Quæ Cusana abrogatio videretur satis refelle- re opinionem dicentium ex Dieftemio, u. sub annum c10 ccc. xv. ab Ioanne xxii. primum im- peratas Ecclesijs esse; atque inuictas Sanctissimi Sacramenti supplicationes. Nam vixdum hic il- las rogasset; iam post annum xxv. iste abrogas- set. Quæ tam subita mutatio videretur, ( præter- tim in re tantâ,) satis aliena ab Ecclesiæ confide- ratâ circumspectaque in ordinatis semel ritibus obseruandis, constantiâ. Sed hoc in medio re- linquo.

Illud affirmo, Cultores & comites Eucharis- tiæ per vicos latæ, amplis donatos esse indol- gentijs: x Et iam multò maximis in Fraternita- te Rosarij. Quapropter, (inquit Gretserus y.) *Mul- tis nominibus laudanda & cõmendanda est illa Fra- ternitatis Sacratissimi Corporis Christi Augusta Vindelicozum, ad S. Crucem instituta. Lex est de du- cenda, reducendaque S. Eucharistia ad ægros, aut aliò quòcunq; illius Fraternitatis familiã ducit hodie; Augustæ lumen illud & columen eiusdem generosa Domus Fucherorum.*

Atque Fraternitatem hanc ex nostra quon- dam fuisse natam atque progressam vel istud sat docet; quòd ad Rosarium, in V. Sacramenti ho- norem offerendum Deo, meditatiunculas viri- pij ex ipsis ter Augustissimi Sacramenti Myste- rijs repetitas designarint, ad modum in Fraterni- tate à B. Dominico traditum & relictum. Ut nimirum similiter eæ singulas etiam Angelicas Salutationes comprecantis menti, si allubuisse,

ob.

objici possent intendæ. Eas, sicut non incito carmine est complexus Iodocus Beyffelius, domi- nobilis Patricius Auis granensis, I. V. Licen- tiatus; à consilijs Maximiliano. I. quondam in- nimus: ita hic ordine subiectas reddam.

## I. P A T E R. A V E.

Myste- ria De- cadis Primæ	} 1. Lateant quæ Sacra retexam. Fas sit, operæ canam.	} AAE		
			} 2. Quæ præsignata Figuris; Quæ cecinere Patres.	} AVE
} 4. Sociatur Sponsa Marito: Coniugis Arra Dei.	} AVE.			
		} 5. Mactatur mysticus Agnus: Victima munda rubet.	} AVE	
} 6. Percussa flumina petra: Mystica mella fluunt.	} AVE.			
		} 7. Immortalis pabula vitæ: Collige Mannua bonum.	} AVE.	
} 8. Sacros Deus excitat ignes: Dulcis abundat Amor.	} AVE.			
		} 9. Nitet Spes vnica mundi: Proficit alma Fides.	} AVE.	
} 10. Pax. Lumen, Gratia, Virtus. Quicquid habere Bonum	} AVE.			

## II. P A T E R. A V E.

Myste- ria De- cadis Secun- dæ.	} 1. Deus adest; mirabile dictu: Filius Ipse Dei.	} AVE .		
			} 2. Summi est Genitoris imago: Gloria tota Dei	} AVE,
			} 4. Vitam	} AVE.

Panc sub hoc modi- co.	4. Vitam qui ducere auabit: Vicerit ipse DEVM.	Ave.
	5. Qui Virgine natus ab Alma: Notus in orbe venit.	Ave.
	6. Docuit qui cernere Verum: Et carpere Amoris onus.	Ave.
	7. Morbos qui pellit inertes. Quem tetigisse, salus.	Ave.
	8. Reuocat qui morte sepultos; Quem coluisse, sat est.	Ave.
	9. Lauit quem Magdala fletu: Cui maaduerere pedes.	Ave.
	10. Larus qui in Monte refulsit: Quo pia corda calent.	Ave.

## III PATER. AVE.

Myste- tia De- cadis tertia.	1. Humili qui vectus a fello. Dulcere sedit onus.	Ave.
	2. Magni qui pignus amoris: Se dedit ipse suis.	Ave.
	3. Tremuit qui morte futura: Sudor & ipse rubet.	Ave.
	4. Gessit qui vincula palmis: Vincula nostra cadunt.	Ave.
	5. Ludit quem purpura Regem: Speret & ille nitet.	Ave.
	6. Dedit & qui tergora flagris. Sputa, alapasque ferens.	Ave.
	7. Spinis qui sanguine tinxit: Spinea ferra rubent.	Ave.
	8. Crucis, est, qui pōdera gessit: Qui tulit orbis onus.	Ave.
	9. Laceros Iesus occulit artus: Stat C uce tentu Homo.	Ave.
	10. Veniam t. rōmōus orans: Culpa remissa reis.	Ave.

II IPA

## IIII. PATER. AVE.

Myste- ria Deca- dis quar- ta.	1. Moribundam cerne Mariam, Virginis ora cape.	Ave.
	2. Gemitus sonuere dolentes: Te DEVS alme iurans.	Ave.
	3. Qui fellea pocula sensit: Me IESVS Ipse sinit.	Ave.
	4. Pretiosi dona Cruoris: Quod scidit hasta latus.	Ave.
	5. Luxit quem tellus & æther: Saxea corda mouens.	Ave.
	6. Matri qui redditus orbæ: Frigida membra rigent.	Ave.
	7. Exanimis, claususq; sepulcro: Myrrha, aloësq; latent.	Ave.
	8. Moriens qui Tarrara fregit: Surgere Mortipotens.	Ave.
	9. Qui Corpus ad æthera vexit: Hic, qui tamen ipse manet.	Ave.
	10. Miserum qui iudicet orbem. Præmia iusta ferens.	Ave.

## V. PATER. AVE.

Myste- ria Deca- dis quin- ta.	1. Stupeant quod culmina cæli: Quod ratione caret.	Ave.
	2. Panis substantia nulla est: Est integer ipse DEVS.	Ave.
	3. Est, quo tantum vertimur in Quid.	Ave.
	4. Cætera prisca manent. Res hæc mutatur in illam:	Ave.
	5. Mira est concordia QUANTI: Sunt duo Quanta simul,	Ave.
	6. Situs	



- |                                  |   |      |
|----------------------------------|---|------|
| Fane-<br>sub hoc<br>modi-<br>co. | 6. Situs est IESVS ordine miro:<br>Pars quodque cuncta tenet. | AVE. |
|                                  | 7. Nullo substante figura est:<br>Stat sine sede color.       | AVE. |
|                                  | 8. Bonis est medicina salutis:<br>Mors capit ipsa malos.      | AVE. |
|                                  | 9. Quis cuncta latentia dicat?<br>Est, quod sine fine patet.  | AVE. |
|                                  | 10. Nostri DEVS alme memeto:<br>Sim memor ipse DEI.           | AVE. |

z. In Bulla: III. FRATERNITAS NOMINIS DEI, IESV; eius-  
Decet Ro- que ortus ac Institutum magis Pontificum Ro-  
manū. &c. manorum, quam verbis meis describam. Sic P.  
a. In Bulla: vs V. z. Accepimus sane nuper, quod societas  
Iniunctum nominis DEI sue Jramentorum, originem &  
Nobis. & ortum habuerit ab Ordine Prædicatorum. De  
Eadē Gre- loco sic ante PRYM hunc PIVS. IV. a. In Bry-  
gor. XIII. in genſi, & pluribus alijs Hispaniarum civitatibus,  
Bull: Alias & alijs locis una saluberima Confraternitas sub  
fel. recor. vocabulo Nominis IESV instituta. De illius Institu-  
Sec. anno to idem ista. I Cuius Confratrum partes possi-  
1580. 9. Lu- miam essent, diligenter cauere, ne ipsi, vel alij toram eis  
lij. aliquo modo, nisi ob gravissimam causam, curarent;  
Fraternita- & contra facientes modeste admonerent. Summam  
tis IESV or- dabo ex Iulio, Gregorio, Pioque Pontificibus  
tus, Insti- breuissimam. II. Die Circumcisionis quoscun-  
tutum, In- que sibi benè visos presbyteros sæculares, vel  
dulgentiæ, Regulares, in suos possint eligere Confessarios;  
Indulta, qui auditos eos & eorum quemlibet ab omni,  
Privilegia, quacunque censura, delicto, voto, iuramento,  
Confirmatio. casuque valeant absolvere; (Saluo tamen iure  
tertij; & exceptis casibus Bullæ Cænæ; & votis  
Castitatis, Religionis, & peregrinationis Iero-  
solymitanæ, Compostellanæ, & Romanæ ad li-  
mina Apostolorum.) III. Confessi & commu-  
nicantes eodem Circumcisionis festo quolibet  
plena.

plenariam indulgentiam, & omnium peccatorum remissionem; itemq; in ingressu in Fraternalitatis, & in articulo obitus, consequantur. IV. Tempore interdicti suum Sacrum celebrare & audire; suorumq; Confratrum ac Sororū cadauera, cū moderatā Pompā, sepelire liberè & licitè valeant. V. Qualibet prima, vel secunda Dominica cuiusq; mensis totius anni, in perpetuum, ad Missam conueniant; & processioni solenni intersint, orantes pro Ecclesia: & consequi possint plenariam Indulg. & peccatorum omnium remissionem. VI. Nulli usquā liceat hanc Fraternalitatem instituere, absque licentia Prouincialis, seu Prioris Prædicatorum; sub pænis grauissimis: inuocato etiam ad id brachio sæculari. VII. Vetatur à quoquam vlllo modo impediri, molestari, &c. Sed commendatur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, &c. consilio, auxilioq; adiuuari.

Denique hæc in forma omnium optima Curie Apostolicæ ita stabiliuntur; vt nec sub quibusuis similibus, vel dissimilibus reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, modificationibus, &c. aut alijs quibuscunque dispositionibus in genere, vel in specie, per Nos, vel Successores, quibuscunque; ex causis, &c. reuocari, &c. possint. Et quoties his contraria emanabunt; toties in pristinum statum hæc restituta ceſcantur. Ipsas Pontificum Bullas ad calcem libri subnectemus. Neu cui illarum hinc inferta prolixitas accidat molestior.

IV. FRATERNITAS MISERICORDIÆ primum i. Est ca-  
creuit cum Eccles. inde ab ipsius infantia; quan- communis  
do k Credentium erat cor vnum, & anima v- omnium  
na. Qui vitæ communis amantes, in medium Fidelium.  
collatas omnes fortunas suas ad pedes Aposto-  
lorum deponabant; viduis & egentibus susten-  
tandis.

tandis. Cuius gratia creati septem Diaconi; qui tum mensarum essent communium administri; tum eleemosynarum dispensatores. De hac verè Christiana Fraternitate pluscula superior libro primo, cap. 9. Sed hæc vetera nimis; at vera & Fraternitatis, & Misericordiæ opera.

2. Fuit tantum potentium opibus.

Nec minus illa, ipsa annorum myriade posteriora; quorum supra capite 10. commemorati. Fraternitates, inquam, primùm; dein Ordines factæ Templariorum, Teutonicorum, Joannitarum, Hospitaliariorum; Iquam aliam ex condicito inprimis, deinde iuratò & ex professo; quam aliam dico, profitebantur Fraternitatem, nisi Misericordiæ in peregrinantes ad Terram Sanctam? Sed ea potentium erant duntaxat & paucorum; non multitudinis Fidelium.

3. Fit vulgarior, sed sine nomine.

Ergo coortâ, annis post ducentis, Fraternitate Rosarij, & feruentibus in ea studijs misericordiæ; imparitas facultatum atque largitionum, induxit Confratrum quoque diuersitatem piam, planeq; singularem. Ac demum ipsam Fraternitatem quandam misericorditer largiri volentium constituit. Serpsit ea diu priuato Prædicatorum instinctu, ac ductu; simul Coronariorum studio Confratrum eorum, qui Misericordiæ affectu & effectu colendæ addictiones sese gerebant. Sed auctoritatem ea in Ecclesia publicam, Sacram & Canonicam nondum indepra fuerat. Ad illam tamen egregiè sobolescens feliciter maturefcebat.

4. Nomen accipit & auctoritatem.

Deniq; sub annum 10. cccc. XLIII, B. Pater noster Joannes de Turrecremata Cardinalis, vtriusque & Ordinis, & Fraternitatis de Rosario Conseruator, illam ex hac ortam Misericordiæ societatem excepit; latè propagauit; prouexit altè ad Summa quæq; Ecclesiasticorum & Sæcula-

cularium capita in eam conscripta in Vrbe cum primis, & in tota Lombardia. k. Jam Reuerendissimi & Illustrissimi quique; in ea censebantur Cardinales, Episcopi, Prælati, Clerici; Principes, item ac Nobiles; in magistratu positi, priuatiq; copiosi ac voluntarij omnes. Jam in Vrbe templum Annunciatae, (vbi Conuentus suos, cultumq; diuinum celebraret ea Fraternitas) ipsi assignabatur: Jam ab eodem suæ apostolicæ Institutionis templo nomen acquirebat, vt *Fraternitas Annunciatae*, audiret eadem & *Misericordiæ*. Jam hoc impensius Matrem illa colebat Misericordiæ Mariam, manu liberali; simul admonitu loci ac tituli *Annunciatae*, Virginem Annunciationis Salutatione Angelica, ad Coronam ritè repetitâ, religiosius venerabatur: simul, ortus sui atq; progressus memor, sese filiam Fraternitatis Rosarij profitebatur.

k. *Leander Albertus li. 3. de viris Illustr. Præd. in vita B. Ioan. Turrecr.*

Conditur interea penè sæculum, & anni cedunt plures sexaginta. Labitur ætas, elabitur memoria Natalium dictæ Fraternitatis; at ea iam, velut ex se nata, vigebat. Sub annum M. D. Cardinalis Oliuerius Carapha adlaborat; vt, quotquot in Vrbe Cardinales essent, suum in eam singuli nomen volentes darent. Dederunt: (In hisce erat, Pontifex postmodum Leo X. dictus.) Hic Alexander Pæpa VI, factò ad memoriam insigni Fraternitatem eam cohonestabat. Domicilium Natalium ipsius, ecclesiam Annunciatae solenni ritu consecrat, addens illi Compatronum S. Thomam Aquinatem. Creatus post Pontifex Leo X, vno anno, ex ærario dictæ Fraternitatis egentium nobiles filias, de pudicitia alioquin fortè periclitaturas, tres supra sexaginta ad honestum matrimonium elocauit dotatas.

Exemplum Collectarum eiusdem illustre.

Eadem Fraternitas in Vrbe ab Leone X, talicuna

Egentum cum solennitate, legitur apud Leandrum, fuisse puellarum celebrata. Ad Sacrum Missæ: (quod Cardinalis pudicitia: patribat:) S. Pontifice, totoq; Cardinalium consilium præfente Collegio, nobiles egentium filiarum Romana, cultu vestium quam ornatissimæ; atvelata facies; à matronis honoratioribus binæ ac binæ ordine longo, ducebantur; præcūtib⁹ nonnullis de Ordine Prædicatorum, ac præcinentibus AVE MARIÆ STELLA. Sub Offertorij tempus certus quidam peluim argenteam ad Pontificem afferebat; perq; cæteros eandem circumferebat. Sanctissimus primus mille iniciebat aureos; reliqui dein quantum cuiq; liberabat.

Praestis diuinis, Pontifex sibi accidentibus suppliciter singulis puellis dabat, quantum in dotem satis cuique fore videbatur. Atq; ista de initio, vigoreq; Fraternalitatis Misericordiae reperio. Viget eadem hodieque passim locis compluribus, ad insigne Christianae beneficentiae exemplum. Est & alia: Sed huc nihil.

V. FRATERNITAS PACIS, siue CONCORDIAE ad istas in cæteris adnumeranda videtur. Cuius equidem vel autorem prodere certum, vel affirmare de ea plura non habeo. Noster B. Venturinus Bergomius quem ad modum, annis ab hinc penè trecentis, eandem restituerit, capite 8. libri primi sum executus. Cuius ego instituti ipsius primordia ad Fraternalitatem Rosarij refero eò: Quòd auctor B. Venturinus strenuus effecit paternarum Traditionum, Sanctiq; Dominici æmulator ac felix imitator; simul Rosarij cultor eximius, quòdquè Rosarij Fraternalitates ea tempestate mirifice florent. Dederint igitur illæ passim ex se prima ad Pacis Fraternalitatem semina inchoan-

choandam; quæ ipsæ tantum ad Concordiam semper valuerunt; quantum superius explicauit.

VI. FRATERNITAS de SALVE REGINA. Ista Deo, Deiparæq; gratissima Antiphona quam benè, salutariterq; euenit Ordini Prædicatorum pariter & Ecclesiæ toti; quando, quæq; occasione fuerit utrobique; primùm, dein ubiq; cepta vsurpari, adeoque demum præcepta; dixi superius. Fraternalitatem verò frequentantium ipsam, dum solenniter in Ecclesia decantatur, institutam olim fuisse: eamq; ut vocant, Filialem esse Rosarij; hoc est; ex illa Rosarij Fraternalitate progeneratam ac propagatam, M. Cornelius Scneķis, Joannes Lambshemius, alijq; testantur complures quidem: Sed ommissis riualis fontem ostendo. Is est M. Michaël ab Insulis, magnam partem Adiutor Fraternalitatis huiusce primitus instituendæ.

Fuit is Colonia anno 1475. Theologiae Professor & studiorum in Conuentu nostro Regens; quando P. Jacobus Sprengerus ibidem Prior; Deiparæ iussu, ut infra docebitur, Rosarij Fraternalitatem innouabat. Ad quod institutum suam illi operam Insulanus plurimum nauabat. Id temporis cum illius reformatione dictus P. Prior duas quasdam alias confraternitates, primus earum Autor factus Colonia, nostra in Ecclesia erigebat. Id ipse, qui eundem auxilio, consilioq; vnus adiuuabat impensius, proditum reliquit M. Insulanus in Quodlibetis Rosarij. Ac denique, quid in ea cuiq; & quatenus agendum incumbit, ita tradit.

*Si quis huius Fraternalitatis Frater vel Soror illius deuotissimi Cantici SALVE REGINA; (quod ut solet, in Processione singulis Sabbathi diebus, Dom-*

Vfus Cantici Salue Regina.

Autor & tempus ortæ huius Fraternalitatis.

Institutum eiusdem,

*nici, Profestis & Feriis ante Altare eiusdem Fratemitatis in predicto Conuentu, (Prædicatorum Coloniae) de sero cantatur: participationem habere voluerit; ipsum debere se ibidem presentare: Aut septem AVE MARIA, ubicumq; locorum tunc fuerit, pro se & Confratribus dicere præactus Fundator, (Prior Colonienfis,) statuit & ordinavit. Absq; tamen obligatione cuiuscumq; culpa: sed conformis pœna, qua tacta fuit.*

**Pœna omissi Instituti.** Fuit autem illa præacta verbis eiusdem Insulani, Si quis autem in aliqua hebdomada ex negligentia, vel certo proposito, vel aliqua occupatione neglexerit; non debet in alia hebdomada repetere: nec de illa omissione conscientiam, vel Confessionem facere. Quia nulla est hæc obligatio culpa: Sed duntaxat illius pœna: Quod, qui in aliqua hebdomada hoc omitterit; priuatur participatione aliorum pro eadem hebdomada. De Indulgentijs huius Societatis patebit libro 3. cap. 12.

**Autor & ortus eius Marialis.**

Perseuerat hodieque celebritas illa iam tum olim cœpta, qua dicti Cantici religio à pijs Colonienfisbus assidue frequentatur. Et tanto quidem etiamnum concursu ad templum hic nostrum facta frequentatur, Dominicis festisque diebus; quantum hominum templi capere amplitudo, quamuis permagna, quandoq; non potest. Ea; multitudo ad ferum vsq; vesperum summa cum modestia ac religione finem licui Cantici præstolatur.

**VI. FRATERNITAS S. ANNÆ,** Hanc ortam & progressam ex illa esse Rosarij constat anno, M. CCC. LXXVI. autore & Institutore Colonienfi Priore Prædicatorum Jacobo Sprengero: eodem qui & Fratemitatis Rosarij extitit reparator. Testis est, qui & ipsi in hac innotanda, & illa instituenda fuit adiutor D. Michaël ab Insulis.

Is in

Is in Quodlibet, de Fratemitate Rosarij materia. 2. Propositione 2. sic scribit anno M. cccc. LXXIX. Quia illa sanctissima vidua ANNA nobis Prolem hanc generosam; imò Sororem, piissimam virginem dico MARIAM, protulit; qua fructum vitæ attulit: hinc est, quod pro aliquali gratitudine, in honorem horum trium: scilicet Matris Annae, & Filia Mariae, & Filij CHRISTI. Dei & hominis, singulis tertijs ferijs tria Pater noster, & tria AVE MARIA, à Confratribus & Sororibus huius Fratemitatis dici, & sibi inuicem communicari prænominatus Fundator optauit, & petiit. Eadem verbis totidem F. Ioannes Lambhæ, Canonicus Regularis & Procurator Monasterij S. Mariæ in Kirchgarten prope VVormatiam: in libellu de Fratemitate Rosarij cap. 1. e dicto anno. 1495.

Causa institutionis.

Pensum precum.

Ortam sic & institutam Coloniae Agrippinae Filiam Rosarij, continuò Religiosi Fratres Carmelita videntur excepisse, ac sedulo procurasse; libente ac volente autore P. Sprengero. Quâ causa Rumualdus Laupach, Prior Conuentus Francofordiensis Carmelitarū orauit, & exorauit Abbatem Spanhiemensem, Ioannem Trishemii, virum id ætatis longè & doctissimum, & Scriptis hodieque celeberrimum; vt, quæ posset ac nosset de S. Anna, eiusque Fratemitate nouitia, in libellum collecta lucem adspicere sineret, ac typis euulgari. Fecit hic istud anno 1494. qui decimus erat institutæ Fratemitatis: simul de eadem capite. 15. ita narrat. [ Pia deuotione moti (Prædicatorum,) sub nomine Rosarij Fratemitatem instituerunt. Quæ iam per diuersas mundi regiones aded vulgata est; vt nulla penè sit provincia, in qua non plures habeantur. Considerantes autem deuoti beatissimæ Annæ cultores, quod ex his Fratemitatibus deuotio Fidelium multum possit proficere, EXEMPLO ROSARIL

O 5

lau-

laudabilem Congregationem ad honorem S. matris Annæ cogitauerunt erigere: quatenus Nomen & laudes tantæ Patronæ ad multorum notitiam valeant peruenire. Cœpit itaque, hæc sancta Fraternitas, (intellige, non primùm in- firui: sed extra Coloniã egressa propagari: in Osnaburgensi diocesi: & per Conradum, dictæ Ecclesiæ Pontificem, ante hoc fermè decen- nium, sub Friderico III. confirmata, miraculis- que, vt fertur, comprobata valdè multiplicata est. Deinde Rumoldus de Laupach, Prior Con- uentus Carmelitarum Francoforti, maximus diuæ Annæ cultor & amator, ad instantiã quo- rundã nobilium inſitorũ eandẽ Fraternitatẽ in prædicto suo Conuentu instituit. Quam Ber- tholdus de Hennenberg, Ecclesiæ Moguntinæ Reuerendissimus Archipræsul cõfirmavit. Sum- musque Pontifex Innocentius VIII. anno Ponti- ficatus sui octauo, eandẽ Apostolica Autoritate approbauit. Et quidem digna institutio, vt Fra- tres Charmelitæ; qui titulo Beatissimæ Dei Ge- nitricis specialiter sunt insignes; in Matris, quo- que laudibus existant promptiores. Magnus hodie & copiosus personarum numerus vniuf- que sexus in hac Fraternitate est; qui mira & multa pro honore S. Annæ quotidie faciunt, & impendunt. Ista Trithemius. Inuehitur dein aduersus eiusdem obtreçtatores.

Propaga-  
tio & con-  
firmatio.

Relatio fa-  
cti aut ex-  
empli gra-  
tia.  
*Refert idem  
Trithem.  
Abbas li. de  
Fraternita-  
te S. Anna  
cap. 12.*

Porro dictus Lambshemius in suo libello Ro-  
sarij, cap. 8. quoddã tertiã quæque feria S. Anna  
cultui præcipuo sacra sit & dicata; ex tali refert  
occasione accidisse. Legitur, inquit, quod iuue-  
nis quidã prædiues, fortunis omnibus dilapida-  
tis, ad extremã peruenit egestatẽ. Desertus igitur  
ac animi æger, in tales lacrymans voces erupit:  
O Deys si quisquã sit in cælis Tuorũ, qui mis-  
ros miseratur; is, oro, misero mihi subueniat.  
Fortè surrepēs, aut immisus mæstũ somnus cu-

pit: astar, ecce, cultu peregrini, S. Iacobus mi-  
nor Apostolus, qui ait: S. Annã voca aduocatam  
& cole sis. Per ipsam placuit Deo & afflictis so-  
latiũ, auxiliũq; & egenis opẽm, & in firmis dare  
sanitatẽ. Et Iuuenis: Colã, inquit. At quo id mo-  
do? Ille, tertiã quæque, ait, feria ipsius honori orabis  
ad Deũ ter Pater & Aue, cũ cereolo incenso: quod  
ea feria in lucẽ ipsa nata fuerit primùm mortale;  
eadẽq; post in immortalẽ. Dixit: & euauit. Iuue-  
nis, quod iussus, sedulo factitat. Deniq; cereolum  
triplicat; primũ Christo, Mariæ alterũ, tertiũ S.  
Annæ accessũ offeres Cõrigit ex hoc eũ prosperi-  
agentẽ inter sui Principis, Terrã Sanctã visitatis,  
comitarũ assumi. Nauigãtibz coorta aliquando  
tẽpestas seua omnẽ penẽ spẽ vitæ ademisset; nũ,  
post Deũ, Diuorũ quoq; pietas inuocata spẽ re-  
liquam dedisset. Iubet Princeps suorũ quemque  
Diuorum Patronorũ opem impiorare. S. Annæ  
præcipuẽ preces sunt ac vota. Fit tranquillitas;  
& respirantibus cunctis lætitia. Crescit venera-  
tio S. Annæ; & hic eius cultor præcipuus in soli-  
dã venit gratiã apud Principẽ. Qua, cũ Dei gra-  
tia, diu prosperẽ, constanterq; vsus, demũ inter  
laudes Iesv Mariæ, sanctæque Annæ, eos quasi  
præsentes affatus, spiritum reddidit obdormitẽs.

Sed hic ego, sicut & Trithemius, (cuius ad Ro-  
muã verbis vtar:) *miracula Anna ab hoc volu-  
mne reijcimus: ne viris eruditis, (qui his non facile ad-  
hibet fidem) præct. utũ nostrum suspẽctum redderemus.  
Alio itaque tempore de illis reuocetur historia.*

Atq; ista, quoad Filiales, vt vocant, Rosarij  
Fraternitates, mihi quidẽ notiores aliquas, hoc  
loco sufficiant. Quæ quidem singulæ eiusmodi  
sunt; vt earũ de Genitricẽ Rosarij Fraternitate  
dicere mihi posse videar, quod Sapiens: *k iustus,  
qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios re-  
linquet.* Nam vt l. *Confusio patris est de filio indif-  
cipi-*

k Prou. 20.7  
l Eccles. 22.3  
m Prou. 24.0

LIB. II. DE FRAT. ROSARI

*iplinato: Sic m. exultat gaudio pater iusti; qui sapientie genuit. Ita quoque illæ Fraternitates minimè degeneres, corona sunt & gaudium Rosario. Ni-*

*n Horatus  
Flac. lib. 4.  
Cec. 4. Oda.*

*n Fortes creantur fortibus & BONIS.*

*Est in iuvenis, est in equis patrum  
Virtus: Nec in bellum feroces*

*Progenerant Aquila columbam.*

*o Ter. in  
Adelpb.*

Et Terentitanū illud vel in hac nostra Fraternitatum dictarum Genetrice, docetur esse verissimum:

*o Vt quisque sobolem suam vult esse; ita est.*  
Vnde non abs re est, quod dixit quidam: *Imago patris, filius est.* Tales erant Fraternitatis fetus, quale semen in se. Ipsa gerebat. Nunc pedem ad alterum sæculum proferamus.

CAPVT XIII.

*De Fraternitatis vbiuis locorum studio atque propensione aduersum Prædicatores suos ac Patres spirituales: Quæ velut Notæ seipsa Fraternitas consignauit ac testatur hoc*

*saeculo XIII, quo de agimus.*

*Mutua  
communi-  
catio Fra-  
ternitatis  
& Ordinis  
est.*

**N**ON ego hanc appenderem hinc velut laciniam, de summa Fraternitatis in suum Ordinem cognatum, voluntate atque beneficentia; si non huius cum silentio prætermissio perinde nobis ad turpem ingrati animi notam valere videretur; sicut eiusdem commemoratio ad Fraternitatis laudem meritam altius cumulandam facit. Nam quantum collati beneficij dantem obliuisci deget; tantum accipientem de- decet idem. Accepit ab Ordine Fraternitas quantum à Spiritualibus Sæculares poterant expectare. Contulit vicissim Fraternitas in Ordinem suum Paternum, seu, vt volueris, fraternum plu- ra &

ra & maiora; quam vnquam postulare huic in mentem; venisset. Adeò a. in præsentì tempore vnus; abundantia alterius inopiam supplebat. Quia huius abundantia illius inopiæ fuerat supplementum; vt facta sit æqualitas: *sicut scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.* Fuit autem Fraternitatis in Ordinem munificentia talis ac tanta, quæ sola sibi sufficiens erat; vt suâ seipsam singularitate atque magnitudine ad posterorum memoriam consignaret: simul testaretur se Ordini debere multa; velle plura; communionem mutua coniunctam semper adhæsisse; viguisse, floruisseque plurimum.

Notas Ecclesiæ multas, & illustres recensuit perquam scitè; & eas grauissimè, doctissimèque demonstrauit Thomas Bozius. In hisce illam demonstret ponendam censuit, & rectè; quæ est de liberalitate, magnificaque munificentia Christianorum laicorum summi infimique Ordinis, seu mediocri erga Ecclesiam, vt omnium Matrem spiritalem b. Cùm igitur certa sit Fraternitatis in Prædicatores primæua benignitas: eum insignita sit eadem; inter Notas eius quæque debet, & vult in Acta referri.

Sic & c. euangelicarum commemoratur mulierum liberalitatis officium, quod de fortunis suis Domino atque Discipulis; benignè fecerunt. Sic primitiæ Ecclesiæ largitas profusa laudatur, ad pedes Apostolorum omnia in commune deponentis, d. Sic Apostolus Corinthiorum; sic Macedonum in Constatres, sic aliorum in se officiosam prædicandam; liberalemque Charitatem recensuit. Et ipse voluit Seruator; vt seminantes spiritalia, quæ ipsis apponerentur carnalia meterent: *vt Sicut B. Humbertus loquitur. f. sua communicansibus communicetur Spiritus*

*Liberalitas  
numeratur  
in Notis  
Ecclesiæ.*

*Eadē est &  
Fraternita-  
tis testis ac*

*Nota me-  
moratu di-  
gna.*

*b Tho. Boz.  
de Notis Ec-  
cle. li. 10.*

*c Luc 8. 3.  
d Act. 4. 34.*

*e Luc. 9. 4  
f. 1. cor. 9. 11*

*f. B. Humb.  
Serm. 90. li. 2*

*S. qui datur calcantibus terram & concordibus Spiritu.*

Sed nota sunt hæc, & certa. Certa nunc item Fraternalitatis in suos Prædicatores demonstratur liberalitas. Hanc ita demonstro. 1. Cum professus sit Prædicatorij Ordinis paupertas; non, ut cæterorum ante ipsum Ordinū religiosorum; reddituarias; sed mendicans simul & prædicans; cæteraq; in populum administrans Sacramenta. Cum maximi semper ad eundem fuerint Ordinē nostrum hominum concursus, de salute sua consulentium; 3. Cum horum largæ sint factæ & in Conuentus elemosynæ; & oblationes in templa, & donationes in viuis; & post mortem legationes; 4. Cum etiam frequentia eorundē apud Prædicatores humanda sepulcris inferri funera consueverint; 5. Cum deniq; inter omnes nulla pars hominū coniunctior, nulla fortē maior adhererit Ordini; atq; ea, quæ in tali, tantaq; Fraternalitate Rosarij datis nominibus recensebatur. Cum ista, inquam, ita sese habeant; quis non videt, planeq; intelligit, potissimā & liberalitatis laudē compereri Fraternalitatem; & à nobis meritam illi deberi gratitudinem? Dixi multa & magna; nunc doceo singula.

PRIMUM. De gratuita Mendicantis Ordinis prædicatione, eiusq; facta per Pontifices ad Magistratū vtrumq; ac populum commendatione, [Sic Honorius III, Anno cto. cc. xxi. die 25. Noue. [Si personas religiosas diligere & honorare curatis; Deo satis obsequium exhibetis qui, quod vni ex minimis suis sit, sibi fieri asseuerat. Rogamus proinde deuotionem vestram, & exhortamur attentè, per Apostolica vobis scripta mandantes; quatenus dilectos filios Ordinis Prædicatorum; quorum vtile ministerium, & Religionem credimus Deo gratam; in eorum proposito laudabili conuocantes, ad officium Prædicationis ad quod

quod deputati sunt, curetis benignè recipere; ac habentes eos pro nostra, & Apostolica Sedis Reuerentia commendatos, in suis necessitatibus assistatis; qui verbum Dei gratis & fideliter proponentes, intendendo profectibus animarum, ipsum Deum solum secuti, Paupertatis titulum prætulert. Preces & Mandatum Nostrum taliter impleturi, ut in iudicio stricti examinis Dei positi ad dexteram cum electis, regnū Dei cum eis percipiatis æternum. Non audituri, sententiam damnationis reproborum; quos pro contemptu Talium ipse Deus, qui se asserit in eorum despectione contemni; perpetuo incendio deputabit.] Huic pontificia commendationi ramentis abundè fecerint satis; alij cum plures; istos tamen in primis fecisse dico; & facile mihi rerum æquus arbiter assentietur; qui Prædicatorum laboris fructum in vira sua insigniorem præferbant. Qui ad pietatis cultum, velut classico euocati; alacrius præeuntes verbo factiq; duces suos sequebantur Prædicatores. Qui in partem laborantis Ecclesie affectu dolentiore veniebant, opemque prece Rosarij professæ & Prædicatoribus persuasæ, impensius ferebāt. Atque hi erant de Fraternalitate Rosarij,

Verū optimorum hæc beneficentia dolebat maleuolorum oculis inuidentiæ. Obijcitur Ordini ut sua quærenti, cupiditas. Multis per id manus clauditur; auertitur multis largiendi voluntas. Interim iustus patitur. At compatitur huic, nec patitur illā grassari lōgius maleuolentiā Pōc. Gregorius ix. Quare ita filius tonitruū: [Quoniā, intonar, abundauit iniquitas, & refrixit charitas plurimorū; Ecce, Ordinem dilectorū filiorū Fratru Prædicatorū Dominus suscitauit. qui NON QUÆ SVA, Sed quæ sunt CRISTI, queretes, tam contra præfigandas hæreses, quæ contra pettes

Obijcitur  
Ordini cupiditas.

Hac liberatur calūnia & commendatur.

Esse demonstratur.

Ordinis professæ paupertas & gratuita prædicat commendatur Prælati & subditis.

alias mortiferas extirpandas se dedicarunt euangelizationi Verbi Dei, in abiectione voluntaria Paupertatis. NOS igitur eorum Sanctum propositum, & necessarium ministerium fauore beneuolo prosequentes VNIVERSITATI vestrae Ipsos affectuose duximus commendandos; Charitatem vestram rogantes, & exorantes in Domino; ac per Apostolica vobis Scripta mandantes; quatenus dilectos filios Fratres Ordinis memorati, pro Reuerentia diuina, ad officium Prædicandi, ad quod deputati sunt, recipiatis benignè; ac populos Vobis commissos, ut ex ore ipsorum, Verbi Dei semen deuotè suscipiant, non prohibeatis. Et consecrantur iisdem cum Ipsi Nostra Autoritate liceat confessionibus audire, & pœnitentias iniungeret. Sedulo admonemus pro Nostra, & Apostolicæ Sedis Reuerentia, in suis eis necessitatibus liberaliter assistatis; quatenus ad prædicta suscipienda vestris exhortationibus populi præparati, tanquam bona & fructifera terra pro vitiorum tribulis incipiat segetem germinare virtutum; & dicti Fratres per cooperationem vestram suscepti, ministerij cursum feliciter consummando, operatum reportent sui fauoris fructum & finem, salutem videlicet animarum. &c.] Dicitur factum. Res loquitur.

Quantò liuidius inuidebant, qui in via Cain aliuerunt, g tantò libentius ad munera Abelis, eiusque similibus respiciebat Deus. *b.* Non tanta Moyse ad Tabernaculum, *i.* ad Templum Salomoni; quanta ad Conuentus & Basilicas numero 4143, teste Genebrardo, intra paucos annos Ordini Prædicatorum, (taceo Minoritas,) vltro Christiana pietas offerebat. Quas ad struendas quid cuiusque loci Magistratus, quid potentiores fecerunt, Deo Pontificique obsecrati, recte

recta ipsa loquuntur. Quid priuari, nobiles, ignobiles cuiusque status ac Ordinis ad templorum ornamenta contulerint; relicta passim apud nos restantur monumenta; loquuntur Archiua; in oculos inque sensus ingerunt signa, templorum pilis incisa; erecta epitaphia, strata sepulcrorum saxa; vitra arte pictoris inusta; in sculpta inscriptaque æra; imagines erectæ; in suspensis clipeis gentilitia insignia; excitatorum dotes altarium; stata Iusta fundat; calices, aliaque vsa aurea; Lipsanothece signis, nominibus, titulis inscriptæ; casulæ, dalmaticæ, antependia, picti tapetes, cæterumque templorum sacrum instrumentum. Hæc, inquam, Benefactorum quondam nostrorum liberalitatem testantur ac pietatem; conseruant memoriam; & gloriam in cælis amplificant.

Benefactores autem tales, tamque eximios potissimum sua dabit Ordini hæreditas illa deuota, hoc est, Fraternitas Rosarij. Cuius indicium certum inde vsq; ab ipsis Ordinis constituti primordijs repeto illud; quod hodieq; in Sacris Defunctorum vsurpamus, hisce verbis: *Congregatione nostra Fratrum, Sororum, Familiarium, Benefactorum, qui ex hoc seculo transferunt.* At qui Familiares hi; qui a Fratribus & Sororibus professis proximi sunt, & priores Benefactoribus? Non ego hic attendo, quos Iura apud Syluestrum *l.* describant, vel distinguant Familiares. Similes tamen illis sunt nostri; qui ad Ordinis Beneficia ritè accepti, ad instar Conuentualium sunt facti, propter sua in nos merita: suntque Benefactores; sed eximie, modoque singulari, ob manus beneficæ; imprimis tamen ob constanter beneuolæ mentis pietatē Huiusmodi autē Familiares solènter facere, ac esse placuit Ordini toti, & Sedi Apostolicæ, Omnes vniuersim, quotquot

Indicia beneficæ factorū.

Familiares de Fraternitate sunt maximè benefici in suos Patres spirituales.

*l. Sylu. in Summa verbo Familiares.*

Cumla-  
tur benefi-  
cij.  
g *l. d. v. 11.*  
h *Gen. 4.*  
i *Exo. 35.*  
k *l. Part. 29*  
l *2. Par. 1.*  
e. *Chr.*



in Fraternalitatem Rosarij adscriberentur Quod inferius docebitur lib. 3. cap. 13. Itaque talium Familiaritatem peperit Ordini sua professa paupertas; Gratuita prædicatio; Pontificum commendatio; & sua ipsorum addicta pietas.

ALTERVM: DE FACTO AD NOS CONCVRSY: Quorum hic fuisse putandus est; nisi cum aliorum. tum maxime istorum in Fraternalitate nostrorum Familiarium; Ab hisce sui in Prædicatorum Ecclesijs fraternali conuentus agebantur: his, cæterisque ibidem omnibus Ecclesiastica Officia publicè, & Sacramenta administrabantur: multi priuatim ad colloquia cum Prædicatoribus in Conuentu conueniebant, consilia de salute capturi.

Quod cum in Religiosis ea tempestate nouum esset ac insolens, multisque animos ciceret, & linguas; visum idcirco fuit Apostolicæ Sedi, edita perpetua Constitutione tali esse prouidendum: [Cum tanquam veri, & fideles CHRISTI Ministri elegeritis Vobis in domo Domini mansiones; dignum esse credimus, vt habitacula vestra inter alias HONORABILES CONGREGATIONES Fidelium statuamus. Hinc est igitur quod vestris supplicationibus inclinati, præsentium autoritate decernimus, vt ECCLESIA VESTRA OMNES, vbi Conuentus existent, CONVENTVALES VOCENTVR.] Hæc Gregorius IX. Idem decreuit & Confirmavit Innocentibus IIII anno M. CC. XLII.

Nouum hoc, inquam, tum fuit; sed ad salutem plurimorum necessarium. Nam ante hac, inquit Syluester, in Conuentus significauit Capitulum, siue Collegium Regularium: sicut domus Monachorum vocantur Monasteria: Deinde apud Mendicantes; quorum domus non habebant nomen proprium; hæc Conuentus quoque sunt appellatæ. Nimirum, quod hi conueniebantur iisdem de causis, quibus

bus antea Clerici Regulares, ob consilia spiritalia, apud eos capeffenda, & doctrinam, Sacramenta, & id generis alia: Ad quæ huc vsq; nulla vnquam communiter pertinerunt Religiosorum cœnobita: ita arctam ea clausuram obseruabant ex Instituto.

Vt igitur Familiaribus nostris, cæterisque omnibus liber esset quocumq; tempore accessus ad Ecclesias, Domusq; nostras; placuit eas Pontifici iubere esse *Consensuales*. Quod quantum à Parochialibus differant; satis ex ipsa voce liquet. Nam Parocciæ iurisdicctio in certos tantum, ponè habitantes, sese extendit: nec vltra in alios. At in Conuentualibus Ecclesijs legitimus, licitus ac validus est omnibus, vndecunq; sint locorum, vsus Sacramentorum, (extra Baptismum, & Matrimonium,) Officiorum diuinorum, Prædicationum, Oblationum, ac Sepulturæ. Vt idem Syluester n. mōnet.

TERTIVM de Oblatis aut Donatis, Et hæc Familiarium nostrorum in Fraternalitate liberalitatem testantur, ad vsque inuidiam multorum, multa querentium & causantium aduersus Prædicatores. Id Apostolica Scripta satis loquuntur; eaq; diuersa, & plura. Vnum partim dabo. Sic Innocentius IV, anno dō. CC. XLIV, die 15. Septemb. [Nimis iniqua vicissitudine Largitori bonorum omnium responderetur; dum hi, qui de Christi Patrimonio impinguati; luxuriant damnabiliter; in eodem CHRISTVM patenter in Famulis suis persequi non verentur; ac si factus sit impotens Dominus vltionum.]

Cum enim dilecti Filij Fratres Prædicatores, abnegantes salubriter semetipsos, elegerint in altissima Paupertate CHRISTO pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes; non

Item Parochiales & Conuentuales Ecclesiæ differunt.

n. Sylu. verbo Parochia.

III. Capaces redduntur Prædicatores Oblationum & donorum.

in Syl. in Summa, verbo, Conuentus. Monasteria & Conuentus differunt.

desunt pleriq; tam Ecclesiarum Prælati, quàm alij; qui cæca cupiditate traducti, propriæ auiditati subtrahi reputantes, quicquid prædictis Fratribus Fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant. Volunt namque, (etsi non omnes) ipsis inuitis eorum confessiones audire &c. Nec volūt, vt Corpus Christi in eorum Oratorijs reseruetur; vt Oblatio suis vsibus cedat, &c. Quicquid etiam eis, dum celebrant Missarum solennia intra domorum suarum ambitum, pia Fidelium deuotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contententes: quod eisdem tam ornamentis Altaris, quàm in libris Ecclesiasticis absolute confertur, vendicant perperam iuri suo.] Sic Innocentius.

Hoc istis effectum est; vt vsq; profusior optimorum quorumq; panderet sese liberalitatis in nos sinus: ac præter oblata, etiam legata facerent & magna, & multa. In quorum partem venire, vel etiam intrudere cum nonnulli attentarent, sese Pontifex interposuit Alexander IV. anno M. CC. LVII. die 8. Julij: quando ita scribebat. [Ex parte vestra fuit propositum coram Nobis; quòd nonnulli Prælati, & Rectores Ecclesiarum, de his, quæ à fidelibus in ornamentis, vel pro eis, seu fabrica, Luminariibus, Anniuersarijs, Septimo, Tricesimo, siue alij; ad perpetuum cultum diuinum vobis legantur; quandoq; Tertiam, interdum Quartam partem, frequenter medietatem vobis, seu vltimarum Executoribus voluntatum, aut decedentium hæredibus exigunt, & extorquent nomine Canonice portionis, &c. Super his igitur prouidere volentes, &c. decernimus, ne exigere & extorquere præsumant.] Hæc Alexander.

Atq;

Atq; idem rursus eodem anno, 15. Januar. [Frequenter euenire percepimus, quòd quando aliqui Fideles bona sua pijs locis, & pauperibus deputant; aliqua de bonis ipsis pijs Fratribus] Prædicatoribus, [pro ædificijs, libris, vestibus, ac etiam alijs eorum necessitatibus largiuntur. Nonnulli verò bona Fratribus, intuitu diuinæ retributionis, in vltima voluntate relinquunt; conantibus vobis aliquando mediam, &c. partem extorquere, in graue ipsorum præiudicium, & scandalum Fidelium. Nos itaque misericorditer attendentes, quòd non solum indecens & indignum; imò & penitus ab omni humanitate remotū, aliquid de præmissis ab eisdem Fratribus exigere; qui sub extrema paupertate viuentes de Prælatorum & Ecclesiarum eleemosynis deberent penitus sustentari: Vniuersitati vestræ iniungimus, &c. & districtè præcipiendo mandamus, quatenus, &c. nihil vltra exigatis] &c.

QUARTVM ex ijs, quæ ad testandam Fraternalitatem, eiusq; in Prædicatores beneficentiam superius adduxi, erat DE SEPULTVRIS. Hæc apud nos à multis exposcebantur. Sed à quibus potius; quàm ijs, qui in familiam admissi nostram, inq; meritorum spiritualium participationem? Hi in vita nobis coniuncti; in morte separari nolebant. Ibi vita functi corporum quietem extorrebant; vbi animarum salutem procurauerāt viuui. Vbi Fraternalitatem nouerant conuenire ad orationes pro viuuis ac defunctis; ibidem, quantum poterant, esse præsentem semper ac proximi exoptabant. Sed reclamabant, seq; medios obijciebant multi. At his silentium imperant Pontifices; Cæmeteria nostra perinde, vt templa, faciunt Conuentualia, & quibus vellemus, aperta. Sic Gregorius IX. in Bulla: *Cum à no-*

## IV.

Jus sepultura Familiales nostri nobis causaue-  
runt, & ij præcipue.

bu, &c. Innocentius IV. in Bulla: *Cum tanquam veri, &c.* Martinus IV. & alij: demum Sixtus IV in *Mari Magno*, Jus omne Sepulturæ complexus est.

Quapropter cum liquidæ Pontificum Bullæ tam luculentè testentur maximos maiorum quondam ad nos concursus; largas oblationes; donationes magnas; Legata pia; frequentesque sepulcras mortalium: Cum etiam Ordinem inter & Fraternitatem arctam semper necessitudinem constituisse tam certum sit; quam multis supra manifestum est argumentis; ut mutuis iuicè benevolentia; studijs atque officijs certarent: Jam nulli esse dubium potest, qui potissimum illi fuerint; quorum Conuentus, dona, legata, sepulcraque Pontifices defenderunt; ut contra malevolos, in eorum fauorem, talia Decreta sancirent.

*Dices*, Nullū ex istis Pontificum Decretis vel verbo meminisse Fraternitatis: Proinde nec ea in illius testimonium, aut fauorem esse interpretanda. *Respondeo*: 1. Fraternitas non nominatur: quod præter hanc plures Ordini benigne faciebant. Nemo igitur nominatur; ne Decretum aliquos nominando, minus reliquis fauere omnibus videretur; atque tueri nominatos tantum, alios deserere omnes. Quæ igitur Sedes Apostolica in Ordinem excitare omnium liberalitatem volebat; ea pro omnibus generatim scribendum quoque iudicabat. 2. Deinde, quod ante eam ætatem recepto more vix unquam fuerit vsurpatum, ut Pontifices Bullis publicis Religiosos Ordines approbarent ac confirmarent; (silentium enim & toleratio, eorundem censebatur adprobatio.) Sed id visum Honorio III. fuit faciendum, Prædicatum atque Minoritarum Ordinis gratia; quod

uter-

uterque nouus, ac ab alijs antegressis diuersum Institutum in Ecclesiam induceret. Quanto insolentius erat Romanæ Curia; alicuius Fraternitatis uulgaris ac promiscuæ terminos nouos in breuissimas suas Apostolicarum Litterarum formulas inferre? Factum tamen & hoc est tandem; cum ætas longa, multusque vsus Fraternitatis religionem, Ecclesie toti gloriosam ac salutarem comprobasset; ac alia; simul necessitates instarent. De quibus Bullis ex ordine temporum suo loco inferius libr. 3. capit. 6. 7. 8.

Atque ista sunt, quæ de Fraternitatis nostræ primo sæculo, ab anno M. CC. vsque ad M. CCC. in medium afferenda habebam. Nunc ad statum, quem consecuto sortita est sæculo, Duce Deo, Deiparaque progrediamur.

#### CAPVT. XIV.

*De Progressu Fraternitatis ab anno Christi  
M. CCC. vsque ad clo. ccc. l.*

**H**Astenus cetera satis rerum, ac temporum sequi vestigia mihi licuit. At in hac ætate tertij supra decimum sæculi à Christo nato, vixdum rara conspicio; quorum ductu Fraternitatem nostram, Scriptorum quidem permeans monumenta, affectari queam, ac demonstrare. Mirum silentium! Sed non solum accidit Fraternitati. Nam & de Lauretana Æde ac Virgine perinde loquuntur litera; silentium, vix vllæ quicquam eorum miraculorum; quæ aut inopia, hoc eodem sæculo nec pauciora, nec minora fuerunt, haud dubiè, designata; quam temporibus consecutis acciderunt; aut nostris ibidem perpetrantur.

P 4

Quare

Cur in Bullis istis Fraternitas nusquam exprimitur.

Quare Scriptorum, (non testium tamen), inopia brevis esse cogor. Qualia tamen cunque vestigia reperero; illa signabo. Istud hic interim submoneo: Et Adem Lauretanam; & Fraternitatem cum Rosario, sese constanti magis Traditione tueri; quam stylo Scriptorum. Non egent teste litera; quæ gaudent conscientia.

Vestigium  
& indicium  
Rosarii  
primū ab  
Ordinis  
propaga-  
tione.

a. Decla.  
Const. Præd.  
dist. i. cap. 15.  
super: & B.  
Dominico.

I. Ortu pari, atq; progressu, similiq; sortevsus & Ordo, & Fraternitas, istud in cæteris, centum iam annorum decursu, ab orbe impetrauerant; vt in Laico quidem pietatis cultu, vix alius potior esset in plebe, aut vulgatiore, religione Rosarii MARIÆ. Quis autem locus erat, vbi eiusdem Fraternitas non erat? Jam illius Confratres ac Sorores non minus, quàm ipsi Prædicatores, veluti *Filij Israel germinantes creuerunt, & multiplicati sunt, ac roborati nimis*: (Ita constitutionum nostrarum Declarationes loquuntur. a:) *Et in fra breue tempore spatium per totum mundum distasi; Prouincias omnes Fratribus ornauerunt; & ciuitates, ac Villas Ecclesiis, Collegiis, & Conuentibus repleuerunt.* Itaque Rosarii pietas non solum intra Fraternitatē sese continebat: foras se fuderat: manus omnium, animosq; occuparat; & latè rex pietatis publicæ in oratione omnium versabatur. Vt, tametsi alij Regina Cælitum coleretur modis; illo tamen Rosarii vel maximè honoraretur in vulgus.

Secundum  
ab peregrin-  
antium  
ritu.

II Et verò multò maximè; quando Natalis Deiparæ Domūcula, eademq; Salutationis Angelicæ antiqua Sedes & natua, innumeris ex orbe concursibus peregrinorum frequentabatur. Hic, velut lege lata, Rosaria Coronæ manibus peregrinantium illigatae aur collis implicatae hærebant. Isset quilquam, hodieq; iret ad Lauretanam Virginem; nec Rosarium gereret?

Hunc

Hunc talem quis Mariæ peregrinum diceret? Ne quidem Orthodoxum. Itabant ad eam, & conuolabant plurimi: sed Rosarigeri omnes. Verum quos aut prius, aut audius accurisse credas: An non eos, qui iam antè se Magnæ Matris filios erant, sub simbolo Rosarii, velut professi in Fraternitate: Quod tam vero simile; vt, citra audaciæ notam, à quoquam negari non queat.

III. Verum si benè circumspicio, duas ego Dominici agri contueor regiones; in quibus hæc ætate Patrum nostrarum Prædicatorum se zelus exercebat & industria. Hæc nimirum nostram Occidentis culturam; in culta verò & barbaram Orientis. In OCCIDENTE pleræq; & Philosophicæ, & Theologicæ, & Ecclesiasticæ Cathedræ à Prædicatoribus tenebantur. Vt relicta eorū posteritati monumenta testantur, maria scientiarum. Itaq; vitæ pariter & doctrinam talium pleræque respectabant, ac suspiciebant Academiæ, omnisq; Ecclesia. Sed hi, memores Patris sui S. Dominici cum doctrina pietatē in primis, velut acu filum, inducebant illam; quam à Deo, Deiparæque S. Dominicus; ab hoc ipsi acceperant sibi commendatam. At illa Rosarii erat ac Fraternitatis indies & animis inferendæ altius, & latius proferendæ.

Tertium  
ab Schola-  
rum, & Ec-  
clesiæ Ma-  
gistris.

Quanta verò literatorum ætate illa vigerit aduersus Deiparam pietas & obseruantia, testantur id Opuscula plurimorum religiosæ, Sermones, Hymni Mariani, Antiphonæ; diuinæ precū Horæ de Domina; Sacra conscripta, Sabbathi festa religio; ieiunia; angelicæ Salutationis pulsus ære cæpano; sumiliaq; ad honorē Virginis, id ferè temporis aut instituta, aut crebrius frequentata. Negabit quisquam inter hæc Rosarii vsus floruisse? Obsoleuisse Fraternitatē dicit? An quia

Deiparæ  
erant de-  
uoti pleri-  
q; literati.

Sed in Rosario pluri-  
mi & potius.

b In Bulla.  
Confessione-  
rum, &c.  
c Leo. X. in  
Bulla: Pa-  
storia &c.

d Alanus in  
Apologia  
Rosarii ca. 13  
Trugillus

Concio. 10. 2.  
in festo Ro-  
sarii. Mar-  
tus VVoida  
in Speculo  
Fraternita-  
tis cap. 1. &  
alii: supra  
cap. 11.

Quartum  
indicium  
ab Indul-  
gentijs da-  
tis.

Quintum  
testimo-  
nium.

c. Bonif. in  
Virginali  
lib. 2. cap. 15.

de hisce scriptores nihil; Quin sic argumentor,  
Ista ad Deiparæ cultum vigeant: ergo & Rosa-  
rium. Et hoc est amplius. Quia & vulgatus erat;  
& magis est, vt Pius. V. loquitur *b. facile, & om-  
nibus obuium*; & vsu erat iam diu receptus; &  
antiquitate sua venerabilius; & miraculis quo-  
que illustre ac comprobatum *e.* & Indulgentijs à  
Pont. Max. donatum ac ornatum.

III. Nam Ioannes xxii orantibus P salterium  
à remissionem annorum xxiiii, hebdomadam  
que xxxvi, & dierum duum erat elargitus literis  
publicis, sub annum m. ccc. xxx. Bullæ Trans-  
sumtum vidit Alanus, & testatur Autogra-  
phum in Conuentu Auinionensi asseruari.

V. Concilium quoq; Auinionense dederat L.  
dierum indulgentiâ ad singulas orandas Saluta-  
tiones Angelicas, teste M. Cornelio, & M. S. C.  
Conuentus Colonienfis. Cum autem illas quin-  
quagies vnum repetat Rosarium, P salterium ve-  
rò tripulum tantum: necesse est illo quidem vno  
bis millenos dies & quingentos; hoc quingen-  
tos supra septies millenos dies indulgentiarum,  
ritè dispositos & orantes commereri. Iam, qui  
volet, ex diebus annos supputet; is colliget in-  
dulgentiam vnus Rosarii esse annorum sex, heb-  
domadam quatuor & quadraginta, dierum duo-  
rum: P salterij verò annorum xx, hebdomadam  
duodetriginta & vnus diei: nisi me quid calcalus  
fallat. Quæ quidem Rosarii florem per eam tem-  
pestatem satis testantur.

VI. Istit deniq; addo, qui hoc, de quo agimus,  
sæculum fecit auspiciatū, Bonifacium viii; Hic  
tantos Ecclesiæ thesauros in Fraternitatem Ro-  
sarii profusos aperuit; vt à Ioanne Bonifacio  
*e. dicitur Dux & princeps eorū Pontificū, qui indul-  
gentis ex inexhausto Ecclesiæ thesauro promittit, Socie-  
tatem Rosarii ditauerunt.* Nō parua sunt hæc, non  
obscura de Fraternitatis vigore, ac splendore te-  
stimonia.

VII. Alanus

VII. Alanus de Rupè quodā loco *f. in testes de*  
Fraternitatis vigore, ac Rosarii aduocat etiam  
fenestrarum in templis ac ædibus picturas, sta-  
tuas, saxa sepulcralia, epitaphia excitata per  
Hispaniam, Italiam & Britanniam. Nimirum  
cur literis res commendaretur ea; quam tanta  
monumenta secum certius ad posteritatem de-  
ferrebant: Simili certè argumentandi genere vt  
pro Ecclesia demonstranda consueuimus; neq;  
non folido contra hæreticos.

Verum nos relicto iam Occidentalis Eccle-  
siæ agro Dominico, ab Rosarijs bellè perculto,  
cultoribusque Rosarii instructo; ad inculta O-  
rientis deserta, populosq; barbaros, transeam-  
us: Si & inter hosce indagauerimus quosdam  
alicubi Rosarii Prædicatoressiam profectè co-  
rondam simul Fraternitates in vulgo, Rosariaq;  
reperimus: Adeo nec horum vel precandorum,  
vel predicandorum vsus à Religiosis Prædicato-  
rum vnquam fuit vsquam separatus; nedum reli-  
ctus aut neglectus: & illo imprimis Heroum sæ-  
culo, nostrorum tot Patrum ac Diuorum.

Nemo non videt ratione me vt; non rapi stu-  
dio, in rebus Ordinis nostri attingendis; dum  
res Fraternitatis aut inuestigo, aut doceo. Adeo,  
sicut ambo nati simul; ita constantem deinceps,  
ac veluti necessariam, in omni quaqua versus  
inclinante fortuna, coniunctionem mutuam  
semper tenuerunt. Proinde nec huius facies ab-  
que illo satis cognosci potest.

Nusquā igitur gentiū penè Ordo noster pedē  
incolit, & Euāgelio prædicato Nomē Christianū  
excitauit; quin simul Fraternitatem in nouū Dei  
populū introduceret. Id quod præter traditionē

VIII. Sed non Ratio non veritas causā meam  
multa suadet etiā, vbi scripta defunt testimonia  
ibi & Fra-  
diferunt. Ratio dicitur; ( 2<sup>o</sup> hoc constantius,  
quod contrarium doceri nullo pacto queat ) excita-

Cum

Sextum ab  
signis va-  
rijs.  
*f. Ala. de*  
*P salteri B.*  
*V. cap. 16.*  
*Vide hoc*  
*lib. cap. 15.*

Transitus  
in Orien-  
tem.

Præoccu-  
pato.

Vbi Ordo  
prædicat,  
ibi & Fra-  
ternitatem  
excita-

Septimum ab ratione. Quia idem fuit Ordinis & functionem eius vigor.

d. In Declar. Conflit.

Prædic. c. 15. Super Ordinis Prædicatorum.

At prædicare Rosarium & Fraternitatem, est functionum principis.

e. Alanus de Psalter. c. 11.

Et in Apologia. c. 8.

Ergo Fraternitates & Rosarium continuè fuerunt prædicata

Cùm tales fuerint Prædicatores posteri hoc tempore ab anno M. ccc. , vsque ad ciro. ccccl. quales antegresso se esse re ipsa probauerunt sæculo prædecessores ; quin Ordinem etiam cùm indies florentiorem euasisse conster: negari certè non potest, eosdem hac ætate suum Institutum non minus maioribus suis vrisse, & in functionum administrationem incubuisse illarũ: quas per manus antecessorum acceperant, quas meminerant Patres suos tam feruenter, & constanter gessisse. At qui verò inter hæc principem esse Prædicationem testatur d. Ordo, qui re eõ nomine dicitur Prædicatorum; quia est principaliter ad Prædicationem, & salutem animarum institutus. Sic enim Constitutionum nostrarum Declarationes proditum reliquerunt.

Iam verò in hac ipsa prædicatione sua et finem medium proponeret Ordo eadem illa; quæ cùm alias semper in Ecclesia, tum hodieque ad populum perorandi argumenta esse consueuerunt. Illud tamen præter solennia ista singulare profusus, sibi que proprium ac princeps munus usurpauit Ordo, vt rosas & rosaria, Coronas & Psalteria prædicaret; vt e Fraternitates plantaret, propagaret: vt Institutũ sui Institutois amplificatum illustraret: vt peculiare vocationis suæ ministerium honoraret: hoc est: vt populum Deo, Deiparæque inter sese, secumque ipso diuinciret.

Hoc erat Patrum insistere vestigijs, patenterque hæreditatis terminos tueri.

Hoc eos ipsum præstitisse cùm de superiori sæculo testatissimum fecerim; eadem documenta vim eandem in hoc quoque subsecutum fundunt æuum, ac retinent, r. eodem instituti permanente vigore: 2. neque vsum prædicandi Rosarium ac Fraternitatem vlla abrupte hætenus cessatione; 3. Sed continuatione etiam

Col.

Confirmante eũ: 4. insuper experientia docente tam longa, tam multã; ad conuersionem populorum, emendationem morum, animorum mutationem, nihil præsentius esse, persuasæ hominibus orationis remedio. Quippe quod tam necessarium esse ab ipsa monitus Deiparæ S. Dominicus didicerat; quodque tam esse efficacem, & salutare idem, posterique sui compererant. Itaq; hoc aio, constanterq; nixus ratione confirmo: Nusquam hoc æuo, (vt & superiore,) Maiores nostros vel Christianum nomẽ inter gentes excoctasse; aut obsoletũ reuocasse; aut deprauatum emendasse; aut integrum confirmasse: quin vnam illam ad omnia perinde efficacem Fraternitatem cum Rosario simul instituerent, ac prædicarent.

VIII. Nunc inter quas gentes, per vastas Orientis oras, ac barbaras nationes, sub hæc tẽpora id solenne Institutum suum propagarint, ex ipso; qui misit eos, vt Apóstolos; Pontifice Max: audiamus Sic enim Nicolaus IV, anno ciro ccc. lxxxix. die 3. Sept. f. *Nicolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus de Ordine Prædicatorum ad terras Saracenorum, Paganorum, Grecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Vulacorum vbique existentium, Æthyopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Livorum Ruthenorum, Iacobitarũ, Nubianorũ, Nestorianorũ, Georgianorũ, Armenorum, Indorum, Moselico: um Tartarorum, Hungarorum maioris Hungariæ, Christianorũ captiuorũ apud Tartaros: aliarũq; exteriarũ nationũ Oriẽtis, Cõmunionẽ S. Ro. Ecclesiæ nõ habentũ, professantibus, Salutẽ &c. apostolicam benedictionẽ.*

Ecce tibi xxxiii diuersos, maximosque populos nominatim recensitos; ad quos Pontifex, & hic Frãciscanus, Dominicanos misit Prædicatores eodem tempore, eum amplissima potestate

Apo-

Octauum ab testimonium. Per Gentes cum Ordine circumlata instituta est Fraterritas. f. Ad calcem. Constitutionum Ordinis Prædic.

Apostolica, teste Bulla. Quam illi quidem missionem anno 1288 Duce Deo, Deiparaque sua patrocinante, sunt auspicati; per quantas ærumnas ac mortès? Verùm sub hoc anni 1300, atque subsequenti tempus aliquem primùm laboris fructum ac mellém degustare cœperunt. In hoc ego fructu priuum Fratritatem pono. Et nullus dubito. Atque hanc assero certus vna cum Fide inter tot pópulos introductam esse. Qui negauerit; aut doceat cõtrarium: aut Prædicatores a primo, prisco, hæctenusq; cõseruato; quin florentiore iam etiam Instituto descivisse demonstrat. Quod scio neminem verè, testatoq; posse. Habemus igitur & per Orientis pópulos Fratritatis Rosarii propagatione.

Pontificis  
mittentis  
Prædicatores  
testimonium.

Sed quia huius vigorem, ac splendorem ex Ordinis statu æstimamus; hic mihi ille Pontificis Maximi verbis nonnihil ob oculos videtur esse ponendus: quò certior iste & illustrior enadat. Itaque in illâ suâ Apostolicâ Missionis Bullâ Nicolaus IV ista: [Cum hora vadecima sit diei hominibus, ut exeant ad opus, usque ad mundi vesperam, deputati; & illud Apocalypsicis eulogium citò credatur, cum Matris Ecclesiæ consolatione, complendum: Videlicet, oportet Viros Spirituales, vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam cum Joannè sortitos, pópulis & gentibus, linguis regibusq; multis denudò Prophetare: Nos in vineam Domini novos, & novissimos, qui sapientiam didicere, Operarios mittere procuramus. Vos igitur, quos, iuxta professæ religionis officium, zelus comedit animarum, & in quadrigâ quattâ, (quam Rosarijs charismatum donis, & fidei fortitudinetrahitis,) vbiq; discurrere, & vexillum Regis gloriæ procul leuare gestitis; ad gentes, quæ Jesum Christum Dominum non cognoscunt; & ad sub-

tractio-

tractationis filios, qui Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non obediunt, destinamus: Vobis in remissionem peccatorum iniungentes; quatenus ad illuminationem cæcæ multitudinis, & exterminum hæreticæ falsitatis; ad cõfirmandum nuntantium animos, & fidelium confortandos, in lucè sermonis, & certitudine operis, propositum vobis iter sine quorumlibet offensione curatis; Ut autè Ministeriũ Nostrũ honoretur plenus, & honorabilius impleatur; præsentium vobis auctoritate concedimus, in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ Magisterio non intendunt, proponere Verbum Dei, &c.] Hæc Pontifex. Similia post alij, Bonifacius VIII. Ioannes XXII.

Iam verò superius docui isthanc esse verissimam argumentationem: Ordo Prædicatorum vbi fuit ac floruit: floruit simul & Fratritas ibidem.

X. Cuius, hoc etiam loco, ad cumulum, testem do luculentum, & grauem, B. Alanum, (de quo inferius cap. 17. plura.) Is ita scribit *g. Quam diu duravit hoc Psalterium in tali Ordine Sancto; tam diu scientia, sapientia, Observantia, miracula, & fama & gloria apud Deum & homines in immensum floruit. Et inferius: Iam fuit in hoc beatissimo Psalterio devotio, ut Fratres Dominici citius reperirentur in Ecclesia, aut in choro causa Psalterij huius dicendi; quam in dormitorio, vel studio. Tantaq; huius Psalterij in hoc Ordine Prædicatorum volitabat fama: ut si quempiam quis vidisset in aliquo negligentem agentem; confidenter negligenti tali aiebat. O frater, frater; dubito certissime, quòd Psalterium non dicatis Virginis MARIÆ; aut quòd saltem dicatis in devotè; Hæc de ordine. Infra plura l. 3. c. 15.*

Psalterij  
vigor in  
Ordine  
Prædicato-  
rum.  
g Alan. c. 15

XI. De Fratritate Rosarii similiter, per consequens efflorescente idem ita subijcit, l. Per hoc sæclesti peccatores, & mulieres in sanctam vitam mox convertebantur; gemisq; & fletu

Inque Fraternitate & populo, *fratres dabantur in abundantia. 2. Pœnitentia, causa huius Psalterij, etiam à puellis & pueris fiebant in-credibiles 3. Deuotionis ardor ad Me, & Filium meum (refert Deiparam ista loquentem) per hoc sic florebat; ut Angelos in terris viuere ferè putares. 4. Fides quoque sic roborabatur; ut plerique cuberent libentissimè morti pro fide; & contra hereticos de bellare. Subdit miras Simonis Montisfortis victorias, Deinde addit. Si quæ oratione dilecti simi mei Dominici, una cum virtute huius Psalterij terra hereticorum subiugatae sunt E. clestia. 6. Huius virtute Psalterij multa fiebant elemosyna fundabantur Ecclesia, hospitalia adificabantur casta & honesta: mirabiliaq; alia plurima fiebant. 7. Sanctitas etiam maxima, & contemptus mundi, honor Ecclesia, iustitia Principum; pax ciuium, honestas & Communitatum, & domorum vigeabant.*

8. Quin imò laboratores manuales non prius opera attendebant; quàm Me in Psalterio meo salutassent: Nec dormiebant, nisi prius genibus flexis deuotè in hoc Mihi seruiuisent. Imò si casu dormientes, se non dixisset Psalterium meum die illa, deprehendissent, mox de latere coniungis prosuebant, & deuotius paniterdo Me salutabant. 9. Tanta fuit istius Psalterij fama; ut si qui fuissent deuoti, mox ab omnibus suspicabantur Fratres esse mei Psalterij. Si verò aliquis peccator, aut Blasphemus videbatur, de illo in proverbio dicebatur; *Iste non est de Fratribus Dominici* 10. Nec si lebo Mater veritatis, quâta prodigia peregi in diuersi terrarum climatibus per hoc Psalterium, cum Dominicus Confratriam hanc predicaret: & postmodum sui Fratres PER OBEM VNDIQUE SERMOCINANDO PRÆCONISARENT. II. Pestilentias vniuersales per hoc Psalterium sedauit; guerras regias & horribili pacauit. Febres, sanguinis fluxum, & huiusmodi mala corporum hoc Psalterio promerente penitus profusa. 12. Certè mundus tuus meis gaudet donis celestibus

*celestes Angeli vestris iocundabantur Psalterijs; tota Trinitas in his lat abatur. Filiusq; meus tanto encomio (encomio legerim) quàm plurimum fruebatur: & Ego, quæ omnibus bonis providebam, supra omne, quod potest à vobis cogitari, incundabar & gaudebã. Et infra. Quia hoc mihi gratissimum inter omnia est, post Missam ferè, quæ fiunt in Ecclesia. Ad vltimum refert XXX. fructus eximios Fraternitatis Psalterij: de quibus infra lib. 3. cap. 15.*

Nunc ista satis de repræsentando, & contentando felici statu Fraternitatis; quem illa tenuit ab anno sui primordij. CIO. CC. VIQ; ad CIO. CCCC. At si ultra; heu! In quæ tempora prouehimur? Horret animus; refugitq; calamus. Imperandum tamen est animo: Veritati parendum; ac institutum perfectendum.

Prius tamen istud moneo; quod alium in locum refero penitus enucleandum. Sic à me Fraternitatem hæcenus appellatâ esse *Fraternitatem Rosarij*; vti hodie eam totus orbis appellat. Nolim videri existimasse, ab origine sic dictam fuisse. Non. Quoniam ætate S. Dominici nec vocabulum hoc: *Rosarium*: legitur vulgò notum vel vsurpassum existisse: Verùm Psalterij nomen præcipuum ætas ea frequentabat. Neq; tum vel ab hoc Fraternitas audisse reperitur: *Fraternitas Psalterij*; verùm simpliciter *Fraternitas MARIÆ* vocabulo celebrabatur. Atque hoc sub titulo etiam ante S. Dominici ætatem Fraternitates passim sunt cultæ: At quæ nec talem inter se se unionem, Communionemque colerent, qualem S. Dominicus inuexit: quæque nec ad Psalterij religionem ac deuotionem esset addicta; sicut hæc nostra Autore ipso profiteri instituit, hæcenusque professa est. Nunc ad sæui tempora luctus.

Nomen  
Fraternitas  
Rosarij est  
nouitium.



De Fraternitate Rosarij collapsa, & desita ab  
anno clō. ccc. L vsq; ad clō. cccc.

LXIII.

a. Sen. E-  
p. st. 109,  
De collap-  
sis Ordine  
& Fraterni-  
tate narra-  
tio.  
b. Liu. De  
cad. lib. 10  
c. M. T. C.  
Philippica  
quinta.

**T**A sit ferè, vt prudenter Seneca Philosophus;  
a. *Meliora prateruolani; deteriora sequimur.*  
Malum hoc labentis æui est, senescitque  
mundi; & vitium mortalium. Sed miserum i-  
stud; quòd diu *simul parua decora, unius hora for-  
tuna subinde euertere solet*: vt Titus Liuius in-  
quit. *b.* quodque, vt Cicero, *c minimis mo-  
mentis maxima temporum inclinationes fiant.*  
Quorum veritatem omnium vel vna, ac tanta  
Fraternitas; quanta erat Rosarij illa, heu! plus  
nimio probat.

In huius ortu; feliceq; progressu; ac florente  
statu per annos centum & quinquaginta, vidi-  
mus hactenus meliora præuolasse. Jam tantò  
sequuntur deteriora; quòd parua erant maiora  
decora Fraternitatis; quòd diutius conseruata;  
& hæc quòd citius breuis temporis calamitosa  
fortuna euertit. Heu! quanta rerum inclinatio!  
Quanta ruina, inquam; quàm subito præcipi-  
tata est?

Cuius ad cumulum accessit, aut, vt verius,  
præcessit, (Ita nullum malum solum venit); col-  
lapsi quoq; Ordinis Prædicatorum ruina. Mag-  
num hoc malum? Sed nec ipsum solum. Com-  
munis fortunæ flamma per Seraphicum quoq;  
D. Francisci Ordinem amplissimum æquè ac  
religiosissimum, cæterosq; Ordines sacros, per  
omnem hominum statum, gradum, sexum ac æ-  
tatem debachata, parem vbiq; vastitatem post  
se se reliquit. Quocirca communem quoq; o-  
riginem mali ac ruinæ mihi necessariò nonni-  
hil attingendam video: Deinde factam solius  
Ordinis

Collapsio-  
nis causa.

Partitio  
tractatus.

Ordinis nostri inclinationem aliquantulum  
proponendam: eò quòd, vt sæpe dixi, pari sem-  
per fortuna cum ipso Rosarij sit vsa Fraterni-  
tas.

Duplex incidit pestis sæuissima: Altera cor-  
porum; animorum altera. Vtraq; horribilem  
intulit vastitatem omni Europæ, Ecclesiæ toti,  
statui vniuerso; atq; Ordinū, in primis verò Præ-  
dicatorum, ac Minoritarum Religioni.

I. De illa corporum peste, sic inter complures  
Joannes Nauclerus: *Eodem tempore*, anno clō.  
ccc. XLIX, [ingens pestilentiæ vis in omni Euro-  
pæ defauit: nec talem omnibus historiarū mo-  
numentis compertam ferunt; tot vrbes, tot Mo-  
NASTERIA, tot insulas vastauit. Et in Italia qui-  
dem aliquanto tempore, pestis causâ, ius reddi-  
tum non est. Ferunt solatio fuisse huic tanto lu-  
ctui; quòd pueri innocentes morituri, plerique  
& iubilando, & gaudento laudes Dei dixerint;  
peccatores prius, quàm sentirent vim pestilen-  
tiæ, totis animis pænituisset; ad eò, vt etiam vltro  
mortem expeterent.] De pestis causâ idem; sed  
breuius Continuator Vrspergensis Abbatis i-  
sta: e [De hac peste infamati Iudæi; quòd eam  
fontibus infectis procurarint: & propterea com-  
busti fuerunt à mari vsq; in Alemanniam.] Ite-  
rum Nauclerus: [Inuenti sunt sacculi veneno  
pleni. Vnde fontes & purei claudebantur; sed  
aquâ fluuiali & pluuiâ homines vtebantur. Non  
defuerunt etiam, qui dicerent, pestem ex aëris  
indispositione ita inualuisse.] Vnde Chronicon  
cum figuris ita prodit: f [Locustæ, ac bestiolar  
innumerabiles ab Oriente in Occidentem, in-  
star densæ nubis, cælum obducentes vastarunt  
herbas & fructus terræ; quorum corruptione &  
foetore execrabilis pestis subsecuta est: Et per  
tres annos per totum penè orbem debachata  
est.

Pestis sæ-  
uissima.  
d Naucl.  
Generatio-  
ne 45.  
Martinus  
Cromerus  
de Origine  
& rebus ge-  
stis Polon.  
lib. 12. fol.  
208.  
At multis  
felix.  
Eius causa  
prima:  
o Paralippo-  
mena rerū  
memorabi-  
lium, anno  
1348.  
Secunda  
causa.  
f Chron. cō-  
fig. arate  
secta. fol.  
230.  
Causa ter-  
tia.

Duratio, & depopulatio.

g. *Alberti Krantzii in Metropol. l. 9. c. 43. Et Munsteri. h. Chron. sine sig. atate 6.*

i. *Cromerus lib. 12. fol. 211.*

Hæresis flagellantium.

k. *Bern. Lutemb. de Hæresibus verbo, Flagellantes. l. Alb. Kranz in VVandalia lib. 8. cap. 28.*

m. *Paralipomena ad Vrspergen.*

est. Quæ primò in Asia apud Indos, ob ealdem bestiolas, incipiens, passim per prouincias irrepens vsque in Britannos; anno sequenti, cloccc. XLIX, regna Italiae, Franciæ, & Germaniæ & Hungariæ sua contagione infecit. A deoq; desauit apud omnes gentes; vt vix decimus quisque ex millesimo homine superauerit. g In aliquibus locis vix tertia pars hominum remaneret. Et pleraque loca, arces, oppida, & vrbes profus derelicta sunt, ac in solitudinem redacta. ] Addit Chronicon sine figuris, [Greges & armenta vagabantur in campis sine possessore. Anno clæ. etc. L. in Lübeck vna ætate obrunt nongentes milleni homines. Nam à primis vespers S. Laurentij vsq; ad secundas obierunt ibidem. M. D.] Hæc ibi. Polonia sanè penè omnis viduata colonis fuit: Vt Cazimirus Rex i. cogereret è Saxonia corrogare homines; quibus agros colendos, & vrbes incolendas daret.

II. De animorum peste, & ea gemina; altera hæretica; schismatica altera; historici plerique eadem. Hæretica erat, Flagellantium secta: Quæ k. [in Italia ortum habuit; in Alemanniam & Galliam progressa bifariè, l. vehementer increuit per prouincias; incertum quo autore. Inde & Acaphali sunt appellati.] Scribit Krantzius, [Homines rudes qui flagellum se attriuerat, semper incesti; cruces in veste præferebant, ad vrbes gregatim ibant cum processione disciplinatâ. Ferrea corda molliebant conspecti hominum gestus. His tamen religionis signis vitia tegebant. Aliquando à duobus Fratribus Ordinis Prædicatorum interpellati; quod nemine mitentè prædicare præsumerent; alium lapidibus obauerunt ad Mosam, altero per fugam elapsos.] Continuator Abbatis ait m. [In oppidis & pagis

gis passim excipiebantur pulsu campanarum: Latè vaga & vulgus ed adduxerant; vt Flagellatoribus plus & vulgata. n. Naucles; crederent, quam Sacerdotibus.] Numerus eorum, scribit Nauclesus n. [tantus erat Spira; Generat. 45: quod, citò omnibus inuitatis, non inueniebatur, qui inuitari posset.] Eorum hæreses & articulos recitat ex Gersone o. Bernardus noster Lutzenburgius. p. Sæua omninò pestis hæc erat, ac rapida; sed minus diuturna; quæ tamen optimum quemq; adustularet, & hauriret.

III. Quò atrocior fuit illa Schismatica pestis, (quia diuturnior) aliquot annis post consecuta. Nam, vt ex Platina refert Genebrardus, q. & alij; Gregorius XI. [Sedem Pontificiam, post Septuagesimum annum, Romam Auinione retulit, suasionè & literis S. Catharina Senensis, & Baldi Perusini Iureconsulti, cum omnia in Italia Pontificatus oppida defecissent.] r. At Gregorio vita functo [ingens Schisma oritur. Cardinales Itali Italum Pontificem Vrbanum VI, Galli Gallum Clementem VII, appellarunt. Hic rursus, (scribit Continuator Vrspergensis,) profectus est Auinionem. Sic erant duæ Romæ, duo Papæ, & vnus excommunicabat alterum. Et durauit hoc Schisma annos XXXVI, vsq; ad Concilium Constantiense.] Finitur deniq; per nostrum B Joannem Dominici Cardinalem & Ragusinum Episcopum: qui Spiritu oris sui, & verbis virtutis in eodem Concilio potissimum effecit vnus; vt tres omninò simul Pontifices, positis Summi Honoris Insulis, libentes volentes ex longo, diroq; sinerent Ecclesiam schismate respirare. Id quod prolixè commemorat Leander Albertus. s. Atq; ista de communi, miserissimaq; totius Europæ depopulatione,

Latè vaga & vulgata. n. Naucles; Generat. 45: in anno 1346.

o. Traß. contra Crucifantes l. 4. de Consolatione Eccles. p. Lutemb. lib. de Hæreticis.

Schisma Pontificiũ. q. Genebr. in Chron. anno 1371.

Nauc. Paralipomena. Blondus. Krantz. G. x. Volaterranus lib. 22. Anshro.

f. Leander Albertus. de vita illust. Oyd. Præd. lib. 3. in vita B. Ioannis Anton. Sen. in Chron. fol. 228.

Prædicato-  
rum in pe-  
stiferos  
charitas.

c. *Euseb. lib.*  
*7. cap. 17.*  
*Et 26. apud*  
*Baron. an-*  
*nal. tom. 2.*  
*anno 103.*  
*§. 16.*

n. *Krantz.*  
*in Vanda-*  
*lia lib. 8.*  
*cap. 29.*  
Prædica-  
torū mor-  
talitas  
plurima.

IV. Jam de peculiari, vel solius Ordinis Prædicatorum, eiusq; Confraternitatis Rosarij calamitate, licet facile cuiq; existimare; cum omnium Ordinum omnia penè Cænobia vel exhausisset pestis; vel schisma distraxisset: Prædicatores tamen vel maximè, atq; D. Francisci Fratres lues ea corporū depasta est: eò quòd hi in partem Parochorum venissent; & ex charitate voluntarij in mortem gloriosam pro ouibus iuissent. Ipse enim ægris prouidebant à Sacramentis; aderant morientibus: & prius vitam suam, quàm claritatem proximi deserebant. Idque tanto cum zelo atq; constantiâ, Martyrum simili; & vt orbi passim Fratribus Conuentus, desertique starent. Ita antè penè expirarunt omnes in sancto labore; quàm pestis expirasset.

Ex vno iudicium fiat, quod exempli, simul miraculi causa subijciam ex Alberto Krantzio, u. Qui ista scribit. [Annus erat quinquagesimus primus post mille trecentos, cum grandis sæuieret per Germaniam epidemia. Lubecæ tum prælagium mirabile ferunt mortuorum extitisse in Conuentu Prædicatorum; quod nouitate sua narrationem à nobis impetrauit. Audiuit frater ex Conuersis, qui curam habebat præ cæteris coquinæ, nocte vna subter se, cum in strato esset, in hospitali domo strepitum, & interea vocem loquentis ad fenestram coquinæ: Coce, para cibum abituris Fratribus. Et ille de intus: Quot sunt transituri? Tum ille: Triginta sex de Conuentu, & duo aduenæ cum illis profecturi. Miratus ille Frater de intempeste noctis cibo; & quòd illi, talium rerum curam habenti, nihil tale esset à Priore insinuatum: cœpit cum horrore cogitare; esse rem Phantasticam, quæ gereretur. Tum curiositat

tate ductus, deq; lecto surgens, intuetur per foramen, quod visum admittebat in domum hospitalem. Videri assidere mensæ in albis numerum Fratrum, quem audierat; velatis frontibus, vt fieri solet iam tumulandis. Horrens de visionis forma, redijt ad stratam; nec erat, cui rem deregeret. Sed cum euentus omnia probasset, funeratis XXXVI. de Conuentu Fratribus, & duobus, qui de Hamburgo venerant; iam palàm edixit, quid ante vidisset] Similis mortalitas cæteros minuebat per Europam Conuentus; aliquos etiam euacuabat incolis destitutos vniuersis.

V. Hinc necessariò sequebatur ruina Ordinis, eiusque functionum cessatio. In quibus cum illa facile princeps esset, Prædicare Rosarium, atq; Fraternitatem; hanc ipsam quoque in ruinam trahi parem, & obrui necesse fuit. Salua igitur res hæcenus est Prædicatorum, atque Fraternitatis. Quid? inquires. Salua, inquam, sunt omnia. Nam integra adhuc vtriusq; fama, nomenque stetit. Ille, & Isthæc cecidit; sed vtrumque gloriosa causa succidit; non vlla sua culpa subuertit. Vnde miseria fuit illa quidem; sed felix. Nam ita Sapientum vnus:

x. *Vita perit; mortis gloria non moritur.*

Dicam igitur de Ordine, deq; Comite eius Fraternitate; quod ille cecinit de alijs:

y. *Occidit & Thesem, Fraternitas, & qui commisit Orestem;* Scilicet herculeus hæcenus Ordine Prædicatorum. Pergo que cum eodem succidere vtrique:

— *Sed tamen in laudes vitæ vterq; suas.*

z. *Fam acq; post ceteros maior venit.* —

Venit, inquam, illis ex eo, quem dixi, citulo immortalis præstitæ charitatis. Sed & hæc

Itemq; par  
Fraternita-  
tis Rosarij.

Sed incul-  
para vixi-  
usq; pri-  
mum.

x. *Thebes*  
*apud Auso-*  
*niuum.*

y. *Quid. l. 3.*  
*de Ponto,*  
*Eleg. 2.*  
z. *Idem Eleg.*  
*16. l. 4. de*  
*Ponto.*

sterit Fraternitas. Non vltra progressa; nisi diu pòst diuinitus renouata. Etenim nec Ordo noster; & quod sequebatur,) nec Fraternitas tam lethali ic̄ta vulnere, facilè ex casu sese colligere, atque resurgere valuerunt. Homines deerant Ordini. Pauci in Europa, quos pestis reliquos fecerat, Patres per inanes Conuentus animum circumferentes, vastitatem videbant miserabilem. Quid agant? Vnde homines petant Ordini restituendo; cùm Reges ac Princeps sibi procul homines quærerent, quos Urbibus, agrisque colonos darent? Eorum, & quod consecutum est, factum, Leander noster sic enarrat. *z.*

*a. Alb. Leander de vis illustris. Ord. Prædic. lib. 1. in vita Raymundi 23. Generalis.*

Deinde cū Culpa collapsus ordo ad reformationem tardus fuit.

[Peste dira crassante per vniuersam Europam anno M. CCC. XLIX, tot & tanti homines interiere, (porò vix decimus ex hominibus remanserat, secundum varicinium Roberti Aquinonensis, Ordinis nostri viri Sanctissimi. Is enim antè annos XXX hanc pestilentiam prædixerat:) vt vrbes, oppida, vici, pagi, templa, agri, prouinciæ & regna protinus vacua relicta sint aliquanto tempore. Hinc vrbes & loca culta sic fuerant desolata, vt nec ararari, nec feri possent. Quare ferè vbique fructibus excrementibus passim in Syluas & lucos succreuerant. Ruerant domus: oppida brutis oppressa; templa diruta ac euerisa ob ingruentes pluuias; eò quòd non esset, qui aquas arceret. Sicq; tot, tantisque exhaustæ viris Religiones, cœperunt ruerè Domus. Quod animaduertentes Patres; qui tantæ cladi superfueraut; in breui protinus defecturos Ordines suos, deficientibus adolescentibus impuberes allieiebant: imbecilliq; eorum ætati consules carnibus vesci; lincis ad carnem vti; non tam frequenter in Ecclesia, præcipuè vero in nocte

nocte Officium simul exsoluere: atque alia plura, quæ Instituta Ordinum vel prohibent, vel iubent, permittebant; hac mente & animos vt postmodum; cùm attingerent adolescentiis deducerentur ad priscorum normam viuendi. Sed illos eorum fefellit opinio.

Porò hos adolescentes factos, isti verò ætate graues ab incepto nequaquam auertere poterunt: licet eos orauerint maximis precibus; normamque, qua viuere deberent, ostenderint. Sicque Patribus illis vita functis omnium Religionum instituta in manibus istorum Non obseruantium permāsere. Hinc etiam episcopatum, & Monasteriorum prouentus in Commendam, ob pestilentiam, deuenerunt.

Itaque Pater insignis Raymundus Capuanus, Generalis 23. volens Ordinem nostrum hac præcipuè de Causa ferè totū collapsum instaurare; nulli labori parcens, hucque illucque discurrens satagebat circa Patrum Institutionum restitutionem. Hunc adhortabatur; illum leniter vrgebat, vt initium tam salubri operi darent. Tandè fundamentum iecit, super quo subsequentes ædificarent, & præcipuè in Germania.

Porò Conradus Teutonicus, sancto afflatus Spiritu; cœpit sedulo studio adhortari commilitones ad Paternarum obseruantiam iussionum. Quo paruo initio magnum incrementum subsequutum est. Sicque in Italia initium sumsit Obseruantia; (vt vulgus loquitur.) Et Obseruantiales dicti posthac Patres, ex eo; quòd obseruare videantur Patrum suorum instituta & Leges. Quo factum est, vt ex debili principio iam ferè totus Ordo noster, hac nostra ætate, ad verum obseruandi modum nostrarum Institutionum, præfectis pluribus Ordine curantibus, Deo Opt. Max. opitulante, deductus sit ac restitutus. ] Ita Leander. *VI. In*

Origo Nō  
Obseruantium.

Et Obseruantium.

Ruina Frat-  
ternitatis  
Rosarij.  
d. *Alexa. in*  
*Bulla: Et si*  
*gloriosos, &c*  
*Leo. X. in*  
*Bulla: Pa-*  
*floris aterni.*  
*g. Alanus de*  
*Rupe in*  
*Psal. B. V.*  
*Mar. cap. 16.*  
*in Apo-*  
*logia cap. 8.*

Causa neg-  
lectæ Fra-  
ternitatis.

VI. In hoc Ordinis statu misero, nihilo melius cum Rosario, eiusque Fraternitate agebatur. Enimvero hæc illa sunt tempora, quorum Legatus Apostolicus Alexander meminuit, ubi de Fraternitate Rosario collapsa istis scribit; *Quod ad tempus neglecta fuit, & oblivioni tradita, Leo item X. Pont. istis: f. Cum ipsa Fraternitas decursu temporis serè neglecta fuisset, & in oblivionem transuisset. De iisdem temporibus Alanus ista. g. Regnante avaritiâ, & negligentia tam in Clero, quam in populo; similiter perierunt Psalterium, Confratria, & nominatio. Huius tamen foundationis signa in Hispania, & in Italia in viris, & in tabulis usq; ad magna tempora fuerunt depicta. Quod autem floruerit; causam hinc subdit. Hortatione B. Dominici, cuncti Fratres ordinis sui, videlicet Predicatorum, infallibiliter, & incessabiliter, & summa cum devotione mihi, (B. V. Mariæ est sermo ad Alanum:) famulabatur, & filio meo in hoc Trinitatis Psalterio: ut ad minus quilibet Frater omni die diceret Psalterium integrum. Quam diu duravit hoc Psalterium in tali Ordine sancto; tam diu scientia, sapientia, Observantia, miraculorum fama & gloria apud Deum & hominum in immensum floruit.*

Sed cur, & quomodo flos fuit ille caducus factus? Audi eundem continuò ista: *Quando viri defecit hoc Psalterium; Ordo Predicatorum in quam plurimis defecit. Ut iam parietes, & pictura, & libri, & epitaphia defunctorum produunt; etsi lingua hominū hoc dicere nollent. Atq; hæc de temporibus, illa pestis vastitatem excipientibus, scribit Alanus. Mox superiorum temporū mirificè florecentem Ordinis, Fraternitatis & Rosarij statum describit, & huic corrupto opponit. Demum ita concludit: Audiant nunc cuncti, quanta cum gloria mirum honorabatur in isto ordine? Videant nunc multi, quanta nunc est distantia in eo in mea laude? Su-*

CANT

*caueant sibi, qui sic Me, & Filium meum priuarunt Psalterij honore: & studeant per Me Matrem pietatis & misericordie; Reginamq; Predicatorum, & cunctorum Fidelium, resurgere; ut ad pristina deuotius Patrum antiquorum, & Sororum redeant Psalteria. Hæc ad Alanum Deipara. Liquet ergo causa & Ordinis, & cum eo Fraternitatis collapsæ. Nunc ad reformationem aliquam circumspicimus indagandam.*

### CAPVT XVI.

*De Ordinis, quamuis difficili, tandem perfectæ tamen reformatione; & de attentata Fraternitatis reparatione.*

1. **E**T verò minimè defuerunt hinc deploratis temporibus Predicatores, Viri eruditione, Religione, Sanctitate, atque miraculis inclity; qui nullum non mouerunt lapidem, ut in primis Ordinis disciplinam in pristinum vindicaram restituerent. Ex quibus reperio nostros Annales nominatim recensere solenniter appellatos Beatos, intra annum 1300, & 1400, viros triginta & vnum: Beatas Virgines tres supra decem. Subsequenti autem sæculo 1400, vsq; ad 1500, dedit Ordini diuina gratia, & agnouit Ecclesia è Nostri Beatos vnder triginta: octo Beatas canonicè pronunciatas; miraculis contestatis omnes admirabiles æque ac venerabiles. Horum alij auroitate, alij exemplo ad reformationem promouendam contulerunt, quicquid viribus conuicti cum Deo potuerunt. Et quidem, sub ipsis principijs collapsæ disciplinæ, ipse Magister Generalis Raymundus Capuanus, & cum eo B. Ioannes Dominici per Italiam, atque Hispaniam; per Germaniam B. Conradus Teuto: & alij alubi. Verùm experti sunt

OMNES

Minæ contra negligentes Fraternitatem.

Reformatores Ordinis Beati ac Beate dicti.

Parū proficiunt.

omnes, (quod B. Raymundus gemens subinde dictum usurpare consuevit: *Citus Ordinem insitui nouum; quam collapsum restitui.*

Prædicatorum diuersa Nomina ex vita diuersa.

h Eccl. 23. 6.  
i Eccl. 31. 23.

II. Non tamen ab ipsis nihil effectum est. Multi Conuentus, & optimi quique sese, suamque disciplinam in integrum restituerunt. Hi dicti sunt *Reformati, aut Observantes*; testibus plurimum ad eos Pontificum Bullis. Alij viam suam abiuerunt; homines oris duri, & obstipæ ceruicis. Propterea dati in reprobum sensum, *h anima irruenti, & infrumita traditi sunt.* Quare iusto Dei iudicio declaratum in eorum multis est, quod *i tortura viro infrumito sit.*

Ecce spectaculum! Quod idcirco ex Chronicis hic recito; vt intelligatur ad cuius æui disciplinam isti indisciplinatorum maledicti fructus sunt referendi: qui habitu, non vitâ Prædicatorij vixerunt, Nam absque hæc causæ, casus, ac temporis adnotatione satis Ordini inuidiosus fit illius narratio. Quæ est huiusmodi, & Ordini gloriosa reformato proficit ad exemplum.

e Anton.  
Senen. in  
Chron. Pre-  
dic. fol. 159.  
Ideò DEVS  
ostenso  
spectrorū  
indiscipli-  
natorum.  
terret irre-  
formatos  
superstites.

[Anno clo. cccclxxx, circiter, accidit Neapoli in Conuentu nostro S. Dominici; vt post Completorium refectionis locum ingrederetur is, cui erat illius cura commissa. Qui mox in ingressu videt illum Fratribus circumquaque refertum; & illi cappas habebant indutas; & tanquam hora foret collationis faciendæ, & illum expectarent, sedebant. Accurrit ille sine mora vlla ad Priorem, & istud illi aperit. Prior fratrem delirū putat, vel somnia narrantem, Attamen dum videretur, vadit; videt; & credit. Et ille quoque turbatur; remque mox confert cum grauioribus monasterij Patribus & prudentioribus.

De quorum consilio sacras vestes assumit, & sacrum CHRISTI CORPVS deferendo, toto conuentu comitante, se illuc confert; & ad illum sermo-

sermone, directo, qui honoratiore loco sedebat, eos adiurat, vt aperiant; quinam sint? Ad quid Etiam in-  
venerint? quidque velint? Et vt ad hæc responde-  
ant, illis præcipit in nomine illius DOMINI; genua fle-  
quem gestabat in manibus. Vt autem prior con-  
tuntur  
ram illis comparuit cum venerabili Sacramen-  
Nominum  
to; illi omnes assurrexerunt quidem, & capita in-  
DEI, &  
clinarunt; caputia tamen taliter demitrentes, vt San-  
Eum minimè viderent; & hoc facto iterum sede-  
me Eucha-  
runt. Ita iussi à Priore, vt responderent ad propo-  
nistia.  
sita; inclinarunt.

Tandem qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dicit: Quod ipsi omnes fuerint eiusdem Ordinis Religiosi, & pro maiori parte Magistri, Priores, Supprieores, Baccalaprei, Lectores, & alij officijs donati: Et quod omnes damnationis sententiam acceperint. Quoniam ambitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerint damnatione dignos. Sed quod diuina permittente clementia iussi fuerint illuc venire; vt eos, & vniuersos Ordinis cultores commonifacerent; vt suæ Vocationi facerent satis. Nam illi, quia minimè id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis: Et in signum huius cuncti in eos aspicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt: & singuli eorum flammis circumcincti & incensi visi fuere. Et tunc idem præcipuus manu in mensa signum dedit; & sic illa visio euauit: & totus Conuentus mansit timore consternatus.

Istius rei adhuc perseverat memoria in illo Conuentu nostro, quasi per traditionem recepta ab antiquis. Nec dubium, quin maximus eo tempore ibi, & alibi fuerit ex visioe illa fructus subsecutus, & multa regularis vitæ instauratio. Nec talis visio arbitranda est propter Conuentum illum tantummodò ibi accidisse: sed propter vniuersa

Hoc vide-  
tur olim  
prædictum  
fuisse per  
Tartarcos  
in energu-  
meno.

f *Martinus  
Valencensis  
in Legenda  
S. Dominici  
par. 1. cap. 5.  
fol. 35. col. 4.  
Magnum  
Speculum  
Exempl. tit.  
Rosarium.  
Exemplo. 1.*

g *Leand. de  
Vitis illust.  
Prædic. li. 1.  
in vita 26.  
M. Genera-  
lis Bartho-  
lomæi.*

uerſi Ordinis alumnos. Sicuti & quæ Bononiæ  
audita eſt vox in facello D. Domiuici. ] De hæc  
nos paulò inferius.

*Diſcite nunc moni i Fratres, non temere PATRES.*

III. Iſta me terribilis admonet hiſtoria piſca  
cuiusdam prædictionis à pluribus per energume-  
num Cacodæmonibus factæ ad S. Dominicum;  
quando Carcaſſonæ, ſub huius de Roſario con-  
cione, quidam illius ſubſannator obſidebatur, &  
immane furebat. Offerebatur autem viro ſancto  
exorcifandus. Vbi Sanctus inter cætera ſic per-  
cunctabatur f [Quinam ſunt inter Chriſtianos,  
qui maximè damnantur?] Cùm, quamuis inui-  
ti, reſpondiſſent maligni ſpiritus; ruruſus [ſub-  
iunxit S. Dominicus: De Sacerdotibus verò, & f  
Religioſis nullam mentionem facitis? Reſpon-  
derunt; innumeros ſe poſſidere Sacerdotes: at  
verò Religioſos nullos. Sed ex ijs, qui non habi-  
ta ratione Statutorum ſui Ordinis, ea temerè  
violant, ſingulis diebus innumeri ad nos deuol-  
uuntur. Subinterrogauit, & dixit iterum Sanctus:  
De meis ergo Religioſis, & Franciſcanis quid di-  
citis? Tunc ad hoc renouatis vocibus, & clamo-  
ribus reſponderunt, dicentes: Heu, heu! ex illis  
pro tempore nullum habemus: Futurum verò  
eſt, vt infinitos recipiamus: cùm nempe ſeueritas  
Statutorum, Ceremoniarum, ipſaque deuotio  
refri xerint, peſſumque iuerint.]

Nunquam id ab Ordine commiſſum eſſe do-  
ceri poteſt; niſi poſt annos illos peſtilentiſſimos,  
ab anno circiter CLD. CCC. LX, atque deinceps;  
Nec impunè. Ideò iuſta Dei bonitas in ijs ſta-  
tuit ac prodidit exemplum ad poſteroſ; cuius  
pæne repræſentarent minas iſtas à Dar nonibus  
olim tentatas.

III. Huic verò etiam alterum illud ſub idem  
ferè tempus acceſſit, haud minus horriſſum: cum: Id

ita refert noſter Leander. g [Aſſerunt Patres  
eœnobij Bononiensis aliquando pfallentibus  
Fratribus pro more, ante ſanctiſſimum parentis  
DOMINICI Corpus, illud eulogium poſt  
Veſperas: ô ſpem miram, quam dedisti mortis  
hora teſſentibus; dum poſt mortem promiſiſti  
Et Ant. Se-  
te profuturum Fratribus. Imple Pater, quod di-  
nè. in Chrò.  
xiſti, nos tuis iuuans precibus: Reſponſum fuiſſe  
Prædic. fol.  
corà populo: Nec vos filij: nec Ego Pater. Qua-  
200.  
re ciuitas mox curauit in melius reformari Fra-  
trum viuendi modum. Id quod apprimè placu-  
it venerabili viro Bartholomæo Generali XXVI.  
Quamobrem non negligens, ſibi, ciuitati que ſar-  
fecit.] De eodè porro ita Leander: [ Quo ad vixit  
inſtauratio animo prouincias circuiuit, pro viribus  
laborans ad ea, quæ erant conducibilia pro Or-  
dinis inſtauratione lapſi. ] Interim collapſæ cum  
eo Fraternitati par cura labor que non poterat  
impendi; aded in parietinis ſolius Ordinis  
aut excitandis, aut erudandis, aut ſartis tectis  
conſeruandis optimi cuiuſque labor conſume-  
batur & induſtria.

V. Hiſce duobus horrendis prodigijs vulga-  
tis, reliqui adhuc ad reformationem diu reſra-  
ctarij Conuentus, manus dederunt; quin & ſup-  
plices tetenderunt, Ad vnam vnius Regulæ for-  
mam omnes redierunt; idemque nomen com-  
mune Prædicatorum receperunt; damnatis no-  
minibus diuerſis & factioſis *Obſeruantium* & non  
*Obſeruantium*. In ore itaque verſabatur Superio-  
rum, inq; animis ſubditorum illud ſolenne olim  
M. Generalis Clauari, viſitantis Conuentus Or-  
dinis; *h Memento Fratres, qualiter ſilui facti ſunt  
Patres noſtri*. Nimirum per regularis diſciplinæ  
obſeruantiam talem; qualis antè, quàm ingru-  
ens peſtis gliſceret, in vigore ſuo, atque rigore  
piſtino, inde uſque ab ſui origine perſiſtebat. Li-

S. Domini-  
ci in irr-  
formatoſ  
ira.

Et Ant. Se-  
nè. in Chrò.  
Prædic. fol.  
200.

Ordo to-  
tus refor-  
matur ad  
normam  
primi In-  
ſtituti,

h *Ibidem  
fol. 117. g  
Leander lib.  
1. in vita  
Clauari Ge-  
neral.  
1. Mach. 4.  
v. 9.*

ect.

et haud leui attentatione sapius eam labefacta re ipse Pōtifex Maximus fuenit conatus. De quo, quæ Leander, in vita Mag. Generalis XVII Gerardi, refert, huc subiiciam. :

*i Leand. l. x.  
in vita Ge-  
rardi. da.  
Generalis  
XII.*

[Benedictus XII. suadentibus quibusdam, vt maiorum Institutiones atque Leges iam diu in regre seruata mutarentur; Hugonem Gallum Præfectum Ordinis ad se acciuit, iubens; vt decreto Patrum Ordinis nostri Institutiones, seu Leges hactenus seruata rescinderentur, veluti nimis graues, grauiaque iubentes; vt prope à præcepto incipientes: datereturque illi facultas alias Leges ferre minimè præceptis obnoxias. Id quod neque per Hugonem, neque per Patres in Synodis generalibus congregatos concessum fuit. Quin imò imperatae sunt supplicationes per totum Ordinem ad Deum Opt. Max. Parentemque eius MARIAM cæli Reginam, & ad D. DOMINICVM, & missi viri eruditissimi in Curiam pro conseruandis Legibus patrijs. Tandem Hugone vitâ sancto Patres illos Benedictus euocauit, iussitque vt sibi morem gererent. Alioquin interdicebar illis, toti que Ordini, ne Synodum Generalem eederent; neue deligerent Præsidentem; sicque sub Interrege multo tempore forent, cum Ordinis iactura, dispendio, & ignominia.

*Diuinitus  
que puni-  
to.*

Verùm vt animaduertit Patres in eadem sententia perstare; ita ea ipsa die excanduit, & ira se efferebat; vt febribus mox decubuerit, & ex hâc vitâ excefferit. Quapropter vnum nec silere volo, nec possum; vt posthac cæteri aliorum malis edocti, contra DEVM, Sanctosque, ac homines ipsi addictos pugnare non audeant. Nunquam Benedictus cum Patribus de Legibus Patrijs interrogandis disceptauit; quin febribus correptus discesserit. Jgitur Clemente VI subrogato Benedicto, & Gerardo Hugone in Præfecturam Ordinis

Ordinis nostri, vt diximus; impetrauit libellos aduersus nostrum Ordinem perlatos, per Clementem rescindi; pelliq; ex Ordine nostro viros illos, quorum operâ & suasu Benedictus adnixus fuerat nostras Leges abrogare. Porro Clemens accito Gerardo, & Patribus illis præclarissimis; quos supra in Curiam missos scripsimus, vt tuerentur Leges, ac Patrum Sanctiones scriptas; postquam plurimum collaudauit eos; inquit: Iam ad ædes vestras properate. Non enim disceptare vobiscum mihi est in animo; eò quod hac in re probatissimi estis: & ex eo, quòd Prædecessorem meum vestris congressionibus interemistis. Cõ-

*Demum  
adiuuante  
Clemente  
VI,*

Aliqua re-  
nouatio  
Fraternita-  
tis tenta-  
tur.

VI. Arque ista de Ordinis iacturâ, de iacturæ causâ & occasione; deque eiusdem reformatione. Cœpit is defluere per pestem ab anno 1349, cœpit rueri in præceptis per legibus solutam educatâ iuuentâ licentiam; cœpit obruique per malam consuetudinem; cœpit correctionis incapax effici per obstinationem: per digitum, & dexteram Dei vindicem paternè visitari ac moneri; denique sibi, Instituto, Deoque, Deiparæque reconciliari cœpit sub annum c. l. ccc. xc.

Et ecce: haud longè post Spiritus, & Charitas Fraternitatis respirauit, seque, vt valuit, mouebat. Id Alanus de Rupe sic describit. *k Ab annis LXX, vel LXXX. (Scribebat is hæc sub annum M. cccc. LXX.) per vnum, quem benedictio, ex deuotione sua singulari fuit Psalterium obruncatum, & redatum ad solam Quinquagenam. Et hoc idè; quia iam homines, et si Psalterium hoc portabant: nequaquam tamen illud amplius orabant. Idè à faciliori inchoauit. Vt sic dispositi primum per solam Quinquagenam, postmodum ad Psalterium, quod nunc prædicatur,*

*k Alan. in  
Apologia  
Psalt. B. V.  
Mar. c. 8. &  
cap. 3.*

*Origo  
Quinqua-  
genæ sub  
annum  
1400,*

*R dispo-*



*disponerentur uniuersi.* Sic Alanus Verum iste conarus non est forritus euentum.

1. *Ala. in Apologia cap. 9.*  
Docetur veritas de ruina Fraternalitatis & Rosarij.

Multa simili sunt obnoxia ruinae,

VII. Itaque liber hic mihi ad vltimum ex Alani Apologia ad Ferricum Episcopum Tornacensem, istam mouere quaestionem, & totidem huc exscribere verbis. *Quomodo potuit res dudum tam mirabilis, & tam gloriosa, (vt est Psalterium M. ARLAE) sic dari in obliuionem; quasi nunquam fuerit in mundo celebrata:* Respondit ipse istis. [Deuotissime Pater: Dicitur quod possibile non videtur; rem sic dudum gloriosam, in talem venisse ruinam; vt etiam magni viri de hac renullam habeant scientiam. Sed cesset eorum pusilla infirmitas. Teste enim Augustino; DEVS ab initio mundi, & postmodum multos per annos à cunctis hominibus fuit summè cognitus: & tandem tempore Abrahæ ab omnibus ferè hominibus fuit ignotus; in tantum, vt colerent idola. 2. Sed & nunc lex Moyfis, dudum famosissima; secundum S. Hieronymum; est sepulta, & obliuioni tradita; quantum ad Ceremonialia & Iudicialia. 3. Quin imò & Ecclesiae Iura, quæ dudum fuere perfectissimè tenta; iam sunt magna in parte, per contrarium vsum neglecta & dimissa. 4. Sic & Leges Imperatorum: Sic Statuta ciuilia antiquorum iam periere magna in parte. 5. Imò & Doctores antiqui tam Fideles, quam Gentiles penè sunt obliuioni traditi, vt inquit Vincentius historialis, 6. Per amplius, famosa bellantium facta, & quorumcunq; artificum opera iam transiere. 7. Imò finitum est regnum Chaldaeorum, Persarum, & Medorum, Græcorum & Romanorum. 8. Imò & modus viuendi Ecclesiasticorum antiquus penè iam in multis vbiq; est abolitus spiritualibus; si volumus comparare vitam presentium, & ea, quæ in libris comperiuntur Ecclesiasticorum.

9. Sed

9. Sed & obseruantia Religiosorum, seu Religionum iam periere, pro dolor, in tantum, vt, cum dudum omnis Religio fuerit in Sancta obseruantia strictissimè obseruata & fundata; iam reformationes, quæ fiunt secundum deuotorum Patrum Statuta maiorum, heu! dicantur nouitates, etiam quibusdam phantasiae appellentur. adeò, vt multi sciant maxima; & propria ignorent regularia. 10. Non igitur moueat amplius corda hominum ruina hæc Psalterij: ait enim Christus in Euangelio: Putas, veniens Filius hominis, inueniet fidem in terra? 11. Hæc enim, secundum Platonem, & Aristotelem, conditio est eorum omnium, quæ sunt sub sole: vt, post processum generationis & augmentationis veniant ad finem decisionis: & postmodum iterum altero cursu renouentur ad statum regenerationis, & reparationis; non in numero, sed in specie. Ratio ergo horum arguit magis, (his visis,) hoc aliquando fuisse, quam nunquam fuisse.] Huc vsq; Alanus.

Et ista satis de neglectu Fraternalitatis nostræ. Nunc ex caligine velut in lucem respiremus lætorem: deque Renouatione eiusdem circumspiciamus. Ac primum B. Alani illa Britannica se aperit; sed ea tamen eiusmodi est, quæ à nemine Scriptorum adhuc nomen renouationis tulit.

Adeò Colonienfis illa proximè eam subsecuta omne tulit punctum. Quia tamen ad hanc illa quædam quasi diuina dispositio præmissa videtur: Nomenque Psalterij ac Fraternalitatis per Britanniam, Franciam, Saxoniamq; primum inaudiri fecit multis clara miraculis: his, alijsq; de causis istud B. Alani propositum, studium, conatus & effectus quoq; cum notabili

R. 2

fructu

Nota.

fructu magnus, nomen à merenouationis prouincialis impetrarunt. Sed misso nomine, rem ab Autore ex ipsiusmet scriptis posthumis repetamus.

## CAPVT XVII.

*De prima Fraternitatis ac Rosarij Renouatione prouinciali, durante ab anno cto. cccc. LXI, vsq; ad cto. cccc. LXXV. ac primum potissimumq; de Renouatore Alano, qui Vir, qualisq; fuerit.*

Renouator Fraternitatis Rosarij. **N**oster B. Alanus de Rupe, edoctus ab ipsâ Virgine Deiparâ, & iussus Prædicare Rosarium, eiusq; Fraternitatem, in Britannia, anno cto. cccc. LX cœpit eandem renouare. Sed ea Prædicationis vox, & vis innouationis intra illam sterit prouinciam, progressa tamen & in Saxoniam: vtriusque vix longius terminos egressa est. Vnde prouincialem placuit ipsam appellare. Verùm quia admirationis quàm plurimum; miraculorum quoque non parum in sese habuit tota ea renouatio; ipsa rei postulare necessitas videtur; vt de Renouatore aliqua fiat antè narratio; vnde plenior illius ac certior manare cognitio queat. Istam ex ipsiusmet potissimum comportabo diuersis scriptorum locis; atque ex alijs quoque contexam.

*Bonus ille Alanus de Rupe, natione Teutonice, Ordinis Prædicatorum diu religiosus ab ineunte ætate sua fuit, (Bonifacij sunt verba) a. a. Joann. Bonivrus interpres, historicusq; Rosarij, (vnde nos nris. in Virginali lib. 4. modestus, & sui contentor admirandus; Vir inc. 5. exem. 2. primus & eruditus, & Sanctus; Sacra Theologia & lib. 2. c. 15 Magister, ac verus D. Dominici Sectator, Prædicator in Ordine Generalis, præcipuè verò Rosarij*

Nam

Nam is b. [B. Virginis MARIÆ Rosarium, & Passions Christi recordatiuum Psalterium; quod diu iam fuit neglectum, reuocauit ad mentes & exercitia hominum. Ob cuius honorem Confraternitatem instituit; quæ per Apostolicam Sedem confirmata indies augetur, & multis salutare præbet exercitium.] Hac Abbas Spanheimensis.

b. Trithemius in lib. de Scripturis. Eccles. fol. 154.

Ista Jodocus Beyseliius; [Deuotissimus Doctor Alanus de Rupe, Dominici Patris vt professionem, ita pietatem erga Christiferam imitatus, antiquatam penè, & aliquot iam sæculis deficientem Coronariorum Fraternitatem in lucem reuocauit. Vtiq; eiusdem DIVE monitu, quæ quondam Dominicum ad hoc ipsum impulerat. Siquidem ei D. Virgo, vt alia pleraque, ita & hoc reuelasse traditur; horrendas obhiberi uerfo minas impendere. Itaq; ad intermissas Salutationum Quinquagenas populorum reuocaret: Sic posse quam plurimos ab exitio reuocari. Qua reuelatione affectus vir Sanctus, tantò ardentiore animo DINE Christiferæ Coronarios suscitauit; quantò remissiore iam penè defecerant. Nam tanta cura atq; diligentia huic rei prædicandæ incubuit, cum alia pleraq; loca, tum maximè Septentrionalem omnem Galliæ Belgicæ oram, & Saxonum in Germania terras perlustrans; vt multa hominum millia, breuissimi temporis spatio huic Sanctæ militiæ inscripserit. Et quid mirum, si MARIAM iste in tantum zelaret; quando cum hac talem, tantamq; habuisse familiaritatem inueniatur; qualè homo cum homine mortali vix habet.] Subijcit de scriptorem eius fide certa & addit. [Nomen autem suum, cum illa scriberet, ad gloriæ humanæ fugâ, suppressit] Et supra idem, [Hæc conscripsit, suo nomine licet non expresso; pro-

R 3

ut ipsi-

ut ipsius humilitas, atq; sanctitas exposcebat.] Rursus infrà. [Tandem anno M, CCCC. LXXV. in die, qua DIVÆ huius Assumptio celebratur, ægrotare incipiens, in sequente Natiuitatis eiusdem DIVÆ festo, hanc orans, hanc inuocans, hanc laudibus prosequens expitauit: Mytico certè tam morbi, quam mortis tempore. Vt & quò ei proficiscendum esset, designaret Assumptionis festiuitas: Et quanta, qualiaq; premia eum expectarent, ipsius MARIÆ indicaret Natiuitas. b. Et quidè iam antea Franciscus quidam de Rethsa, ob simile deuotionis genus, par & ægrotandi, & moriendi tempus commeruit.] Hactenus Beysselius, rectè cum Michaële ab Insulis concordans. Quamquam Trithemius diem obitus festum Assumptionis fuisse scribat. Sed errat. Ast quæ strictim ille; nos explicatius, Quoniam sic opus videtur; & vsus est; & hinc locus.

b. Ioan. Nyder in Formicario.

- c. Tob. 12. 13. I. Alanus igitur c. quia acceptus erat Deo; necesse fuit, vt tentatio probaret eum: Sicut Sandum Tobiam; & sicut d. tentati sunt Patres nostri, vt probarentur, si verè colerent Deum suum: e. 1. Cor. 11. Idque nostrà, non Dei causa, e. Vt, qui probati sunt, manifesti sint in nobis. Itaq; arcano suo consilio diuina Bonitas permittit Virum talem à matenteatur. ligno Spiritu dirè tentari, diuque tribulari. Et enim immisus in eum Spiritus Mundi, ipsum sapissimè respicere retrò, & indignum Christo reddere moliebatur. Accessit f. Datus ei stimulus carnis sue, Angelus Sathana, vt eum collaphezaret; [sicut Paulum, Gregorium Magnum, D. Hieronymum, & similes. Ipsissimus denique Sathan truculentus in eum arietauit, ac pulsauit; vt Jobum: non quidem g. tangens eum, h. Mar. 10. qua possidebat; Jam olim namq; b. dimiserat omnia, & secum erat Christum nudus nudum

dum ac pauperem: Sed tangens os eius est carnem i. Job. 2. 7. percussit eum; non vlcere, sed verbere p. ssumo.

Quare ipse de sese Alanus ista testatur ac prodit. k. [Antequam ad Rosarij admirandam predicationis gratiam peruenit, assiduè cantabat hoc Canticum MARIÆ, cupiens liberari à malis Diaboli, Carnis, & Mundi. Et quidem à quibusdam est liberatus; sed alijs maioribus pugnis est impugnatus. Septem enim annis continuò à Diabolo fuit crudelissimè tentatus, percussus & flagellatus:] (Id quod & in Antonios, Macarios, Paulos, similesq; complures ei permissum accepimus.) [Adedq; fuerunt sæua hæc verbera, vt sæpius ei vitam extorsissent; & ipse in desperationem corruisset; nisi MARIA Virgo eum adiuuisset.]

Malè mulctatur à Cacogenio. k. Posthymus Alani lib. de dignit. Psalterij B. V. M. c. 4. & cap. 51. Similia cap. 7. Et in Apologet. cap. 10.

II. [Quin imò sæpius tam vehementer agitatur à Spiritu desperationis, vt sæpè ipsi vitam extorsisset: & signanter semel; nisi visibilissimè in ecclesia Ordinis eiusdem, MARIA eum liberasset, subito tentationem profugando. Manus enim illius, heu! trahebatur ad ferrum, & ipso nolente flectebatur brachium cum ferro ad guttur proprium tam validè, vt tunc se iugulasset, nisi, [vt Angelus l. Abrahami; ita [brachium eius Regina pietatis tenuisset; alapa enim feriendo: dicens: Quid, ô miser, quid agis? Si me debitè inuocasses, vt dudum solitus es; nequaquam in tantum periculum incurrisses] Infirmatur dixit: & disparuit. [Sed & paulò post grauissima & incurabilis infirmitas eum arripuit; vt omnis hanc sciens, indubiè iudicasset, hunc mortis vicinæ fuisse filium.]

l. Gen. 22. II.

Infirmatur diuinitus.

Alanus in eo se articulo colligens, è templo ad cellam stratum perrepat. [Cum igitur demonibus] (pergit ipse) [vndiq; agitatus, turbatus conscientia, infirmitate grauatus miserabi-

liter iaceret; vehementissimis suspirijs ad virginem MARIAM ita ferè clamabat. Heu me miserum mortis filium! Heu, quid faciam? Cælestia mihi repugnant. Speravi me habere tuam, ô Maria, gratiam; & ecce grauiorem vndiq; decidi in maledictionem. Heu me, cur natus sum? Cur religionem hanc intraui? Quò mihi valuit seruitium DEI tam durum? Vbi veritas dicentis: Jugum meum suauè est! Et, quòd non permittat tentari vltra, quòd possumus? Verè, salua DEI rsuerentia, vellem potius non esse; aut lapidem me fuisse; quàm sic dies meos decurrere. Ita ille cum Job, & Jeremia clamans deficiebat.]

A Deipara  
visitatur  
consola-  
trice.  
m. Idemi-  
bidem, & c.  
7. Reuelatione  
59. a.  
Bonifacius  
in Virginali,  
lib. 2. ca. 15.  
exemplo 2.  
Jubeturq;  
prædicare  
Rosarium.

III. [Cum ecce subito post decimam noctis horam, resplenduit claritas DEI in cella, apparuitq; Beatissima Virgo MARIA; quæ suauissimè salutato, & colloquijs multis lectato lethalia dæmonum vulnera rigauit, & mox sana reddidit: m. simul eum sibi, Domino JESU CHRISTO præsentè, & multis, Sanctis, realissimè desponsauit.] Cætera ex eodem breuissimè sic Bonifacius: [Et mandauit vt Rosarij Sodalitates rursus aggregaret. Quòd autem ad id muneris paratior & pronior redederetur; concionibus adiutricem se fore Virgo promisit, editurumque miracula. Quorum vnum] Rosarij ipsi in collum iniecti, & alterum [annuli fuit, quem ex digito Virginali detractum. Alano dedit induendum. Quo ille dono erectus & recreatus, annos quindecim, Rosarij Concionator fuit, diuinofque flores varijs mundi locis sparsit, qui odorem suauissimum exhalarunt.]

In eadem apparitione, misericordiæ Mater nouel-

nouellum suum Sponsum & Alumnum quindecim Gratiarum monilibus donauit, pro merito eultus sui tam diurni & constantis; quam Deiparæ tot annis retrò, tantas inter tentationum molestias præstiterat. Ista breuissimè recenseo ex ipso Alano. Sic enim apud ipsum Alma Dei Genitrix loquitur. 1. [Impetraui tibi omnium peccatorum remissionem. Nec morieris in reatu peccati mortalis: sed si offenderis; in mundo punieris. 2. Do tibi, vt lucem quandam habeas semper præsentem; in qua me habebis, & videbis semper præsentem, & adiuuantem longè clarius & verius; quam si me videres, aut tangeres oculis, vel sensibus corporeis. 3. Do tibi gratiam impetrandi omnia à Deo postulata, quæ oraueris. 4. Do tibi sentire influentiam cælestem; hoc est; lucem in membris subintransem; teque petrahentem ad conformitatem voluntatis diuinæ. 5. Do tibi, vt præsentialissimè sit Dominus tecum; non visione oculorum, sed fidei; & sub lumine alacriori, quàm sit lumen scientiæ. 6. Do tibi, vt videas in te totam Sanctorum curiam cælestem; & cum aliquo sensu, & luce illuminante sentias. 7. Do vt audias loquelam meam, & Sanctorum. Nec vox ista est corporea, nec phantastica: sed quædam alta, clara, distincta, mentem afficiens & erudiens. 8. Do tibi scientiam non humano ingenio acquistam. Et factum est; maximè in Scientijs diuinis, moralibus & humanis: Nec docendo aut prædicado libris indigebat. 9. Do tibi, vt mulieres nunquam tibi noceant ad luxuriam quantumcunque pulcræ. 10. Do tibi benedictionem in sermone tuo; vt sentias inde Christum loquentem ea, quæ debes loqui. Et factum est signanter post Eucharistiam; vt homo imbibitus, sit quasi omnia faciens,

Donis gratiæ donatur multis ac magnis.

n. Alano. eodem lib.  
cap. 5.

ciens, iuxta illud; Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri loquitur in vobis. 11. Do, vt sentias in corde tuo totius Filij mei vitam. Et sensit in se lucem confortantem ad omne bonum, pellentem omnem acediam & passionem. Quando hæc lux discessit, sæpius erat impotens ad omne bonum. Alia quatuor Alanus non scripsit; quæ sit causa, nescitur; sed creditur, quod ad eod secreta essent, vt noluerit ea manifestare. Hæc Alani Posthumus collector. Atque ea ad instar erant dotis Sponsalium: ex quibus omnis deinceps vita illius, & actionum perfunctio conformis ducebatur. Inde Deiparæ quasi familiaris multa, & mira ex ipsa condidit; quæ de Rosario ad populum prædicauit; miraculorum sequentibus signis.

A Christo iubetur prædicare Rosarium. o. Idem c. 13. p. Idem ca. 13 ad finem. Et à S. Dominico iubetur idè.

q. Eodem li. cap. 4. Prædicat Rosarium sequentibus signis. Eodem li. ca. 53. & 54. Et in Apologia. c. 1. & 10.

V. Quin & ipse Seruator Christus ad aram facienti manifestus in iam transubstantiata apprensus Hostiâ, sub pæna præsentissimæ mortis illi, vt prædicando euulgaret Rosarij vsum, mandauit. Quod idem aliquando negotium dedit videnti, vigilantique assistens ipsi S. P. N. Dominicus, vt suo exemplo Psalterium B. V. MARIAE prædicaret: atque, inquitabat. *p. Vides, quomodo profaci per Virginem MARIAM in sermone isto. Id ergo facias etiam tu & omnes MARIÆ amatores. Vt sic trahatis populos ad veram scientiam omnium virtutum & morum, per Psalterium MARIÆ Virginis. Iamq; eum ante mouerat istis: Tu prædicat, sed tibi caueas, ne potius laudem humanam quæras, quàm animarum fructum. Itaque q. longè latèque hoc deuotissimum Psalterium, ad diuini cultus augmentum, & opuli ignari salutem, copiosius propalauit. Per quod, Dei gratia cooperante, vix dicibilia miramenta. Horum aliqua, exempli causa duntaxat, inuenerunt post Alani Apologeticum.*

VI. Vt

VI. Verùm prædicatione eam antecessit reuelatio multiplex. Reuelationum autem tria potentissimum summa fuisse capita reperio; 1. Infortationis; vt sciret quid, quatenus, quomodoque Reuelationibus, prædicaret. 2. Iussionis expressæ; vt Prædicaret Rosarium 3. Consolationis diuinæ. Hæc passim toto sunt in Alani volumine obuia. Eius certè Collector de reuelatione ipsius in genere ita in cæteris. *Hoc Psalterium à mentibus hominum, deorsum dudum obliuione sepultum, benignissimè dignatus est reuelare Clementissimus DEVS, cuidam deuoto Patri, Fratris Ordinis Predicatorum. Quem suauissimi sui amoris igne, quasi viso lucis fonte adeo perfudit; vt Ecclesiam Sacram illuminaret; & cunctis candelabrum luminis & sanctitatis, vita & moribus exemplar existeret.*

VII. Nemo non videt duabus istis gloriæ sublimioris alis, hæc Reuelationum, istâ Miraculorum, ferri animum Alani supra se potuisse; atque transuersum rapi: nisi in clyta viri virtus, ex singulari diuina gratia moderatè eum in ordinem redactum attemperasset. Huic accessit occulta corporis illius infirmitas perquam acris; pertinaciter illi ad vitæ vsque vltimum spiritum inhærens: de qua paulò antè. Neque solum. *2. nullam requiem habuit caro, eius, vt & Pauli; Sed omnem tribulationem passus est. Foris pugnat, intus timores. Sed, qui consolatur humiles, consolatus est eum DEVS.*

Pugnans atq; tribulationes, ex Rosarij prædicatione, in ipsam cièdas fore predixit illi Magistra Deipara sed & in cunctis aduersis opitulatrice affore promisit, ac præstitit. Quid illas ego pugnans aduersantiū ipsi, hoc loco recensèam? Vel vna ipsius Apologia pro sua Rosarij prædicatione satis re ipsa restatur. Et sanè, calumniantiū prædicatione eius, & obloquentiū acris multitudo per-

Et præcedentibus Reuelationibus, Rosarium 3. Consolationis diuinæ. Hæc passim toto sunt in Alani volumine obuia. Eius certè Collector de reuelatione ipsius in genere ita in cæteris. *Hoc Psalterium à mentibus hominum, deorsum dudum obliuione sepultum, benignissimè dignatus est reuelare Clementissimus DEVS, cuidam deuoto Patri, Fratris Ordinis Predicatorum. Quem suauissimi sui amoris igne, quasi viso lucis fonte adeo perfudit; vt Ecclesiam Sacram illuminaret; & cunctis candelabrum luminis & sanctitatis, vita & moribus exemplar existeret.*

s. In eodem lib. ca. 4.

Alæ Alani duæ.

2. cor. 7. 5.

Et interuenientibus detractionibus & aduersis,

perit

apud Reuerendissimum Ferricum Tornacensem Episcopum, vt Alanus prædicat: ab sef doctriæ reddere rationem iuberetur.

Quibus esse videtur quodam modo similibus S. Paulo.

u. Alanus in lib. de Psalterij dignit. B. V. cap. 5. monit. l. i.

Alano mandatur scepticè reformatio Fraternitatis.

Vv. Ala lib. de dignit. Psalt. B. V. cap. 53.

Sta Lector beneuole, & considera; an non videre tibi videaris in Alano renouatum Doctorem Gentium exemplum vetus illud vitæ primæ peccatricis; deinde ipsius per reuelationes de Christo edocti: tum prædicantis cum signis & portentis: demum aduersis inter hæc plurimis ipsum lingua manuque persequentium, exagitati? Exagitatus est, tentatus, infirmatus, prædicauit reuelationibus edoctus est Alanus, quantum olim peccator? Audi ipsum de se in persona tertia ita Scribentem: *u. Iste dudum magnus fuit peccator, à multis peccatorum speciebus vndique temporè per multa ligatus. Vt hoc viso confidant peccatores. Idèd enim B. M. A. R. I. A. innocentem non elegit, sed peccatorem: sicut CHRISTVS Magdalenam in sponsam. Planè mihi sic videtur: Quæ de se Apostolus in 2. Corinthiaca cap. 12. à versu, & 5. vsque ad 13, memorat visa, reuelata, infirma corporis, & carnis, gloriosa mirandaque signa: Similia quodam modo de Alano quoque posse affirmari: sicut conferenti singula patebit.*

VIII. Talis ergo, tamque vir lectus iste fuit electionis vas, ad portandum & prædicandum in Psalterio nomen IESV & MARIE coram gentibus; vt ipse foret collapsæ Fraternitatis instaurator. De qua sibi demandata functione sic ipse v[er]o [Quemadmodum leges & Ordinationes Sanctorum perierunt in obliuione: sic negligentia, & mundi malicia, tanta Psalterij MARIE indignè sepeliuit bona. Quod non ferens pia Dei Genitrix hæc iterum reformari nostris in temporibus sapius præcepit, multis cum signis & prodigijs: dicens præfatio suo nouello sponso: Quòd scilicet mundus per AVE MARIA fuit renouatus, infirmus

feruus euacuatus, cælum reparatum; sic & nouissimis his temporibus pessimis, tali Suffragio ipsa eadem piissima Dei Genitrix MARIA, mundum iterum ad Sanctas Dei Leges reformare intendit. Addens; plurima se gratiarum genera collaturam his; qui Psalterij cultores erunt, & prædicatores.

Qui verò eius erunt deprauatores aut impugnatores; non dubitent, contra se prouocari Reginam misericordiæ. Quod sapius; heu! heu! iam expertus sum. Cum omnes penè tales, hoc impediens, aut corruerunt in maximum peccatum; aut scandalum; vel grauissimum damnum; aut in mortem pessimam.

Quapropter, ô vos vniuersi Fideles, D. N. IESV CHRISTI, & MARIE Virg. filij, attendite, quæ sò, fidem vestram: considerate mortem vestram certam, & horam incertam, temporaque in præsentem periculosissima; nec non & futura supplicia æterna. Pro quibus bonis acquirendis, & malis fugiendis accipite, & orate Psalterium virginis MARIE; laudando Sanctâ Trinitatem semel ad minus in die, in hoc beatissimo Psalterio. Ad quod etsi non moueant prædicta; saltem moderna prouocent exempla. Nec enim dicere ausi essemus; nisi certificati indubiè penitus essemus. Tanquam enim Doctor veritatis loquor pro diuina veritate, pro naturali, pro moribus quoque, ac pro totius militantis Ecclesiæ vniuersali salute. Hæc Alanus neglectæ vindex Fraternitatis atque Psalterij.

Aduersarijs minas dictantur. & pænæ.

Adhottatio. ad vsum Rosarij.

*De renouata Fraternitatis statu, progressu, & Successu.*

**S**Tatus constantem firmitatem perpessæ de-  
sclarant impugnationes. Eius solidam boni-  
tatem cognita penitusque perspecta probat ve-  
ritas. Eius vocationem diuina docet, & contesta-  
ta autoritas. Legum vtilitatem dies docet & v-  
sus. Horum similis est progressus atq; successus.  
Nos singula ista ex ordine. Itaq; principio vide-  
tur operæ esse pretium, si ex Apologetico Alani  
summa quædam capita eorum proposuero, quæ  
ipse de Rosario prædicauit; & reddita coram  
Episcopo ratione, defendit contra præsefe-  
rentes zelum ac scientiam oblocutores suos. Ea  
ferè sunt huiusmodi.

Obiectio-  
num seu  
querela-  
rum con-  
tra Rosa-  
rium &  
Fraternita-  
tem sum-  
ma capita.  
de quibus  
rationem  
reddit Ala-  
nus.

1. Nomen hoc, *Psalterium*, rectè isti oratio-  
num generi imponi. 2. Idem rectè orari in ordi-  
ne ad IESVM CHRISTVM. & B. V. MARIAM, 3. Alijs  
appellari vocabulis *Psalteriũ*; sed hoc esse cõueni-  
entissimum. 4. Defenditur numerus quindenari-  
um Orationum Domini. 5. Item numerus et  
Salutationum Angelicarum 6. *Fatua*, inquit Ala-  
nus, *vel potius Curiosa mundanorum querit audi-  
tas; quid nobilium est, Dominica Oratio; vel Angeli-  
ca Saluatio?* 7. *Quæ sunt in Psalterio Davidico?*  
ad *Psalterium Angelicum* rectè eadem appli-  
cari allegoricè, vel tropologicè, aut ana-  
gogicè, aut typicè. 8. Inuentionem *Psalterij*  
B. V. M esse antiquam & sanctam. 9. Quomodo  
res tanta tam diu iacere, in obliuione potuit? 10.  
*Quemadmodum Alano sint, factæ de eo reuelati-  
ones?* 11. *Utrum, & in quo præstet alterum alteri*  
*Psalterium Davidis, & B. V. MARIÆ?* 12. Non in-  
utile quid esse *Psalterium B. V. MARIÆ*. 13. Rit,

& or-

& ordine additas ipsi Indulgentias fuisse. 14. Mo-  
dum orandi *Psalterij* esse bonum. 15. Rectè, & v-  
tiliter à Prædicatoribus, ac parochis prædicari  
*Psalterium*. 16. Confraternitatem *Psalterij* con-  
uenienter institutam esse. 17. Inscriptionem in li-  
brum Confraternitatis licitè vsurpari. 18. Ab In-  
scriptione, & Fraternitate multas in Ecclesiam  
vtilitates promanare. 19. *Humana*. Scribit Alanus  
*non quiescens auiditas, sapius, ut ait Basilium, multa  
querit, plus leuitate acta, quam deuotione attracta.*  
*Inde queritur nunc; quid melius est: Orare Psalterium  
B. V. mente, vel voce? an scribere de eo, aut prædicare?*  
20. Conueniens esse, vt *Psalteria* & portentur ad  
zonam, & orentur. 21. Item vt aliqui dent ea  
non habentibus Rosaria.

22. Varia alia quæ calūniosè vel inuidiosè ob-  
iectantur. Vt 1. Quòd per Fraternitas sit noua, nõ  
approbata. 2. Quòd per *psalteriũ* dimittatur alia  
preces. 3. Quòd parochiani dimittet suas Ecclesi-  
as, & ad Prædicatores fugiet; tanquã ad suos Fra-  
tres: peribuntque emolumenta Parochiarum,  
Sepulturæ, offerrotia, Missæ, dona, familiarita-  
tes, & huiusmodi; in detrimentum Ecclesiæ. 4.  
Quòd phantasiæ sint & somnia multa; idcò non  
placèt ista *Psalteria*. 5. Nõ possunt omnes ea ora-  
re, alijs grauati. 6. Quod multæ reuelationes fe-  
rantur de isto *Psalterio* quæ non sunt approba-  
tæ. Et alia talia multorũ querula iactabat male-  
uolentia. Quos demum iusta Correptione dig-  
nos subinde diuinitus puniri docet. Ex diuerso  
autem promotores, oratoresque *Psalterij* à Deo  
Deiparaque multa & magna beneficia comine-  
reri. De istis, inquam, singulis rationem iussus  
reddidit Alanns ad Reuerendissimum Ferricum de  
Cluniaco, Tornacensem Episcopum. In quibus  
renouatæ Fraternitatis status præclare elu-  
cet.

Obiectio-  
nes contra  
Rosarium  
& Frater-  
nitatem.

De reuelationibus sanctè iuratus testatur Alanus. II. Sed reddita ab sese rationi pro omnibus quamuis sufficientissimæ; altiorem tamen addit sanctioremque; contestationem talem; vt in humanis quidem, diuinisque rebus nihil esse superat. Neque semel duntaxat; verùm pro rei nature necessitate sæpius. Ego pro more meo quædam ex diuersis scriptorum eius locis hîc totidem verbis recitabo.

x Alan. in Apologetico cap. 10.

Relictâ cuique libertate de ijs sentendi quod volet.

Eadem & alijs sunt reuelata,

Aliud iuratum testimonium

Itaque & suam de Psalterio doctrinam; & de Reuelationibus propalam sæpius dicta & prædicata, iuratus ita testatur. *x Hæc autem frequentius credere non valui, rationibus humanis quam plurimis felicitus: tandem sic coactus sum huic assentire reuelationis quod nescio; credo hæc esse vera; sed scio personam, & per signa infallibilia hoc cognoui; nescio semel; sed vicibus quàm plurimû, & mihi inenarrabilibus. Et hoc verum confiteor, & quantum CREDO, sine ulla falsitate IVRO, hæc esse vera coram toto mundo; imprecans à Domino nostro IESU CHRISTO piè potius mori, omni hora, morte corporali; quàm fallere in dicto, vel falli. Credat mihi, qui voluerit; qui autem non vult, cum Domino maneat. Nullum ad hoc credendum cogo; sed libertati quemque relinquo: Et sæpius hæc prædicauit. Nimirum qualis Doctor & prædicator Fraternitatis Rosarij; tales & discipulierant, atque contractes eiusdem. Audi namque ipsum.*

III. *Et nescio hoc scio de illa persona; sed plurimi viuentes certissimè de illa agnoscunt, non humana, sed reuelatione Dei sola; Vt sic audentius dicere audeam, quæ dixi. Verùm quia persona hæc adhuc vivit, non possum eam in singulari manifestare; propter pericula vana gloria, mundana varietatis, & etiam tribulationis. Talia enim abscondi debent in vita, & post mortem laudari, Secundum Gregorium.*

III. Ac rursus in eodem capite, post obstupescen-

cenda quædam, ita scribit. [Credant mihi, qui voluerint: quia IURE IVRANDO hoc AFFIRMO. Si autem noluerint; quid ad me. Hęc, quæ dico, aliter, quàm dicam, probare non possum, nec audeo. Plurima tamen agnoui in huiusmodi signa facta admiranda.]

Posito etiam casu *y*, quodd huiusmodi, quæ *y*. *Eadem narro, omninò sunt falsa; (quod nequaquam credo) adhuc nihilominus remanet dignitas, & veritas Psalterij Virginis MARIÆ, ex dictis iam capitulis, & dicendis. Vnum tamen dicam, quodd carnalis homo non sapit ea, quæ Dei sunt, vel quæ Spiritus; iuxta diuini Verbi sententiam. Et Bernardus inquit; Nemo nouit de his donis; nisi qui accipit. Imò qui accepert hæc; lumine reuelationis decedente, vix reuelata aliquando credere possunt. Sic Jeremias adueniente Spiritu Dei & reuelante noua mysteria credidit; & prædicauit: Sed deserente eum lumine diuinæ reuelationis ad tempus, ait modo humano: *z*. Seduxisti me DOMINE, & seductus sum. Idè, QVAM VIS HÆC CREDI POSSVNT; TAMEN HYMANA SCIENTIA APPREHENDI NON POSSVNT: & multò minus Sapienciâ diabolicâ. Cuius ratio est D. Thomæ: quia lumen diuinæ reuelationis est excedens torum lumen naturale cognitionis. Est enim lumen tale, de quo in Psalmo: *a*. In lumine tuo videbimus lumen. Præterea carentes tali lumine iudicabunt de diuinis reuelationibus, sicut cæci de coloribus. Inde deuoti viri, carentes tali, possunt etiam errare in iudicijs celestium reuelationum; vt sæpe compertum est: Nisi loco luminis signa habeant, vel prodigia, aut miracula euidentissima.] Itaq; negatæ sunt omnem reuelationes hæreticæ.*

*y. Eadem narro, omninò sunt falsa; (quod nequaquam credo) adhuc nihilominus remanet dignitas, & veritas Psalterij Virginis MARIÆ, ex dictis iam capitulis, & dicendis.*

Reuelationes difficulter creduntur, nisi ex speciali lumine gratiæ.

*z. Jer. 20. 7. Aded raperant.*

*a. Ps. 35. 10.*



lationes, humana prudentia ac scientia innituntur. At si DEVS, (in cuius potestate omnia sunt) facere non posset, quod per naturam fieri non valeret. Sicq; cadunt in heresim secundum Augustinum: Cum miracula sint, secundum eundem, totam naturam creatam extendentia.

Uterius cadunt in hunc errorem; quod dicunt iam non esse miracula; contra experientiam Ecclesie vniuersalem: de qua sum certissimus: Et contra Ecclesie Collectam, in qua dicitur; DEVS, qui Ecclesiam tuam nouis semper rebus mirabilem miratur, &c.

Inde fit peccatorum iustificatio. Quod Augustinus de maximis Dei operibus affirmat. Inde sancta etiam Eucharistia semper fuit in signe & summum Dei miraculorum; secundum Ambrosium: quod est maius sine comparatione omnibus reuelationibus. Qui ergo facit talia; multo fortius facere poterit minora.

Agnoscat ergo huiusmodi hesitantes; quod licet diuina reuelationes credi possint; nequaquam tamen demonstrari possunt: nisi in illo, qui habent idem lumen reuelationis. Ex dictis Augustini, in libro Confessionum, & Bernardi. Hæc ibi Alanus.

Alio loco obiectionem ponit hanc; & simul respondet. *b. Si dicit, inquit, Vos apponitis multas reuelationes in isto Psalterio, quæ non sunt approbata a Ecclesia: sed nouella quædam sunt. Audite patienter. Posito casu, quod nulla sit reuelatio noua; adhuc substantiam dictorum æstimo, quod ad Psalterium MARIÆ Virginis, esse veram & deuotam, antiquorum Traditione Patrum, & Sanctorum. Et, si reuelationes nouas addidi; illas tamen non assero esse probatas; sed tanquam suasiuas, bias, & deuotas: relinquens eas deuotioni & libertati legentium, tanquam probabiles: Modo, quo in sermonibus & libris magnorum virorum frequentissime reperuntur exempla non approbata; quæ tamen non idèd, quia non approbata, sunt falsa censenda. Nec dictum est contra Jura; sed pro Jure magis, & Summorum Pontificum*

*b. Alan. in Apolog. c. 22. sub finè. Quatenus nouis & suis credi uelit reuelationibus.*

gloria & Episcopum. Et infra: Hæc dico pè & deuotè. Quoniam aliter probare non ualeo, sicut nec similia à Sanctis uiris uillis, autoribus Legendarum, sunt probata. Credo tamen hoc reuelatum nunc esse uerissimum, nulli falsitate annexa. Sic illè.

VI. Porro Idem Alanus passim literis confignat quædam in ætate S. Dominici facta de Rosario admiranda; quorum alia ipse legerat; per scripta à P. Ioanne de Monte, aut P. Thoma de Templo, iudiciduis S. Dominici comitibus; Alia nusquam legerat unquam: Vtraq; tamen idem per reuelationem perinde cognouerat. De hisce ita testatur iuratus. *c. De omnibus his fidem; & testimonium sub iuramento Fidei Trinitatis perhibeo: sub periculo omnia maledictionis mihi infligenda, in casu, quo deficio à ueritate recto tramite. Atque ea de fide eorum, quæ Renouator iste Fraternitatis Alanus prædicauit admiranda. De quo Beyllius ita: c. Fidem cuiq; facere, utiam si talis uita non fuisset, deberet.*

VII. Superest, ut eam quoque formam cognoscamus ac faciem, ad quam Fraternitas Rosarij postliminèd fuit restituta. Nam in quam instituta principid fuerit, superius d est pertractatum. Quibus huc ex Alano ista addo. *[Communitas, siue Societas seruientium Mariæ Virginis in suo Psalterio dudum fuit inchoata per Sanctos Patres; qui Dei nutu agnouerunt Communitatis huius efficaciam. De hisce iam alijs locis pertractauerat, f.*

*Pergit porro Alanus ita scribens: Signanter uerò Beatissimus Dominicus, diuino fretus auxilio, pro animarum salute multarum; utpote qui fuit Predicator summus re, nomine, & professione in mundo; ad hoc cum signis & portentis mirabilibus missus, Idcirco Communitatem istam renouauit; quæ dudum ante tempora sua ualde inchoata fuit: ut legi in M. Ioanne de Monte. Est autem*

*Iuramentum de reuelatis sibi historijs.*

*c Alanus lib. de dignitate Psalterij cap. 24. sub finem. c. Ioannes Beyll. lib. de Rosacea coronæ.*

*d Suprà lib. 2. c. 10. e Alan. in Apologesico cap. 16. f In Apolog. c. 3. & lib. de Psalterie c. 2. Fraternitas Mariæ fuit ante S. Dominicum.*

Communitas hæc potissimum in tribus. Singula totidem ipsius verbis hic reddam.

[Primum est. Quòd in hac Societate merita omnium sunt communia, tam in vita, quam in morte, & post mortem, vsque in æternum: loquendo de Communicatione nedum in vniuersali; sed etiam in particulari. Quod est maximū gratiæ donum.

Secundum est, Quòd Fratres & Sorores in hac communitate debent orare diem Psalterium B. V. MARIAE. Et quando dimittunt; pro illa die priuabuntur aliorum meritis; scilicet, in particulari: si autem resumant alia die, participes erunt, sicut & alij.

Tertium est. Quòd in ista Societate nullum est votum, nulla penitus obligatio ad quodcumque peccatum, siue mortale siue veniale, g. Sed tantum ibi est obligatio ad pœnam priuationis meritorum aliorum iam dictam.

Vnum tamen dicere volo: quòd Confratrum istorum sunt duplicia merita. Sunt enim merita Psalteriorum: Et de horum priuatione meritorum intelligitur tantum pœna iam dicta. Alia autem sunt merita aliarum orationum, meditationum, dictorum, & factorum: Et talibus meritis non priuantur Confratres isti, si non orauerint Psalterium V. MARIAE: Imò participant ista, sicut & alij Psalterium orantes. Hoc tamen est intelligendum; quando Fratres huiusmodi non dimittunt Psalterium suum ex contemptu mortali; vel ex malitia affectata; aut ex omnimoda negligentia. Aliàs si ex infirmitate; vel occupatione, aut labore; aut aliqua humana in deuotione; siue rationabili causa aliqua: tunc etiam participabunt in meritis aliorum, ac si ipsum orassent.] Plura de Communicatione merito-

rum

rum ibidem; & (vt omnia,) præclara, de quibus inferius lib. 3. c. 10.

II. Jam verò sic restituta ac reformata Fraternitas ab Alano, quo vsa fuerit progressu, fructu, atque successu, videamus. Et ecce, ista ipse: *h.* [Jam plusquam quinquaginta millia habeo varijs terrarum in locis, ex omni statu mundi. Quorum sunt multi, qui habent reuelationes à DEO; & sunt de Sanctioribus orbis totius. Et mihi dederunt omnes vota sua vsq; ad mortem; quòd possim communicare eorum merita alijs, quibus vellem; qui hanc volunt Confratriam Annunciationis Dominicæ intrare.]

[Et ecce, iterum do tibi:] (scribit ad Ferricum Episcopum Inquisitorem suæ Prædicationis de Rosario) [Omnium sociationem; & quòd valeas, sicut & ego, recipere ad Confratriam istam quoscunque volueris, in tua ecclesia. Et hoc quantum valeo, & quantum possum in Domino IESU CHRISTO, Sed limitata est licentia, quantum valeo, ait. Vide sempiternum; præsentibus & futuris idem supra capenitus concedo & dono viribus totis, quibus possum.

Nec putes me hoc facere Ecclesiæ aliqua iuridica potestate: Sed hoc tantum facio charitatis, & deuotionis, & amoris fraternalis pietate, ac sociorum meorum & Confratrum in ista Psalterij Societate beneplacito & voluntate: quorum in scriptis nomina quàm plurimorum recepi.

Alij autem, vt Domini Plebani, & Priores, & Religiosi varijs in locis aliorum nomi-

S 3

na ac-

Leges instituta & restituta Fraternitatis.

1. Esse communicationem meritorum.

2. Indies orandum Psalterium B. V.

3. Nullam esse obligationem.

g. Idem in Apologetico. c. 22. eadem. Quæ merita Fraternitatis & quatenus participatur.

Fraternitatis status & progressus sub Alano. *h. Alan. in Apolog. c. 22*

Licentia Clericis data instituendi tales Fraternitates. Sed limitata est licentia, quantum valeo, ait. Vide supra capit. 7.

na acceperunt, & recipiunt.] Similia & alibi passim de statu, fructuque Fraternitatis. Notanda verò hic est facta ab eo licentia infirmitatis Fraternitates in parochijs. Id enim manifestè arguit, citra licentiam nulli, præterquam Ordini Prædicatorum, licuisse. Addeò propria ipsi sua fuit semper Fraternitas. Quid hac in re iam Summi Pontifices, totusq; Ordo noster disposuerint; liquet superius capite 7.

## CAPVT XIX,

*De vna, alteraq; imperfectiuncula, in Renouationem surrepente; sed mox correctâ.*

**I**N hoc rerum statu, atq; progressu Fraternitatis, maximè per Britanniam, Picardiam, Franciam, omnemq; oram Belgicam, perq; Saxoniam renouata; inter tot Seruatoris CHRISTI, S. Dominici, in primis verò Deparè factas ad Renouatorem Alanū reuelationes admirandas, informationes magistras; infirmitates inhærentes ipsi admonitricēs; tot inter assultantes tentationes extimulatricēs; circumsonantes aduersantium linguas calumniatricēs; inter nonnullorum etiam obloquentium diuinas punitiones; inter tot ac tanta, quæ passim designabantur ex Mariani Psalterij merito miracula; inter tales tamq; diuinas gratarum dotes Alano cælitus concessas; deniq; in tam feruenti zelo Renouatoris ac Prædicatoris eiusdem; ipsum tamen Alanum illum intepuisse subinde videri potuisse; hoc est, inquã, mihi quod perquam admirandum venit. Minuit verò admi-

admiracionem: quòd non is mortalibus; sed illi visus intrepuisse fuerit, qui etiam iustitias iudicat DEVS.

Ipsum do scribentem de sese Alanum, sicut idem sibi in apparitione locutum annotauit Seruatore *1.* [Vidit is,] de se scribit in personâ Remissionis, [aliquando tempore Celebrationis, in Alanus ex S. Eucharistia DN. N. JESVM CHRISTVM quasi stimularum crucifixum, sicut fuit tempore passionis suæ; aut à Christo diuitq; Crucifixi vocem: Tu me iterum crucifigis. Cui ait persona hoc videns: O Domine Jesu CHRISTE, quomodo infelix ego scelus tam nefandum perpetrare possum? Et D. JESVS: i. Alan. lib. de dignit. Psalterij B. tua peccata me crucifigunt; etsi non operando, tamen omitendo. Cùm enim habeam scientiam, & potentiam ad officium prædicandi, tu es reus omnium malorum, quæ auertere posses, Si PRÆDICARES PSALTERIUM MEVM. Factus enim es, sicut canis non valens latrare; cùm tamen totus mundus lupis repleatur. Et nisi te emendaueris; in Patre Omnipotente iuro; quòd tu de falso prandio mundanorum ista accipies] Audi rem horrendam.

[Et subitò videbat quasi barathrum infinitæ Poenæ divoracitatis, vbi cernebat viros Ecclesiasticos, centium & Religiosos, & mundi potentes in copia innumera dicumbentes. vbi nix, grando, ignis, glacies, & spiritus procellarum pars calicis eorum erat, k. Omneq; genus serpentum, cunctaque mundi turpia, & horrenda: comedebantq; vsque ad plenum.] Et alia, quæ describit terrificam, cùm vno haussisset obrutu; [tunc CHRISTVS ad eum dixit: Ecce, ibi tua requies; si amplius silueris. At ille ait: DOMINE, Christus quid me vis facere? Et Dominus JESVS CHRISTUS est hostis est vs; Prædica Psalterium meum; & ne timeas. Ego pugnabo contra omnes, te pro ista Fraternitatis materia tatis.

materia impugnantes. Et nedum prædica: sed tu quoque dic, quod prædicabis; ne discumbas cum his, quos vidisti, qui quod dicunt, non faciunt.] Hæc ad Alanum Seruator JESVS.

II. At Mater JESV ista aliàs. I. [Sponsus nouellus gloriosissimæ Virginis Mariæ fuit aliquandò raptus; postquam diu Psalterium Virginis Mariæ perorasset. In quo rapto vidit assistentem Beatissimam Virginem Mariam, quæ sic cum allocuta est. Cur more solito non deseruis mihi in Psalterio meo? Rectè incepisti: Sed acediâ multum intrepescis. Et ne modicam putes mercedem esse, quæ tibi dabitur, si fideliter seruieris, ultra eam, quam accepisti; veni mecum, gloriam & excellentiam tibi manifestabo ampliozem. Sic igitur Maria Virgine ducente, ad cælestia peruenit palatia; vbi vidit ciuitatem, &c.] Et post multa ac miranda, B. V. Maria inquit: [Similes spondi ciuitates cunctis seruientibus mihi in Psalterio meo.

Tunc pijsissimus JESVS ait: Ego, ô sponsa charissima, tui amore Me eis, cum omnibus postulatis, in æternum condono; si perseverauerint in Psalterio nostro. Tu adde, & fortius orare memento, & attentius; si ciuitatem tuam uolueris facere ampliozem, clariozem, & suauiozem. Sicq; volens, nolensq; cælestia dimisit, & in terra se tristem reperit, in parte de tantæ gloriæ dimissione] Hæc ad vnum ambo JESVS & MARIA, ob culpabilem qualemcunque remissionem ab incepto. Ne scilicet a reformatore in cæteros, vt à capite in membra, longius tepor dimanaret, & altius infideret, Ergo in maius ardor illius indies exardescerebat.

III. Verùm

III. Verùm & hinc ecce tibi tentationem aliam. An, vt alias exquisitæ doctrinæ diuinitus dandæ præberet occasionem? Quem vidimus ex pusillaminitate, ob aduersantium instantiam remissiozem, mox tamen excitatum diuinitus: Eundem haud multò post accepimus animi ægrum iacuisse, ac penè tantum non fractum. An ad nimiam contentionem mentis & corporis fastilcente naturâ? An Autore naturæ gratiam consolationis paternè suspendente? *m. Job. 36. 32. est excelsus qui in manibus abscondit lucem; & percipit ei, vt rursus adueniat.* Id in Alano Reparatore primo ac principe Fraternitatis vel ex ipsomet cognoscamus; cuius morbus & infirmitas, sit nostra medicina & informatio. Sic ille. *n. scribit.*

Speciositatis immensæ, & ineffabilis misericordie, & dulcedinis benignissima Virgo MARIA suum addidit visitare Sponsum infra octauas quasdam Omnium Sanctorum. Cuius infinita videbatur pulcritudo; adè admirabilis; vt omnis mundi pulcritudo huic comparata, videretur sola esse pictura, & umbra veritatis. Tantæque suauitatis ac gloriositatis ipsa erat in suo aspectu virgineo; tamque profunda in eloquio; vt omnium æstimationem hominum penitus excedat mortalium. Cùmque iam præfatus multis in elapsis antea diebus satis vagabundè officium Psalterij dixisset, de hoc supra modum dolebat, quòd attentè & sapidè illud Psalterium dicere non valeret. Æstimabat enim Psalterium nihil sibi prodesse, cùm ad idem non posset attendere: singularissimè ex dæmonum maxima tentatione; quâ mente quàm plurimum totus erat obtenebratus. Hunc igitur Domina nostra trepidantem, & de Ecclesia fugere volentem, alloquitur dicens.

S 5 O dul-

Inuitatur  
à B. V. M.  
& Christo  
ad idem.  
1. Alanus  
lib. de dign.  
Psal. B. V.  
cap. 52.

Diuina  
promissa  
Coronari-  
js in cælis  
præstanda.

m. Job. 36.

32.

n. Ala. eo-  
dem lib.  
cap. 56.

De aridita-  
te in ora-  
tio nedo-  
cerur.

Vt appare-  
 tes Spiritus  
 sint pro-  
 bandi.

Dulcis fili, ne fugias. Illicò diuina tunc vir-  
 tute pedes eius terræ inseparabiliter adhæserunt.  
 Rursum Domina ad eum. Si de me, meisque  
 puellis dubitas; signa me signo S. Crucis, cun-  
 ctasque mecum, quas vides, puellas, Et si quidem  
 à Maligno sumus, fugiemus: sin autem; fortius  
 stabimus. & clarius tibi apparebimus. Quòd &  
 fecit, &c. Quibus peractis; Domina ad eum ait;  
 O fili, iam non dubites, tua enim sum Sponsa;  
 sciasque non sine tentatione in hoc mundo pos-  
 se quènquã viuere. Nam nec Ego, nec Filii me-  
 us, nec alij Sancti hoc habuerunt. Quin imò te  
 præpara; sub armis fidei & patientiæ, ad varia  
 plus, quàm vnquam, sustinendum tentamenta.  
 Necte, ò fili, elegi, vt pigriteris; sed vt bella mea,  
 tanquam miles, inuictus prælieris. Et per am-  
 plus non terreat te ariditas mentis; quam me  
 volente aliquibus diebus passus es. Hoc enim  
 debes capere, tanquam supplicium in pœnam  
 pro tuis peccatis; & ad promotionem patientiæ  
 & virtutis; atque pro salutæ viuorum & defun-  
 ctorum.

Ariditas  
 est statis-  
 factoria.

Oratio e-  
 tiam arida  
 est Deo  
 grata.

Non enim coram Deo minoris est meriti illam  
 mentis ariditatem, & fuscationem pati patienter;  
 quàm corporalem sustinere infirmitatem,  
 aut pro Deo subire laborem. Et istud signis istis  
 tibi ostendo. Nam medicina est eiusdem virtutis  
 dum capitur à rustico illam ignorante, & à me-  
 dico illam sciente. Nec lapis pretiosus minoris  
 est virtutis in manu rustici, eius posse nescientis;  
 quam in manu summi lapidarij. Nec etiam flo-  
 res, fructus, aurum, ignis, cæteraque huiusmodi  
 minorem habent efficaciam in personis ipsa ig-  
 norantibus; quàm in perfectè illa cognoscenti-  
 bus. Et ita est, ò fili, de oratione dicta ex bono  
 corde, & forti animo; quamuis inattentè & ari-  
 dè.

dè. Non enim est talis oratio in aridis minoris  
 fructus; quàm in illis, qui attentè orant: quin  
 imò aliquando est maioris; secundum mensu-  
 ram maioris difficultatis. Oratio enim est  
 Dei medicina; & vinum consolationis; sol Ec-  
 clesie; campus florum; lapis pretiosus; & dena-  
 rius regni.

si esset mulier, quæ haberet tres filios. Vnum  
 bene loquentem; alium valdè timoratè & im-  
 perfectè loquentem, & plusquam de medio  
 habuissent; tertium autem in cunis, duorum  
 mensum, nihil omninò loquentem, nec intelli-  
 gentem; sed tantum vagitibus suas passiones in-  
 dicantem: nonne illa mater trium horum filio-  
 rum suorum petitiones audit, & intelligit? Quin  
 imò non loquenti, nec intelligenti magis com-  
 patitur, & eius per amplius miseretur. Ita Deus  
 omnes orantes attendit; dum tamen bona in-  
 tentione, & forti animo orent; quamuis quid  
 orent, non intelligant; sicut sunt simpliciani. Et  
 multi Sancti sic orabant; & nihilominus exau-  
 diti erant. ] Hæc ad Alanum Deipara. Subijcit  
 continuò CL. articulos meditationum, & vita  
 & passionem Christi, attentionis inter orandum  
 Rosarium adiumenta.

Atque ista de prima illa prouinciali Fraternali-  
 tatis innouatione; quam viri grauissimi Cor-  
 nelij de Senekis, Sanctissimæ Theologiæ  
 Doctoris ac Professoris, Prædicatoris Ge-  
 neralis, Inquisitorisque hæreticæ prauitatis  
 per orientalem, occidentalemque Saxoniam,  
 huius, inquam, viri verbis istis concludam;  
 o. Post tempora Beati Dominici istud di-  
 uinissimum Beatissimæ Virginis Psalterium  
 iterum in obliuionem venit; ita vt à pau-  
 cis frequentaretur; donec excitaret Domi-  
 nus

Pater simi-  
 li perquam  
 illustri.

o. Cor. Sen-  
 kis. Serm-  
 alius 10. 3.  
 Rosario de

Pensum orandi diurnum. nus deuotissimum Virginis *MARIAE* Psalterium Magistrum Alanum de Rupe, natione Britonem [ Teutonem scribunt alij, ] Sacri Ordinis Prædicatorum. Qui dictum Psalterium in Britannia, et Fræcia, & Picardia, eum mira hominum deuotione & multifario fructu, innouauit ita; vt quilibet diceret omni die vnum Psalterium B Virginis ]

Hæc M. Cornelius Senekis S. Theologiae Professor Rostochij & hæreticæ prauitatis Inquisitor, sub annum M. D. Qui B. Alano iam cano, & ætate fesso, iuuenis euirescebat discipulus seu Auditor Michaelis ab Insulis: istius qui Generalis Coloniensis Renouationis adiutor & pars magna fuit. Verum & hic in suis de Rosario Quodlibetis, anno 1476. in celeberrima Coloniensi Academia a sese pronuntiatis, solenniterque approbatis, sui quondam Magistri Alani gratissimam reliquit nobis proditam memoriam: Sic eodidem de eo verbis testatus: *p. Fuit, inquit, feruentissimus in amore Virginis Mariae: semperque in ore Salutationem Angelicam ambulando, loquendo, predicando habebat. Et ad finem Compædij sui inquit: Quandoocumque aliquid pronuntiare, aut dicere, voluit prius, quàm inciperet, genibus flexis Salutationis suffragio diuinum auxilium requisit.* Sic Insulanus. Quo quidem istud merebatur, quod ex ipsius, & repetitum Opere Bonifacius eleganter istius describit *q.* [Cû Rosarij] inquit, [rosæ defluerent, ac feruor intepesceret. quem quondam Eloynus Carthusianus accenderat, quemque D. Dominicus omnium maximè inflammarat, Deipara Virgo &c. Alano madauit, vt Rosarij Sodalitates rursus aggregaret. Quo autem ad id munus paratior, & promptior redderetur; cõcionibus se fore adiutricem Virgo promisit; edituramque miracula. Quorum vnum annuli fuit; quem de

*q. Ioan. Bonif. de B. V. Vita S. Mirac. lib. 2. cap. 15.*

Alani pignus ad predicandum Rosarium,

Sanctissimi sui capitis crinibus contextum Alano dedit induendum. Quo ille dono crectus, ac recreatus annos quindécim Rosarij Concionator fuit, diuinisque flores varijs mundi locis sparsit; qui odorem suauissimum exhalarunt.]

Ingratus nimium quàm foret, qui ipsius mortem insecutæ reuouationis Coloniensis partem Habendus bonam Alano abiudicaret. Non ad quam præstis primus sens adlaborasset: sed quæ ab ipso Fraternitatis omnium institutæ formam accepisset Negas? Ego vero autor rero affirmo; & constantissimè. Id etiam sic denouatæ monstro. Fraternita-

Instituta Formam inuouationis Coloniensis. Agrippinæ Quodlibetis suis complexus est tota Ratio Primam M. Michael ab Insulis; tum S. S. Theologiae ma. Professor ibidem, post Episcopus Salubriensis: *r. Insul. vbi qui P. Iacobum Sprengerum vnus plurimum adiutauit. At is r. Alani (vt gratus ipse meminit. r) aliquando discipulus esse meruit, & vidit, quod superius de eo restatus est.*

2. Idem quoque multa in Quodlibetis suis recitat; quæ verbatim in P. Alani libro de Dignitate Psalterij reperuntur: maximè Statuta pleraque: & miraculorum exemplorumque narrationes.

3. Quin imò subiunctum à sese libellum ipsi adscribit Alano suo; & ex quo isthoc ipse cõpilarit Compendiũ. Dixit autè Quodlibeta sua Insulanus in grauissimo Magistrorum Theologiae, totiusque Academiae Coloniensis consensu, anno M. CCCC. LXXVI. Compendium verò typis excusum luci dedit anno M. CCCC. LXXIX. *Alanus, autem verbis vtat Insulani, ) Anno M. CCCC. LXXV. eodem videlicet anno, imò eadem die; qua hæc Fraternitas Colonia instituta fuit; scilicet in die Natiuitatis Beate MARIE Virginis, in deuotione perseverans, ex hac luce migravit. Et supra*

prà. *Multa millia hominum ad legendum hoc Psalterium induxit. De quo haud dubie iam mercedem in celo ab ipsa Virgine recepit.* Parumne, quòd volui, testari valui? Nunc potrò tuum esto iudicium, Quòd sentio, dixi.

Quarta.

Addo 4. Quæ Misericordiæ Mater Virgo Deipara semel P. Sprengero ad renouationem impellendo manifesta in luce resurgens apparuit: eadem B. Alano tantum non penè familiaris extitit, vt Sponsa Sponso suo S. Dominico quondam exciterat: instruens ipsum, ipsi etiam prædicare demandans, de vniuerso & Rosarij, & Fraternalitatis Instit. uto. Testem do B. Alani Volumen totù de Dignitate Psalterij; ipsiusq; Apologeticù librum ad Ferricùm Tornacensem Episcopum; quo singularum ab sese prædicatarum rerum, lateque vulgarum, iussus rationem canonicè reddidit. Liber vterque extat; raro licet exemplari.

Alani.  
recudendi  
propositum  
Autoris.

Si Deus dederit; recusum quandoque & ad huius æui saluam, quantum licuerit, apparatus. Lucè æterna dignus luci dabo. Quàquã vide, & prælagire mihi videar; filios huius lucis ad lucè illius haud parum vel nictaturos, aut caliginaturos, aut prorsum cæcutituros fore. Sed odit noctua, quam amat lucem aquila. Istam filij Aquilæ in Alano de facili agnoscent, ac etiam suspicientes eam venerabuntur. Et horum vni placuisse, vel profuisse, esse meriti; illis etiam omnibus displicuisse, gloriæ duco.

Sed nunc tempus adest, ad illam æternùm memorandam Fraternalitatis Rosarij, Coloniz quondam institutam Renouationem, & ipsam post factam per orbem Generalem, enatrandam Deo Deiparaque Ducibus, accedamus.

NUMEN.

NUMEN ADESTO PATRIS, GNATI cum PNEUMATE SANCTO.

Et TUA VIRGO PARENIS adspiret Gratia carpiis

Vos & AGRIP- } DIVI, DIVÆQUE } FAVETE.  
PINÆ } DOMINI, CIVESQ; }

LECTOR, da velis admurmures AVRA secundis.

Finis Libri Secundi.



## LIBER TERTIVS

DE

RENOVATIONE VNIVERSALI  
Fraternitatis Sanctissimi Rosarij.

CAPVT. I.

De Renouationis huius occasione remotiores,  
bello nimirum Nouesiesi, gesto inter Fri-  
dericum III. In p. & Carolum  
Audacem.

Opitum velut è somno suscitatur  
hominem persæpè. & a dar in-  
tellectum vexasio: Immissa eti-  
am, aut permessa à Deo fortissima  
rerum omnium Neecessitas, (vt Tha-  
les Milesius eam appellabat,) festidium excutit;  
vt, qua videbantur superuacua; delectum quoque re-  
cipiant. c. Quin d. cogit etiam, quod non habeas, a-  
liunde sumere. Vt Seneca aiebat. Vnde sapienter  
ac verè hoc ipsi a Platone tribuitur, e, quòd  
neecessitas facit industriam; à Plinio, f quòd non mi-  
nima pars rationis est. Et ea quidem cum efficax  
semper; tum verò in aduersis efficacior: g Felix quo-  
que ea h. qua in meliora impellit.

II Felix Agrippina, Sanctaque Colonia, Ciuitas  
pranobilis, i. inuicta hactenus Resp. ; Sed non ra-  
rò, nec vexata parum; acceptum semel, eundem  
semper Intellectum Fidei sana conseruauit ; &  
Romanis antiquitus celebrata literis, k Eum per  
accesitam Sacram Theologiam illustrauit. Vnde  
& Christianis pietatis solidam istis regionibus co-  
lunna, pollens opibus, robusta viribus est effecta  
neque

RENOVAT. GENERALI CAP. I. 289

neque à prosperis rebus celebrata magis ; quàm  
in aduersis felix. Et hoc felicior; ad quantò me-  
liora sese impelli hisce sinebar. Nimirum experta  
rigidæ, crebræque Neecessitatis adamantinos  
clauos: his pertusa nunquam; sed vsa semper est.  
Ita quam effugere non potuit; vincere potuit Necef-  
sitatem; inquit Philosophus. l.

Id quod cum aliàs, tum in illa Nouesiana  
obfisione, ipsi nimirum vicina Cremona demò-  
strauit anno c. Io. cccc lxxv. Quando ad Caro-  
li Audacis, Burgundia Ducis, vim & arma trepi-  
dabat; quantumuis Imperatoris copijs, Principi-  
pumque Imperij viribus munita; in primis autem  
Deo, Diuisque tutelariibus tecla staret.

Ea tunc illi neecessitas fecit industriam diuinum  
instaurandi cultum, quo Dei Numen placare-  
tur. Tunc in ea, neglectus diu Rosarij, Fraterni-  
tatisq; vetus vsus delectum quoq; recepit: vt vnum  
omnes suspicerent, amarent, & acceptarent plu-  
rimi.

More maiorum suorum Romanorum ; qui  
(vt ex Liuiò, Halycarnassæo, Dione, cæterisq;  
proditum accepimus;) insigniore aliqua in Rêp.  
ingruente calamitate, præ omnibus Religionibus  
procurabant, Sacra instaurabant, Dijs placan-  
dis m. More electi, dilectique Deo populi Israë-  
litici, teste sacra Pagina; qui (vt S. Chrysofomi  
m. Tit. Li-  
uis Decade  
1. lib. 2. & 3.  
tur; gemebant, & DEVM inuocabant; & multum su-  
peruè momentum attrahebant. Cum autem impin-  
guati sunt; recalcitrare ceperunt: donec iterum cru-  
cis disciplinâ eruditi ad Dominum confugerunt, &c. ad Antio-  
Pedagogus noster tribulatio est. Nam, vt Sapiens  
chenos.  
inquit, o. Virga, & correptio tribuit sapientiam, &  
o Prou. 29.  
vexasio intellectum.

Itaque dum vexabat Coloniã hostilitas; re-  
sumitur ab ea Rosarium, & restituitur Fraterni-  
tas

T

tas

a Isa. 28. 19.  
Tribula-  
tionis ac  
necessitatis  
vis & vtili-  
tas.  
b Dioge:  
Laërt. lib. 1.  
de vitis  
Philosopho-  
rum.  
c. Seneca E-  
pist. 120.  
d Cic. lib. de  
Oratore  
e Plato de  
Rhetor.  
f Plin. iu-  
nior lib. 6.  
g Qui. Ch. 7.  
tius lib. 7.  
h S. August  
ad Arme: 85.  
Paulum.  
i. In officio  
Breuiarij  
Colon. de  
translat. o-  
ne trium  
Regum.  
k Clemens  
Papa VII.  
in Breui:  
Quod sem-  
per à &c.

ISeneca

Epist. 37. 1

Necessita-

tem, vertit

in virtutè.

Ex tribula-

tione pro-

ficit in re-

ligione. l



p. Isa. 11. 3.

tas. Vt re vera impletum in ea cernatur istud I-  
saiæ Vaticinium: p. PERCVTIETVR; ET  
REVERTETVR. Ergo principis nos virgam,  
sonitumque Percussionis; deinde viam Reuer-  
sionis cognoscamus.

III. Et quidem de Agrippinensi, aut potius  
Nouesimensi PERCVTIETVR, cum plures pro-  
dunt historici: Ego verò vnum duxeraxat, qui  
totius rei gesta seriem ex ordine narrat, huc red-  
dam. Cui, si, quod suum est, demas; turò credas  
licet. Dum enim acceptam ab alijs historiam  
rexit, pauca quædam suo indulgens affectui in-  
textit; quæ, si hic foret, retexere cogeretur, veri-  
tate ad oculum manifesta convincendus. Iaco-  
bus is Meyerus est. Ipsi ego sua ista à me præ-  
tereunda relinquam; eadem huc transcribendo  
equidem mea haud fecerim. Ea tamen ex ipso  
hic refero, quæ Magnum Chronicon Belgicum  
p. itemque Germanicū Agrippinense; & verò in  
primis M. S. C. Magistri Reynerij Snoy Gaudani,  
li. II. de Carolo I. Duce Burgundionū, ipsi con-  
stanter assentiuntur: aut verius: ad quorum ipse  
narrationem accedit. Hunc mihi M. S. C. ad  
nonnulla Meyeri adhæsitanti submisit Vir Cla-  
riss. & Iureconsultiss. D. D. Stephanus Broel-  
mannus Agrippinensis; Rerum, in cæteris, Pa-  
trix solertissimus inuestigator. Sic igitur dictus  
Iacobus narrat. q.

[Robertus Bauarus, filius Ludouici Ducis  
Bauariæ, & Hermannus Hassiæ, post mortem  
Episcopi Theodorici grauiter contendunt. Fri-  
dericus Cæsar operam dedit concordia farciendæ:  
sed non audito Imperatore, Bauarus, inau-  
spicato consilio, ad Carolum propinquum suū  
confugit, pro auxilio contra Hassum & Colo-  
nienfes; eumque Aduocatū Ecclesiæ Agrippi-  
nensiu

Contectio  
nis exor-  
dium.

p. Apud Ioā.  
Pistorium  
tomo. Rer.  
Germanic.  
q. Mey. in  
Annalibus  
verum Bel-  
gicarum  
tomo. I. lib.  
17.

hensis constituit; pro ope, quam esset lar-  
tus.

Erat Bauarus ab Collegio Colonienfi legiti-  
mè electus; à Papa Romano comprobatus; atq;  
ab Imperatore Regalia temporalis administra-  
tionis affectus. Sed magna incidit digladi-  
atio de oppidis nonnullis Ecclesiæ Nobilitati il-  
lius gentis oppignoratis: quæ oppida Bauarus  
recipere, & asserere contendebat, non soluto  
pretio nobilibus. Hanc ob rem fœdus percu-  
tiunt Colonienfes cum oppidis oppignoratis,  
Ducemq; legunt sibi Hermannum fratrem Co-  
mitis Hassiæ. Igitur Carolus, (cuius regnan-  
di cupiditas planè erat insatiabilis;) sperabat se  
breui posse tempore subijcere Agrippinenses  
habiturumq; iter per aduersum flumen Rhenū,  
& Moguntiacenses ditiones, ad usq; in Alsatiam  
& Comitatum Ferretanum: Visusq; est spera  
concepisse, se regnum & Vicariatum Imperij;  
quæ precibus non impetrasset; vi armorum pos-  
se consequi.] Et post pauca.

II. Igitur mensè Julio copias suas omnes  
Traiectum Mosæ conuenire iubet, Nouesio op-  
pido Rheni obsidendo, quinq; circiter millia-  
ribus infra Coloniam. Maiorem exercitum  
Carolus ante id tempus non habuit, præsertim  
equitatus. Traiecto mouit Nouesium. Im-  
perator per nuncios inhibuit illi; ne ciuitatibus  
Rheni bellum moueret. Nihil illas ad ipsius  
pertinere ditiones: Non debere illarum nego-  
tius se immiscere. Non licere illi patrocinium  
illarum suscipere; nisi permisso & autoritate Cæ-  
sareæ Maiestatis. Simul mittit ad Episcopum  
Bauarum, vt bello abstineat; omnemq; contro-  
uersiam bonorum virorum arbitrio & discepta-  
tioni decidendam submittat. Respondet ille,  
sumsisse se Aduocatū & Tutorem Carolum

Causa

Caroli ex-  
peditio  
contra  
Colonien-  
ses.  
Imperato-  
ris Edictū.

T 2

Ducem

Ducem Burgundionum; Colonienſes autem Hermannum Landgrauium Haſſiæ. Quicquid hi duo inter ſe egerint, ſe ratum habiturum. Seleſtiores cum Carolo Duces erant hi. Robertus Bauarus, &c. Obſeſſorum Præſecti erant Hermannus Haſſius, &c. Quinto Kal. Auguſti castra obſidio eſt.

Obſidio  
Nouicia-  
na.

Mox cibaria Colonienſes, cum alijs neceſſarijs rebus, per flumen in oppidum ſubuxerunt; quamuis vndiq; ſerè obſideretur. Intrabant autem per inſulam quandam Rheni oppido contiguam; in qua nondum propter difficultatem quiſquam tendebat. Sed Longobardi ſtatim illam, maximo licet labore, multoq; ſanguine ceperunt de oppidanis; factiſq; aggeribus è terrâ Rhenum excluſerunt, & foſſas ſiccauerunt, ibidem tendentes & obſidentes. Quo factum eſt, vt omni parte ſic concluderentur; vt nihil poſſet auxiliij aut comœtus, ad illos importari.

Et oppug-  
natio.

Quarto idus Septembris, die Sabbathi, Noueſium Carolini magna vi oppugnant; ſed nihil proficiunt; fortiſſimè defendentibus ſe obſeſſis; occiſis nonnullis nobilibus ſtrenuis Viris.

Colonien-  
ſium me-  
tus & peri-  
culum.

III. Colonienſes ad quartum vſq; ſuæ ciuitatis lapidem (quædam) in circuitu monaſteria, caſtella, & ædificia igne cremauerunt; metu obſidionis. Sub Kalendas Nouembris certior fit Carolus de ingenti apparatu, & certo aduentu Imperatoris & Principum Germaniæ. Ideoque in omnem mittit partem ſuarum ditionum, ac maiores imperat copias. Accedunt ſtatim robora Zelandiæ, atq; Hollandiæ, cum Comitibus omnium oppidorum illius regionis. Ita ex ſingulis prouincijs ſuis ſupplementum Carolus accepit, creſcebantq; caſtra inſtar magnæ ciuitatis,

Menſis

Menſe Nouembri acceſſit Imperator vſq; ad Andernacum, oppidum Rheni. Cuius in comitatu nobiliores eminebant Adolphus Pontifex Moguntinus, Joannes Pontifex Treuironum, Guilielmus Epifcopus Aureatenſis, Henricus Epifcopus Monaſterienſis: Spirenſis, & Vangionum Epifcopi: Albertus Dux Saxoniz, Albertus Dux Brandenburgienſis, Sigifmundus Dux Aſtriæ. Ludouicus Dux Bauariæ, Albertus Dux Bauariæ ad Monichem. Fridericus Dux Bauariæ ab Spanheim, Erneſtus Dux Saxoniz, Henricus Landgrauius Haſſiæ, frater Hermanni Haſſij, præſecti fortiſſimi obſeſſorum; Chriſtophorus Marchio Badeniſis; & Comites plus minus quinquaginta; quorum nomina vix eſt latitudè eſſari.

Principes  
Imperato-  
rem comi-  
tantes.

Principio Decembris redit Chriſtiernus Rex Danorum ab Vrbe Roma cum Joanne inferioris Saxoniz Duce: Salutat ex itinere Imperatorem, & Carolum Ducem; magna que diligentia quinq; conſumit hebdomadas pariter cum Alexandro, Xiſti Pontificis Legato, paci inter Imperatorem & Ducem componendæ, Sed inanis euasiſt omnis conatus.

Rex Daniæ  
laborat  
pro pace  
componenda.

Initio jeiuniorum Linchium, oppidum Rheni, Henricus Haſſius Hermanni frater fortiter oppugnat. Tenebant illud noſtri Duce Euerardo Ardenburgienſi. Centum LX hinc ex hoſtibus occiſi, XXV capti per Philippum Berganum, ſubſidio à Duce miſſum: Cæteri fugati. Redit Bergeniſis in caſtra, Burgundiſ; Picardiſq; ad oppidi cuſtodiam relictis. Hos inter & oppidanos ſtatim coortum grande diſſidium.

Lintzium  
oppugna-  
tur à Cæ-  
ſarianis, &  
capitur.

Quam occaſionem naſti Cæſariani paruo negotio Linchium capiunt; noſtroſque interficiunt, capiunt, expellunt: aliaq; oppida Rheni

T 3

à no-

à nostris in seffa in potestatem redigunt; eam eo modo Coloniam vsque nauigationem adieci.

Colonien-  
ses ferunt  
supperias  
Nouesij.

Sub mediam Quadragesimam Colonienfes, vt obfessis succurrant, magno numero castra sunt metati trans Rhenum, contra nostrum exercitum; damnum subinde inferentes nostris nauibus, quæ flumen sternebant; Sed nihil obfessos iuuare poterant: nec cum nostris conferere manus audebant. Jam quadringentos obfessi comederant equos, prægrandi penuriam omnium rerum. Panem adhuc habebant; sed de reliquis cibarijs penè nihil. Ex farina cum melle mista pulterem coquebant. Viriliter tamen egerunt nunquam animos despondentes; quamuis quotidianis oppugnationibus fatigaretur. Decem toto oppido omnino erant vaccæ, lactandis paruulis. Nihil erat salis; pulueris tormentarij admodum parum, Tritici aliquantum habebant numerum, ex quo cereuisiæ nonnihil coxerunt. His, & carne equinâ sine sale vitam vtcunque tolerabant.

Fames ob-  
fessorum  
Nouesio-  
rum.

Hermannus  
Hassi for-  
titudus.

Ne autem animis prorsus deficerent, fecit Hermannus Præfectus; qui simul cum illis omnis laboris, inedia, frigoris, vigiliarumque patientissimus, interdium, nocturne agendo, hortando, consolando perfecit, vt omnia potius ferrent; quàm patriam amissa, venirent in seruitutem. Nec vllis iste à Carolo pollicitationibus, quamlibet magnis secti vincique potuit; quò minus ad extremum vsque periculum perseveraret.

Iactura  
militum  
Caroli.

Tria plus minus millia hominum Carolus in oppugnationibus horrendissimis desiderauit. Quamobrem statuit non aliter, quàm fame oppidum domare, Quod omnino perfecisset, te

ste Co-

ste Cominio; si vel decem diebus longius protraxisset obsidionem.

Tandem pridie Dominicæ Palmarum Andernaco Coloniam vsque accessit Imperator. Auctore autem Alexandro Foroliuensi Episcopo, Xisti Pontif Legato, rursus de pace initum colloquium. Sed quis tantos Ducis spiritus potuisset flectere? Fuere, qui vererentur; si Nouesium expugnasset; bonam partem totius Germaniæ breuissimo tempore venturam fuisse in ditionem. Cæsar autem à prælio deterrebat: expectabat exitum induciarum pactarum cum Gallo: sperabatque tunc vel Ducem decessurum; vel Gallum auxilia, vt promiserat, missurum: vt vndique Dux concluderetur, prohibereturque; omni comœatu. At in Gallo nulla erat spes. Quæ res nostris hic non mediocre attulit vtilitatem. Non verisimile enim erat, nec credibile, Ducem vtrique potuisse resistere.

Anno M. cccc. Lxxv. Pascha XXVI Martij celebratum est. Inter ferias Paschales nauata opera ab Alexandro Episcopo Foroliuensi, Legato Germaniæ, de discordia pacificanda: Sed nihil actum, vtraque parte nimis obstinate sumam tuente factionem. Quarto Nonarum Aprilis Albertus Brandenburgensis cum aliquanta cohorte contemplatum venit Caroli castra: sed mox pedem referre cogitur, minore quàm accesserat numero, interfectis LXXX, captis XL. Vix ipse euasit, mira pernicitate velocissimi vsus equi.

Sextò Idus Maij Cæsar ex vrbe Colonia petijt Nouesium, atque ad milliare propè Caroli castra confedit cum sexaginta millibus armatorum, præter eos, qui quotidie accedebant.

T 4

Tertio

a. Philip.  
Comin.  
Commen-  
tariorum  
lib. 5.

Caroli spi-  
ritus, col-  
loquium  
& compo-  
sitionem  
aspirnan-  
tis.

Branden-  
burgici pe-  
richtatio.

Cæsar ca-  
stra oppo-  
nuntur  
Carolo.

Infelix cō-  
fictus Epi-  
scopi cum  
Carolo.

Carolus  
produci  
aciem.

Tertio Idus Maias, pridie Pentecostes, Carolus cum Octingentis cataphractis Longobardis, ac totidem peditibus castra Cæsaris adque-rit. Erūpit Episcopus Monasteriensis. Dimicatio strenuè inita. Interfecti Monasteriani quinquaginta; capti XVI; cæteri reiecti in castra. Postera die quies indicta, & celebrata ferię Pentecostes.

Idibus autem Maij, id est, postridie Pentecostes præparat Dux omnia, quæ ad prælium pertinere arbitrabatur. Partem copiarū quantum satis esse iudicat, obsidioni continuandæ disponit; ipse cum maximo equitatu, peditatūq; amplam planitiem ingressus, tumulos, colliculos, fossasq; magno labore æquat: exercitum lustrat, atq; in sedecim acies ordinat: Conciones crebras & luculentas ad milites habuit; atque ibi per totos dies octo aduentum Cæsaris, & pugnam operitur.

Supplicatio-  
nes pro  
pace fiunt  
crebræ.

XIV. Kal. Junij Brugis supplicationes peractæ; in quibus iam quintum circumlatus Sacrosanctus Cruor Domini, pro pace inter duos tantos Principes; vt Christiani sanguinis effusionem, calamitatemq; peccatis debitam auerrecare Numina dignentur.

X. Kal. Junias Carolus, vbi tot dies frustra expectasset, cum instructis copijs castra Cæsaris adit, vt ad præliandum illum eliciat. Multos ex suis balteo donat equestri. Sub horam quartam à meridie, cum nemo Cæsarianorum prodiret; permissit Dux, vt per serpentinās, colubrinās, aliaque tormenta iaculationes fierent in VVaggenburgum hostium; ita vocabant castra sua Germani, carris fortiter circumseptā.

Stratagemā  
Caroli  
ad elicien-  
dos in pug-  
nam Cæsarianos.

Ad verò cum nec sic possent elici, iubet magnam suorum partem simulare fugam: cum Germani

mani castris erumpunt, ac sese ad puguandum ordinant.

Nostri autem statim ex fugā simulatā reuertunt, fortiterque cum hostibus pedem conferunt. Monasterianus vnicum petit Carolū, vt, si villo modo possit, interficiat. Veruntamen ad Carolū nequiuit pertingere. Nam breui temporis spatio, quando nostrorum non valerent sustinere impressionem, in castra sunt reiecti. Brandenburgenses, cum Longobardis Caroli mercenarijs, omnium acerrimè præliabantur. Fuere non pauci ex Cæsarianis; qui se in Rhenum mergerent; quòd in castra nequirent in tempore peruenire. Multi cæsi & obruturi. Sed multò plures cecidissent, nisi Monasterianus cum quatuor aut quinque millibus VVestphalorum suorum, partim equitum, partim peditum moram iniecisset, impetumque nostrorum sustinuisset; donec Germani, aciebus instruendis intenti, se armassent. Fumus item densissimus tormentorum, qui visum nostris ademit, ita vt, quā hostem insequerentur, minimè viderent, multos Cæsarianorum protexit.

Hosce fun-  
dit, fugar-  
que.

Redit initio noctis Dux incolumis in castra, paucis ex suis desideratis. Postero die diligentia & labore Legati Apostolici induciæ conueniunt; quæ & multos quidem alios, sed maximè Nouesianos ingenti affecerunt gaudio, acceptamque tulerunt salutem DEO imprimis, & D. Quirino Martyri; in cuius dicuntur esse rurela. Siquidem nihil erat propius, quàm vt vel in conspectu Cæsaris facere cogere deditioem. Sic pacificum Augustum DEVS liberare voluit, Caroliq; recundere nimiam superbiam.

T 5

Pridie

Pax com-  
ponitur  
certis con-  
ditionibus

Pridiè Kal. Iunias pax facta inter Principes o-  
pera Præcipua Alexandri, (est, qui Andream vo-  
cat;) Foroliuiensis Episcopi, Legati Germa-  
niæ. Omnis controuersa Roberti Pontificis, &  
populi Agrippinensis cognitioni & arbitrio  
tradita, & commissa Romani Pontifici cis, intra  
annum componenda, & Nouesium eiusdem  
Pontificis commendata tutelæ: Sic omnis la-  
bor Caroli irrius cecidit: Ingêtes illi sumtus in-  
anes omnes & vani. Vasa conclamata, collectæ  
Sarcinæ.

Difceditur  
ab armis.

Pridiè Idus Iunias, X. naues, Caroli (in quibus  
bona plurima cum tormentis, magna que parte  
totius instrumenti bellici) Colonienfes in Rhe-  
no absque custodia magna relictas conuasarunt,

Robertus  
perit.

Tertio Kalendas Iulias Cæsar in ferijs Apo-  
stolorum Petri & Pauli campo excedit, Colo-  
niam se recipit. Inde Carolus reuertit in Braban-  
tiam.

Robertus Bauarus, cùm à seditionibus non  
cessaret, captus tandem est ab Henrico Comite  
prouinciali Hassiæ; annoq; octogesimo ad VII.  
Kal. Augusti, miseram in carcere oppetitj mor-  
tem. Hermannus Hassius, fidelissimus ille defen-  
sor Nouesij, Pontifex ab Colonienfibus assumi-  
tus; appellatus, ab morum tranquillitate, Her-  
mannus Pacificus, Nemo CC. LX retrò annis  
tanta pace, amore & pietate cum suis vixisse me-  
moratur.]

Archiep.  
fit Her-  
mannus,

Haetenus Meyerus de bello Nouesij; quod  
renouatæ Fraternalitatis Occasionem remotam  
appellamus, Et prolixam quidem narrationem  
hanc ex illo huc infertam volui; quod totius  
facti narratio integra paucis in promptu habeat-  
ur. Haberi tamen & hoc in libello aliquam, re-  
nouatæ Fraternalitatis interfit. Vt nimirum ex  
mole rerum ac periculi æstimetur oportunitas,  
& dig-

& dignitas remedij, simul & beneficijs; quod  
Devs Deiparaque fecerunt orbi Christiano, per  
sopitam Diu, nunc rursus innouatam, occasio-  
nali, Fraternalitatem Rosarij. Sed hanc nunc  
propius accedamus.

## CAPVT. II.

*De Renouationis eiusdem occasione propinquas  
Religione scilicet amplissimi SENATVS  
Colonienfis.*

**S**ive peccatis populi Vbiorum ista fuerit debi-  
ta percussiois pœna; siue non id scire nec ho-  
minum est; nec interest Hoc scimus, quod a De-  
us omnem, quem diligit, castigat. Et vt D. Gregorius  
scribit, *o. plerumque sit diuini muneris largitate, vt  
culpam pœna subsequatur; & flagella oculos delin-  
quentis aperiant quos, inter vitia securitas cacabat.  
Torrens quippe animus percussione tangitur, vt exci-  
tetur; quatenus, qui statum sua certitudinis  
perdidit; afflictus consideret, ubi iacet. Hinc itaque  
ipsa asperitas correptionis, origo fit luminis.* Quam  
efficax autem fuerit illud Carolinæ tribulatio-  
nis vel bonis istis Vbiorum Töbijs, ad oculos eo-  
rum reluminandos, sequens aperiet narra-  
tio.

a. Hebre. 12.  
6.  
b. S. Greg. in  
Moralib. in  
Iob.

c. Tob. 11.

1. Sed hanc ex pluribus vnâ quendam Ec-  
clesiasticis contraham Scriptoribus bonis & viris  
& fide, & Religione, & gradu eximijs Quique  
vixerunt omnes ipso eo tempore; quo, qua cõ-  
scripserunt, eadem & contigerunt. Et verò pleri-  
que vel rum in Conuentu nostro Prædicarorum  
Colonienfis; aut non multo pôst degerunt, SS.  
Teologiæ Magistri. Præcipuos semel principiò  
allegabo, vitandæ repetitionis gratia. Sunt au-  
tem isti. D. Michael ab Insulis in Quodlibetis  
de

Autores fe-  
quētis nar-  
rationis.

de Fraternitate Rosarij: M. S. C. Anonymi in  
Conuentu nostro Colonienſi: D. Cornelius  
Scnekis, Hereticæ prauitatis Inquiſitor lib. de  
Roſario ſerm. 4. & 10. D. Bernardus Lutzenbur-  
gius ſerm. 21. de Roſario: D. Marcus VVeida in  
Speculo Roſarij cap. 2. D. Clemens Loſſau in  
Appendice Sermonum de Roſario: D. Guillemus  
Pepin; alijque plures. Neque tamen quiſquam  
eorum omnem renouatæ Fraternitatis historiã  
ex profeſſo & ordine conſcribendam ſuſcepit:  
ſed, vt Concionatores, breuem, illius mentio-  
nem duntaxat, aut relationem in Sermones ſuos  
de Roſario intulerunt. Vnde alias ab alijs conti-  
git rei geſtæ circumſtantias omitti, aut com-  
memorari. Diſparata tamen in ijs haud vlla mihi li-  
cuit obſeruare. Quare diſperſa colligam, & or-  
dine poſita enarrabo.

In obſidio-  
ne Noue-  
ſiana Colo-  
nienſium  
pietas &  
religio.

II. Poſtquam Carolina tempeſtas armorum,  
in agrum Colonienſem inueſta, ad urbem Noue-  
ſium huic imminens, fulminaret; temneret  
Imperatoris Ediſta, Maieſtatemque imperij,  
vim roburque Principum audacter & ſuſtineret,  
& diſtineret: Colonia quoque omnia experiretur  
humana; tum verò Diuina in primis habuit Vrbs  
antiqua fide, & arma ſpiritualia, quibus vnquam  
valuit, expediuit. Quantum indies periculi, for-  
tunæque iniquitas; tantum ipſius creſcebat re-  
ligio, & pietas, Auxilium de cælo ſperabat; ora-  
bat auxilium, poſcebat Deum, in cuius manibus  
fortes noſtra. Ad cò nihil ibi Sacrorum diuinorum  
frequentiam minuebãt, aut obturbabat conti-  
nuus ille armorum ſtrepitus, fremitusque viro-  
rum; vt etiam imbelli turbæ Colonienſi, armis-  
que gerendis in idoneæ id eſſet à Magiſtrato ne-  
gotium datum; vt templa obiret. Quin omnibus  
in Eccleſijs ſupplicationes ferè quotidianæ fie-  
bant

bant petente Senatu; qui Ipſe frequens intereſſe,  
& exemplo præire ſolebat. De hiſce qui vidit, &  
interfuit Canonicus Regularis D. Ioannes de  
Lambſheim, ita ſcribit, *d. Videntes Ciues, & incolæ  
Colonienſes periculum ſibi, & ſuis imminere Deum  
& Sanctos ſuos Patronos pro auxilio ſcduo innocauerunt.*

III. In eo motu ac trepidatione CONSVLES  
duo, nomine Senatus Ampliſſimi, ad Conuen-  
tum Prædicatorum venerunt; conſilij familiari-  
ter capeſtundi cauſã ab viris religioſis de ne-  
gotio religioſo ſcilicet: Numquid ipſis agenda  
videretur, quod Numini propitiando, periculo-  
que auerruncando optimum foret, & auſpica-  
tum.

Noſter P. Cornelius Scnekis generatim ſic  
loquitur: *Domini Rectores ciuitatis.* Vt duos il-  
los ipſum par nobile Conſulum fuiſſe ſuſpicer.  
Reddam ipſius verba. *c. Tempore, quo Carolus Bur-  
gundionum Dux obſedit Nuffiam, oppidum Rheni in-  
ſigne; DOMINI RECTORES VRBIS Colonienſis formi-  
dantes, ne forè Nuffienſi Oppido expugnato, Ciuitas  
Sancta Colonienſis periculo ſubiaceret. prouido conſilio  
ad Dei & Sanctorum eius auxilia conſugentes; ac-  
ceſſerunt ad Patres Conuentus Colonienſis, Ordinis  
Fratrum Prædicatorum, Supplicantes eiſdem hu-  
milis; vt cogitarent, de grato aliquo obſe-  
quio Dei, & ſua Superbenedictæ Matri MA-  
RIÆ impendendo; cuius merito Alma Colo-  
nienſis Ciuitas à futura clade, quam timebat, miſericor-  
ditèr liberaretur.* Hæc D. Cornelius, qui tum Hæ-  
reticæ prauitatis Inquiſitor per Saxoniam, San-  
ctiſſimam Theologiam proficebatur Roſto-  
ehij.

III. Agebat id temporis Priorem Prædica-  
torum Coloniae Sanctæ Theologiæ M. Iacobus  
Spren-

d. Io. Lambs.  
libello de  
Roſarij Fra-  
ternitate.  
Senatus  
perit con-  
ſilium de  
auxilio ſpi-  
rituali ritè  
poſcendo.

c. Cor. ſenc-  
k; ſerm. 8.  
de Roſario  
Edit. Roſto-  
chiana. ſer.  
10. Edit:  
Pariſienſis.

In delibe-  
rationem &  
orationem  
res petita  
accipitur.

Sprengerus postea Prouincialis per Germaniam, Saxoniam, & Austriam: D. Michael ab Insulis Regens studiorum ibidem Sanctam Theologiam diu profitebatur: creatus postea Episcopus Salubriensis. Hi duo in priuatum venerunt colloquium cum Dominis istis Rectoribus Ciuitatis: quos, nonnullis in rem presentem habitis sermonibus, dimiserunt hoc cum responso: visuros se, & deliberaturos cum cæteris Patribus de Consilio Itaque continuò R. P. Prior conuocato in Capitulum Conuentu, omnium precibus commendat impensius cum periculi statum, rum suam de re graui deliberationem instituendam. Simul, dimissis cæteris, refert ad P. P. Consultores, & querit: quid facto opus videretur? Dicuntur iu mediam sententiæ: à varijs varia propitiationis media proponuntur.

Varijs varia videntur.

Obeunt illi cogitationibus per multa, & in longissimam partim, partim viciniorē retrō memoriam respiciunt, ac repetunt, quid in huiusmodi articulo Sacræ Bibliorum historiæ; quid Ecclesiasticæ vsurpatum, ac salutare commemorent fuisse. Extera alijs, alijs domestica subeunt animo; ea scilicet, quæ à Sancto Dominico in haud paulò maiori motu Albigenium gesta fuissent, & instituta: quæque ipse Ordo salutaria sæpius esset in grauissimis agitationibus expertus. In hisce velut obuia sese vtrid in animos, inque sermones ingerebant toties presentissima, & implorata apud B. V. MARIAM, & impetrata auxilia.

Vnum omnibus censetur esse refugium B. V. Maria;

Vna, secundum DEVM, in ore est omnium Diua Orbis, & Ordinis nominatim Patrona, Deique Mater MARIA. Hanc & omnia apud DEVM petendum posse; & Hunc miseris demereri mortalibus facillimè solere Matrem misericordiæ memorant. Hæc se continuò singulis aperiebant, &

ostendebant

ostendebant memorijs eorum plurima eademque luculentissima exempla quæ domestica, quæ Ecclesiastica; noua ac vetera Matris istius, in turbis similibus opitulatricis. Cum sic in eo confessu & conferrent consilia, & animos circumferrent; fortè quidam in hæc verba: Quid cogitamus, Patres? Quid hæremus? Ecce in manibus gerimus auxilium certum. Et quarimus diu consilium incertum. Simul porrecta in medium manu Rosarium ostendebat. Hoc prædicerur, inquit, populo. Inuictissimū sēper fuit, fuit semper victoriosum Rosarium. Quam ad vocem vnus fit omnium sermo de Fraternitate Rosarij, à Sancto Dominico instituta, vel restituta & prædicata; cæterisque culta posteris suis: etsi iam diu velut intermortua cum peste illa omniū ab Orbe condito sæuissima Eam Fraternitatem Pater Alanus, annum iam quarrū & decimū in Britannia multis claris miraculis prædicarat: eodemque prædicabat anno. Nam, (quæ eius quondam discipuli Michaelis ab Insulis sunt e. totidem verba,) Anno 1475. eodem videlicet anno, imò eandem die, quâ hæc Fraternitas Colonia instituta fuit; scilicet in die Natiuitatis Beatae Mariae Virginis, in diuotione perseverans, ex hac luce migravit. (Assumptionis; inquit Trithemius; sed ex errore.)

VL itaque queritur: Placetne hic Coloniae renouare Fraternitatem Rosarij? Placet singulis. Sed quo ritu, quibus legibus, id verò nondum inter omnes conueniebat: quòd necdum sarliquebat, g. Nihil enim inuentum simul, & perfectum. Ergo P. Prior, re singulorum in preces commendata; simul dato Consultoribus negotio; cogitarent serid quod in rem fore videretur. Ipse; præ cæteris Sollicitus dū in ardentiorē edictus lōgiorēq; orationē instaret perseverant?

Ecce

Idque vsu precum ad Rosarium Cultuque Fraternitatis inno- uandæ e. Mich ab Ins. in Quodlib. materia 2. propof. 2. fol. 25. f. Trithem. de scriptoribus Eccles. g. Cicero de claris oratoribus.

Ad hanc innouandam B. V. M. ipsa hortatur Priorem. h. Breuiarium Prædic. in

*festo Rosarij  
Lect. 7. ex  
histo. Did.  
pradic. &  
supra dicti.*

Ecce Beatissima Virgo Maria *h. illi se videndam exhibuit; & præcepit, ut in Concionibus suis populos, quæ & qualia hoc orandi modo ad Rosarium; Deo offerentur, edoceret.*

Hoc tantum, inquit Marcus VVeida, Virille pius ac religiosus, iacobus Sprengerus: Nec aliud ex eo potuit vnquam exculpi; quodd, præter illud iam dictum, aliud esse necessarium aperire negaret. Satis tamen constat, quod certus prædicandæ à se Fraternitatis, eodem tempore, ex eodem loco orationis actis ritè gratijs Deo atque Deiparæ, idem surrexerit; seque ad conscribendum, seu adumbrandum Fraternitatis Institutum collocarit.

Inde alacrior animo ac vultu, toto spiritu atque conatu incumbit: imò, (vt eiusdem adiutor domesticus M. Michaël prodit.) *Fraternitatem, & deuotionem illam antiquam de Virginis Rosario pro parte abolitam renouare: Vt Ipsa Virgo Ciuitatem à periculis tunc imminens, pro egere dignaretur, Humiliter & deuotè concepi: & SPOPONDIT. Mirares: sed non impossibilis ei, ac cuius plenitudine accipiunt vniversi. Nam, vbi tunc magna sanguinis effusio timebatur; subito, & non sine Virgine, & Sanctorum auxilio, magna spes futura pacis; recedente cum tranquillitate Principe, superuenit. Eadem Lambsheimæ, ac ceteri.*

*Simul consilio  
vritur  
Trium.*

Spondit ac vouit quod ipsi Deipara mandauit; reor, cum vt opus suum tanto foret religiosus; meriti que maioris: tum vt prætextu voti, diuinitus facti sibi in apparitione mandati & dissimularet modestè dignitatem ac admirationem; & constantius idem exequeretur. Et executus est. Quo modo? Tria notat M. Michaël istis verbis. 1. *De consilio Magistrorum.* 2. *Et Patrum sui Ciuitatis.* 3. *Ad preces & vota multorum, quod conceperat, adimpleuit. De Facultatis Tribu-*

*olog.*

logicæ Magistris capite insequente agemus: egimus hocce de Patribus: At quæ & quorum erant vota ista multorum? Quorum præcipuè? Ille rectè petit ad *Dominos illos Rectores Ciuitatis:* Ad senatū refert ijs de præfco Fraternitatis Rosarij Instituto, simul promit idem & exhibet à sese conscriptum: suam quoque spondet operam de eodem ad populum verba faciendi: vt in Prædicatorū ecclesia innouetur ac instituat. Rem omnem illi mirificè probant: de ea ad senatum referunt. Placet. Nec tantum Senatus sententijs eam frequens adprobat & commendat; sed istis quoque autoribus multi sua in eam Fraternitatem nominaprimi offerunt Ciues.

Itaque P. Prior ipse iustis, & crebris concionibus, in suo Prædicatorum templo, ad frequentem populum, Rosarium prædicat: Fraternitatem instituit, ac publicat: Formulam Instituti explicat; inque propatulò legendam omnibus, ac de plano cognoscendam exponit. Aram Fraternalitati assignat eam, quæ ex nauis templi chorum ingredientibus adstat dextera. Hinc pictam in tabella Deiparæ Patronæ imaginem proponit, signum ac monumentum Fraternalitatis. Credidisses aylum apertum fuisse; tantus erat mortalium vtriusque sexus, omnis ætatis, ordinis, & conditionis confluxus, nomina dare, Fraternalitatemque profiteri poscentium. Hinc supplicationes, hinc processiones, hinc Marianæ, Cælitumque cæterorum Litaniæ fiunt: hinc vota, solennique Sacra patrantur, ac frequentantur.

VII. Ista; quæ hæcenus è diuersis diligenter collecta, vnâ continuâ narratione commemorato; cæpta sunt, & gesta anno clo. cccc. lxxiv. Mense Sextili, sub festum Natiuitatis Almæ Virginis MARIAE: quando Nussiam Carolinæ copiarum iam cinxerant obsidione, & arctè premebant

Ad senatū  
refert.

Ad populū  
prædicat.  
Renouatque  
Fraternalitatem  
feliciter  
euentu.

Consignatio  
temporis,  
quæ  
hæc gesta.

V mebant



mebant; tertio mense antè, quàm Imperator Fridericus III, Imperij cum Principibus & exercitu Andernacum adueniret. Sed non minus R. P. Iacobus Sprengerus nouellæ Fraternitatis urgebat Institutum; vsque dum vicesimo Maij sequentis anni, industriâ Legati Apostolici, Carolus persuaderetur, in oblatas sibi conditiones pacis consentire. Id quod Imperatori, Proceribus Imperij, Senatui, Populoque Colonienfi tam imperatum, quàm exoptatum accidebat. Toties irritò conatu iam antè fuerat tentata compositio. Tam obstinatum Carolus animum contra omnes condiciones admittendas obfirmata: in tam arctum res Nouesianas, & Cæsarianas adduxerat.

Pax à Deo  
data, impe-  
trata à Fra-  
ternitate.

Nemo fuit qui illam constitutæ pacis gloriam non vni Deo totam referret acceptam. Secundum Deum verò proxima erat penè omnium in animis Deipara; in oculis Fraternitas Illius; in manibus Rosarium. Huic, illi, Isti præcipuum impetratæ à Deo meritum pacis ac laudem tribuebant summi & optimi quique. Quod ego omnium superius recitatorum scriptorum grauissimis testimonijs comprobare possem; nolo tamen verbis vti, vbi facta publica loquuntur. Hæc à me enucleatius subiecto capite volunt commemorari, ex ipsdem in vnam compilatâ Scripioribus historiâ.

## CAPVT III.

*Fraternitatis Rosarij Institutum disputatur, approbatur, solenniterque acceptatur.*

Fraternita-  
ti in iude-  
tur.

I Am vnus erat omnium sermo, admiratioque de Fraternitate Rosarij; & maior indies ad eam fiebat accessio; intermissio autem nulla

nulla in ipsius cœptis semel exercitijs atque feruore; licet pace iam satis confirmata. Sed interca

a. *Nihil unquam*

*Crescere, nec magnus patrens excurrere laudes Indidit,*

b. *Dum videt ingratos sibi; tabesitque videndo Successus hominum; Carpitque, & carpitur vna;*  
c. *Inuidet, & velis adnubilat aura Secundis.*

a. *Silius Italicus de bello Punico. lib.*

17.  
b. *Ouid. lib.*  
2. *Metam.*  
c. *Silius li. 3.*

Duo potissimum genera hominum zelo non bono, nec ore beneuolo aduersus Fraternitatem illam urebantur; quæ tamen ego honoris causa non nomino: licet in vtroque vindex Deus, in vrbe Colonienfi exemplum, tam memorabile, quàm horribile statuerit. Hoc tantum dico: eò vsque valuisse maleuolorum sermones; vt vixdum posito periculosissimo bello extra urbem; iam alterum intra mœnia linguis geri de Fraternitate, Rosarioque videretur. Vt post multa de hisce Canonicus Regularis F. Ioannes de Lamsheim; velut disceptando fessus, ita concludat. *Ceteri existiment, qua voluerim: Ego confractum, debilitatumque Burgundia Ducem per has Rosarij preces confidenter affirmari.* Sed hæc minima erat de causa datæ pacis dissensio: Neque illam Patres Prædicatores ad sese vllò modo pertinere cogitabant. Alia maior oppugnandæ Fraternitatis moles sese mouebat à Sciolis quibusdam, ac zoylis; qui ipsam Institutum formulam traducebant, & velut scholasticè disputabant: quin etiam pro concionibus subinde exagitabant.

Detrahitur illi Patris meritum, & laus.

d. *Ioan. Lams. in lib. de Fraternitate Rosarij.*

*Testimonia desiderata.* Scripta prætermitto: gesta Facti tria tantum in cæteris hic annuero. Primum, publica Theologorum, & totius Academicæ disputatio super vniuerso Fraternitatis ac Rosarij Instituto, eiusdemque adprobatio, Alterum iusta Imperatoris postulatio ad Nuncium Apostolicum

Partitio rerum narrandarum.

stolicum facta vt Bullæ publicæ autoritate adprobaret Fraternalitatē. Et approbavit. *Tertium*, Pontificia eiusdem & definitio, & confirmatio perpetuis duratura temporibus. Singula satis tibi prodeet rei gestæ relatio.

**Disputatum** & approbatur. **Fraternalitatis Institutum**

I. Vt disputaculorū ora Momorū obturarentur; visum fuit. à P. Regente studiorū in Conuentu nostro, D. Michaële ab Insulis, ritu iuscho-  
lastico, totum illud Institutum, in certas digressiōes, descriptūq; Thefescōprehendi, typis mandari, & sic ad commune totius Collegij Theologici iudicium perferri. Itaq; Quodlibeta ille de Rosario deq; Fraternalitate conscribit; typis euulgar. Quin etiā ipse eadem M. Insulanus corā omnīū Facultatū Vniuersitate die certo declamarū se proponit Et factū est ingēti omnīū, quicquid in vrbe doctorū erat hominū, expectatione, concursū plurimorū in consessu totius Academiæ, si vnquā alias, in hac noua causa, frequētissimo: sed nec minori omnīū sana sententiarum admurmuratione. Ad vitimū sacra & summa Facultas Theologica summo cōsensu totū Fraternalitatis, Rosariiq; Institutū vehementer adprobat & collaudat. De toto illius disputacionis actu istā reperio omnīū sententiā apud Ioannē de Lambsheim Canonicū; qui interfuisse videtur. *Credendū sanē inquit, quod nulla possit deuotior, & saluti hominū cōgruatiō vnquā institui Fraternalitas, quæ simul neque à doctis, indoctisq; argui possit Est.* Interea pius & pacificus Imperator Fridericus III. cū sacri Imperij Electoribus quatuor, cæterisq; Proceribus, cōsilijs firmādē pacis, alijsq; grauissimis intēus negotijs Colonie moratus subsistit. De pace ex improviso facta lætus, admiratus, & Deo Deiparæq; multū gratus, Fraternalitatis pietatē ac meritū, Rosarij vim & efficaciam suspicere, vehereq; laudibus satis nequibat. Cui quantū tribueret, primū

**Imperator & Principes** petunt in eam inscribi.

primū verbis est amplissimis testatus; pōst factō demonstrauit. In eā nāq; Fraternalitatē Ipse, cæteri; Principes inscribi solenniter experebāt. Sed quōd minus à pace partā cōtinuō possēt: res turbatæ obstebāt cōponendæ. Interim Nūcius Apostolicus dat negotiū, vt Signū Dei Genitricis MARIE, iustæ altitudinis humanæ, ab exquisita sculperetur arte, in ara virginis collocandū. Mādatur capsā statuæ capacē binis cū alis, quibus clauderetur, scitē & insignitē sic depingi; vt rei gestæ loqueretur, cōseruaretq; memoriā. Quæ dū parantur, menses cedūt quatuor; & res Imperij tractatæ succedūt feliciter; & secundatur, fecundaturq; Fraternalitas.

III. Iamq; dies erat dicta, nimirū sacra Natiuitati B. V. MARIE: qua priuatim vno abinde anno cœpta, institutaq; Fraternalitas, sacra & publica autoritate, festiua cū solennitate, & memorāda posteris maiestate concelebraretur. Dies adest; & cætera parata omnia. Proccedit Diuus Imperator Augustus, cū summis Romani Imperij Principibus, cæterisq; Dynastis. Et quāta Maiestate? Ducebat is Nunciū & Legatū Apostolicū Alexandrum, Episcopū Foroliuiensē: inq; eo Summi Pont. Sixti IIII. Sanctitatē venerabatur. Comitabātur præcipui *Domini Rectores Vrbs Coloniensis*: è sacro summoq; Clero inclytis; Academiæ Doctores primi; Ciuiū Spectatissimi; vt plebi in Æde Sacra Prædicatorū, quāta quanta illa sit, vbi cōsisteret, locus haud vllus superesset. Nō ingrātū lectori futurū reor, aliquā tā augustæ processionis speciē animo capere. Ego eā ex nonnullis summis illius Capitibus, hic nominatim recitatis, existimandam subijciam.

Ergo Legatū Apostolicū, & Imperatorē Fridericū sequebatur Adolphus Archiepiscopus & Elector Moguntinus, Ioannes Archiep. & Elector Tremenensis Augustæ processio ad templum Prædicatorum Nomina Principum nonnullorum comitantium.

uerensis : Guilielmus Episcopus Aureatenfis; Henricus Episcopus Monasterienfis. Episcopus Spirensis, Vangionū; cæteri q; plures. Albertus Dux & elector Saxoniz; Albertus Dux & Elector Brandenburgicus; Sigismundus Dux Austriae, Ludovicus Dux Bauariæ, Albertus Bauariæ Dux ab Monichē; Fridericus Bauariæ Dux ab Spanheim Ernestus Dux Saxoniz; Henricus Landgravius Hassiæ, frater Hermannii inuicti Conseruatoris & Herois Nouesiani. Christophorus Markgravius Badenfis, & cæteri Comites plures quinquaginta, ista calat nomina Iacobus Meyerus, vbi obsidionē Nouesianā exequitur: Nomē clatorius verò M S C. Colonienfis eadē, & præterea Summorū, medioximorū, infirmorū nomina recitat penē innumera Illustriū, Reuerendissimorū, Generosorū, Venerabiliū, Nobilium, Religiosorum, Militum, Doctorū; Consulum, Ciuium, omniūq; ternitati que sexus, ætatis, ac conditionis mortalium.

e. Meyer.  
Annalium  
de rebus  
Belgicis to.  
1. lib. 7.

Ara B. V. Mariæ consecratur, & Frat. ternitati assignatur.

III. Postquā igitur ventū in Prædicatorū esset f. Leo. X. in ecclesiā; primū Reuerendissimus Nuncius Apostolicus collocatam Deiparæ Virginis MARIÆ statuā solenni ritu benedictionis consecrat; deinde arā ipsā gloriosissimæ Virgini MARÆ; vt Inclytæ singularique Patronæ Fraternitatis Rosarij perpetuā dicat, dedicatq; f. Quo peracto, Inscriptio in fraternitatē actū auspicator a se ipso: nomenq; suū dat eidē inscribendū. Id quod equidē certē in illo M S C. Fraternitatis pondū reperire potui, qui in conuētu nostro Coloniesi afferuatur. Quod mihi inter cætera facit indicium, in eo multa desiderari. De Inscripto Legati, tanti viri, nomine nulquā cōstaret; nisi in sua ipse, Bulla data pro Fraternitatis approbatione istis testaretur. g. In quā Fraternitatē recipi atq; inscribi volumus, atque petuimus, moti ex singulari in eā deuotione. Idem Leo X. h. repetit, & istis attestatur.

Alex.

Alexander Episcopus Feroimienfis tūc Apostolica Sedis cū potestate legati de Latere, per totam Germaniam Nuncius, singulari deuotione motus, & se in eadem Confraternitate recipi atque inscribi volens & petens. Imperator certē se ipsū in inscripsit; nec solū; Sed & Augustā suā Coniugē Leonorā, ac Serenissimū Filium postea patris in Imperio successorem, Maximilianū. Triū horum nomina ab eadē inscripta sunt manu Imperatoria. Sequuntur inde Electorū, ac Principū nomina singula, manu exarata alia, atque aliā; post vna manu complurium vocabula absque vilo dignitatis titulo raptim subiecta leguntur. Mea est opinio, in tāta tot Illustrium ac Reuerendissimorū maiestate, populi multitudine, secururiq; diuini Officij solennitate, ac tēpotis angustia, non nisi Principū, nec horum etiā omnium potuisse nomina in Albam Parthenicum referri. Relata tamen postea fuisse sic, vt in turba promiscuē reperiuntur; teste Matricula. M. S. Colonienfis Conuentus.

V. Inscriptio nem excepit Sacrificij Missæ, in Res diuina Pontificalibus ab Legato ritē peracta celebratio Quo apparatu Sacrarū Ceremoniarū, solenniter peragitur. musiciq; concertus; promptū est cuiq; existimare. Patratis ordine Sacris, Imperator ad Nuncium Apostolicū versus petiuit, nomine totius Confraternitatis præsentium & absentium, Autoritate eā Apostolica, datis desuper literis, solenniter approbari. Sic enim de hoc Leo X. testatur. i. Ad i Leo X ubi proses clara memoria, Friderici III Remani Imperatoris, Autoritate Apostolica approbavit, confirmavit, ratificavit Alexander Legatus. atque ista ferē sunt. quæ ex diuersorum de Rosario & Fraternitate concionibus, aut libellis mihi licuit haud paruo sanē cum labore colligere, & in vnam continuam narrationem conferre.

V 4

VI. Nunc

An pax illa  
Fraternita-  
ri Rosarij  
rectè fera-  
tur acce-  
pta?

VI. Nunc est, ut ad prius illud quaesitum reuertamur: nimirum; *Eccus, secundum Deum, illam iam subita, & admiranda pax censetur adscribenda illi, inquam, cui eam acceptam se ferre hoc tam inusitato & illiustri facto tot tantiq; viri professi sunt, atque testati. Ut istud iure queam totius Colonienſis Urbis & Orbis Imperij testimoniū appellare: & constanter illud superius Canonici viſurare: Ceteri existiment, quae volue. int: Ego confectum, debilitatumque Burgundiae Ducem per has Rosarij preces confidenter affirmari. Atque ea fuit vna, aut princeps causa tantae iam commemoratae solemnitatis Equidem certè aliam haud vquam apud vllum, cuiuscunque notae scriptorem, me legere memini.*

Quòd si quis aliud fortasse somniaſſet: id omne spernendum, reiiciendumque foret. Hocq; amplius; quòd religiosius confessa, & contestata veritas Pontificia amplectenda est. Sic namq; Leo X. *Cum anno MDCCC.LXXV Ciuitas & Dioecesis Colonienſis grauitus bellis premerentur, ad laudè & honorem praefatae Virginis, (ut Ciuitas & Dioecesis praedicta, meritis & intercessione eiusdem Virginis, à diſſis bellis liberarentur;) in Ecclesia dictae domus renouata, & denò nſtituta fuit, cum certo modo orandi, Ecce diferta facti, & causae eiusdem veritas.*

Iam quis ille modus orandi tam certus fuerit, ita porrò describit idem. *Videlicet, quòd Confratres, & Conſorores eiusdem Conſraternitatis, tribus diebus cuiuslibet hebdomadae, ad honorem Dei, & praefatae Virginis, ac contra imminentiã mundi pericula, legèrent coniuictim vel diuſim, toties angelicam Salutationem, quot sunt psalmi in Psalterio Dauidico; singulis decem Salutationibus huiusmodi orationem Dominicanam semel proponendo. Et: modus orandi huiusmodi, Psalterium, siue Rosarium eiusdem Beatae Virginis vulgariter appellatur.* Haec tenus leo Pon. Max.

Nemo

Nemo est, qui non videat, me lumen soli mutaturum; (ut vox est diuerbij;) si hanc ad causam alia conferre scriptorum testimonia institutam.

VII. Testem tamen aram Deiparae, tunc dictam, & Fraternitati addictam; araq; praeterpositam virgini statuam, picturam quoque rei gestae testè haud praeteribo. Cernas in huius parte extrema collectae id temporis effigie Fraternitatis talè. Picta viſitur Alma Virgo coronata caput; & Ecclesiasticorū hinc, inde Laicorū quasi innumeris vtriusq; sexus stipata capitibus. Hos omnes cū Rosarijs in manib⁹ geniculantes, suo Regina sub expaſo clauſos pallio, vultu ad ipsos benignissimè verso, quasi in oculis ferr, ac protegit: simul hac & hac precarias ijs porrigit Coronas.

Quae insigniores Almā cingere Matrè viſuntur personae, sunt à dextera B. Dominicus; ab laeva S. Petrus Martyr Mediolanensis adſtates, Patronaq; cōmunis exterrū palliū ſuſtinentes. Sub dextera pallij tenſa genibus aduolutus adest precabundè Pontifex Sixtus IIII: ponè Legatus ſuus Alexander: excipit Cardinalis: Elector Episcopus ſequitur: adſtat Clericus; tū Dominicanus: demū Clericorū, Monachorū Monacharūq; promiscua turba. Sinistrum Diuæ latus claudit primo Imperator Fridericus III, cum Leonora Imperatrice, Auguſtoq; filio Maximiliano I. Inde quasi Princeps Elector; pòſt clari, obſcuriq; Viri, faminaeq; ſine numero, ſine nomine vulgus. Quos omnes cū Aduocata clientes vna ambiens quinque decadica Rosarij Corona claudit. Videas deniq; altū per inane volantes Angelicos vultus: in ſummo SS. Triadè gloriosè radiatā: ac Patri, Filioq; mediū S. Spiritū, radios ſuperuè fundentē in ſubiectā Fraternitatē Hęc effigiata pictura. Sed quando in his myſterio quaedā haud vacant; abs non fuerit ſi interpretatio ſubijciatur, & praecipuorum ratio exponatur. V 5 CA.

Effigiatus  
typus Fra-  
ternitatis  
renouatae  
describitur.

k Leo ibid.

Penſum  
hebdoma-  
darium  
precum  
fuerunt  
tria psalteria B. V.

*Cur isthac Colonia instituta Fraternitatis Re-  
nouatio à me titulo Generalis afficiatur  
Additurq; effigiat Fraternitatis  
explicatio, & ratio.*

**A**dmonet picturæ huius descriptæ facies,  
ac idæa innouatæ Fraternitatis; vt nunc  
tandem isti Renouationi vnus a me impositi ti-  
tuli: *Generalis*; rationem hîc expromam. Quæ  
quidem istiusmodi est, ac promta.

*Primæ ratio.* Qualis fuerat quondam instituta  
à S. Dominico Rosarij Fraternitas; talis fuit, ho-  
dieq; est eadem & restituta: Sed illa re ipsa verè  
*Generalis* erat: Ergò est & hæc restituta talis. Jam  
verò ijs Fraternitatem Instituti conceptam fuisse,  
vt facillè generalis fieri potuerit; adeoque re ipsa  
quoq; facta sit; ex ijs, quæ libro secundo sunt ab-  
lata, satis est superq; demonstratum.

*Secundæ ratio.* Ad hæc ex quo Fraternitas cum  
cognato sibi Ordine Prædicatorû diffusa per or-  
bem est vniuersum; Vniuersalis esse cum ipso ea-  
dem cœpit, sic, vt vniuersalis Ecclesiæ Notas, (si  
rectè attenderis,) Ordini verè queas, suo quodâ  
modo, accommodare singulas; præter quartam;  
quæ est; quòd Ecclesia sit *Apostolica*. Quanquam  
nec ista sit valdè Ordini dissimilis.

Vnde pari ratione proportionis eadem No-  
tæ, in primis vniuersalitas, etiam in Fraternita-  
tem hanc conuenire possunt. Sed hoc, vt verum;  
cadere tamen inuidiosum cum queat; indico  
duntaxat, non explico; minus pro eo pugno.  
Quin tamen ita ratiociner, quid obstat?

Quod institutum ita natum est, vt vniuerso-  
rum sit Christi fidelium capax, & aptum vniuersis;  
id rectè ac verè vniuersale nominari potest: Ge-  
nerale itè & idem cum eadè ex causa; tum etiam  
quòd hæc Rosarij Fraternitas quoddâ velut pro-  
totypon

totypon cæterarum sit Fraternitatum idq; mul-  
tiplici nomine. Nam si illa primitiuæ existeret  
hodie Fraternitas Ecclesiæ; nemo eâ non vt com-  
munem omnium parètem veneraretur, nemo eam  
Generalem dicere vereretur. At ipsi suppar ist-  
hæc Rosarij si non sit; nulla esse docebitur. Ne-  
que enim vlla eidem similior vsquam aut reperit-  
tur hodie; aut vnquam extitit. Id quod superius  
passim B. Humberto, B. Alano, Jodoco Beyse-  
lio, Trithemioq; testibus; req; ipsa liquidò clarû  
feci. Excipe vnâ in primitiuâ illa Fraternita-  
te *Vitam Communem fortunarum*; iam quid ab e-  
adem distet hæc nostra, haud facillè reperies. Ad-  
cò hæc Coronaria istius primogeniæ exemplo  
est & tota in Oratione & Obsecratione; & mult-  
ta in doctrina; & frequens in Fractione PA-  
NIS; & (verbo,) cor vnum & anima vna. Quid  
plura?

Generalem non dixeris eam; qua vna inter o-  
mnes nec maiorem, nec latiorè, nec antiquio-  
rem aliam ex omni retrò antiquitate repetere,  
neque dum vel meminisse queas? *Dices mihi.* Nò  
parente maior est proles ætate. At Fraternitas  
Rosarij proles est S. Dominici: qui non amplius  
quatuor sæculorum iam fert ætatem. Supra  
hanc, nullam retrò certam aliquam coluisse Fra-  
ternitatem Fideles, affirmare quis audeat?

*Rispondeo:* Nemo sanæ mentis quisquam. Et  
verò ego iam superius vno in libro secundo se-  
cundum, restante B. Alano dixi; me non S. Do-  
minicum Fraternitatis *MARIÆ* primum facere  
Autorem; sed Renouatorem atq; Informatorem.  
Parens tamè eiusdem rectè dici, haberiq; debet  
quòd et si non Ipsam; at certè *TALEM* regenera-  
rit; *QVALEM* adhuc habemus. Sicut non idem  
Religiosi & Ordinis parens; sed talis duntaxat  
Prædicatorum existeret.

Et

Fraterni-  
tas est  
Generalis  
i. ab sua In-  
stitutione.

II. ab sui  
propaga-  
tione Insti-  
tuti.

Quod est  
i. aptum  
omnibus.

2. Simile  
primitiuæ  
Fraterni-  
tati.

Dissimile  
tamen in  
communi  
vita.

3. Quod  
antiquissi-  
mum est.

Et TALIS Fraternitas Rosarij, est omnium, (quas hodie quidem suo amplecti sinu Ecclesiam existimo) omnium, inquam, & antiquissima, & amplissima, & celebratissima, & vniuersim omnibus Fidelibus conuenientissima. Ipsa TALIS est ea; postquam, & ad cuius imitationem cetera nasci passim, ac institui sunt coepit. Ipsa TALIS est; quæ CHRISTI JESU, DEIPARÆQUE MARIÆ insignis patrocinio, ceteris aliorum è Diuis Cælitibus sibi deligendorum Patronorum dedit exemplum. Quorum tamen Patronorum Ipsa hæc Reginam iam diu ante sortita Patronam Mariam, & Aduocatam JESUVM singulariter delegerat, & colebat.

4. Quod exemplum est ceterarum Fraternalitatum.

5. Quod vnum omnium continet Instituta.

Ipsa deniq; est TALIS; quæ omnia pieratis rudimenta, studia, & exercitia Christiana sic Instituto suo est complexa; ac eo TALI sic tēperavit & moderata est: vt apra cuius singula teneri possint, & expleri. Ex quibus cum aliarum Fraternalitatum aliud alia sibi præcipuum studio sumserit priuato in maius excolendum: quicquam adhuc Rosarij Fraternitatem omnium Generalem esse, dicique oportere negabit: quæ alijs dedit vel originem, vel occasionem, vel imitationem & exemplum? Sed omissa illius uerè generaliter formata Institutione, ad innouationem eiusdem veniamus

III. Ab sua innouatione,

*Ratio tertia.* Atque vt istud etiam vltro largiar; neutrum, nec Ordinem, nec Fraternitatem absolutè vniuersalem ex Instituto, seu Generalem dici posse: (quanquam in hoc non iam liberalis sum; sed veri prodigus videor:) Istud mihi tamen nemo sanæ mentis negauerit: illam Ordinis quondam collapsi institutam deniq; reformationem, (de qua lib. 2. cap. 16. & 17.) omninò generalem fuisse; Vt quæ per totum Ordinem, hoc est, orbem Christianum permearit. Talis que

lis quoque & hæc Fraternitatis, cœpta quidem Coloniae reformatio; at per totum Ordinem, ac orbè Fidelium, celerrimo vsa cursu progressa fuit. Vt in nullum orbis angulū illa Ordinis instauratio sese penetrârît; in quem non hæc quoque reparatio Fraternitatis subsecuta peruenerit. Quocirca cum par vtriusq; fuerit renouatio; par quoque appellatio esse potest, & rectè vtraque dici *Generalis*:

*Ratio quarta.* Huc accedit, quod qualis præcessit reformatio Parthenicæ Societatis; talis & Pôntificia successit eiusdè multiplex Cōfirmatio: Sed hæc *Generalis* semper fuit ita, vt non ad vnius Reipubl. prouinciæ, aut regni; sed totius orbis Christiani fauorem spectaret. Id ipsum omnes vniuersim Pontificum Bullæ testantur. Ergo & illa *Generalis* est, & rectè sic appellatur.

*Ratio quinta.* Id vel vna ista clarissima dies, VIII. Septembris, anni clō. cccc. Lxxv. sole clarius toti Romano fecit Imperio. Quo reparatæ Fraternitatis festiuitas tanta fuit celebritate peracta; quanta ab omni, velut in vnum collata Sacri Imperij Maiestate, poterat expectari. Enimuerò illa tunc Procerum Imperij omninò generalis fuit congregatio; vt neque in statu Ecclesiastico, neque in Politico, vllus fuerit gradus hominum; è quo non vnus aliquis dictæ solennitati, non interfuerit solum: verum & nomen quoque suum in eundem non dederit Album Fraternitatis inscribendum. Testis est ipsa illa, quæ hodieq; superest in Conuentu nostro, M. S. Matricula, seu Codex, fidus ac certus reparatorum in eum nominum custos. Testis est illa gemina, quæ in nostro Coloniae templo visitur, pictura; cuius superius expressam stylo dedimus imitationem.

II. *Qua in pictura*, tria potissimum illustra veniunt

IV. Ab sua Confirmatione.

V. testimonio Facti, Scripti, Picti.

veniunt aduertenda. 1. *Deipara Patrona.* 2. *Prædicatores Patres.* 3. *Demum Christi Fideles Confratres & Sorores.* 1. Gloriosissima *Virgo MARIA* representat præcristam, reficitq; memoriam eorū, quæ ab ipsa sunt in Fraternitatem profecta constanter alma beneficia. Quorum quidem est numerus iniri nequeat; summa tamen eorum capita quædam indicari possunt.

VI. Editorum miraculorum designatione, atq; beneficiorum *Deiparæ* *Va-*  
*riorum.*  
a. *Paulus V.*  
*in Breui:*  
*piorum bo-*  
*minum.*  
2. *Corpor-*  
*talium.*

Ac *PRIMUM* esto: *D. V. MARIA* Fraternitatem iussit institui; Institutamq; præceptis à se dictatis informati. 2. Collapsam iussit semel ab *Alano*, iterum ab *Jacobo Sptengero* reformari. 3. *Veramq; & Institutam, & Reformatam* plurimis, iisdemque maximis illustrauit miraculis. 4. *Deamauit, fouis impensè, & ingentibus eam semper mirificè amplificauit augmentis.* 5. *Aduersariorum capita contriuit.* 7. *Confratres atq; Consores suos*, vt *Pontifex* loquitur; a. *cumulauit bonis corporis, & animæ.*

*Corporis quidem* istiusmodi talibus. 1. *Virgines* germinare fecit, 2. *Matrimonia* secundauit. 3. *Fecundauit steriles.* 4. *Fami & inopiæ* prouidit, atq; pereuntis vitæ huius bona suppeditauit. 5. *Morbos* confanauit. 6. *Vulnera* curauit lethalia, aut auertit; & iam iamq; morituros ab ipso interitus limine retraxit. 7. *A latronibus, itinereq; periculis* liberauit. 8. *Ab voracibus flâmis* incolumes seruauit. 9. *Ex vndis & tempestatibus* eripuit. 10. *E carceribus nexos* eduxit. 11. *In supplicio capitali* patrocinata est. 12. *Ab inimico & hoste* defendit. 13. *Victorias, triumphosq;* largita est. 14. *Mala publica, calamitatesq;* auertit. Hæc, aliaq; similia sexcenta corporis commoda, Fraternitatis Rosarij Patrona *MARIA* suis præstitit in Rosario Cultoribus, proq; merito Rosarij, non tantum pro alio quocunq;

cunq; ritè exhibitio *Virgini* cultu: (sicut in suo *Virginali* *Joannes Bonifacius* eleganter exemplis plurimis docet,) Verùm pro Rosarij, inquã, cultu: vt à me ad imitationem *Bonifacij*, tribus iustis Exemplorum dē solo Rosario, & *Angelica* salutatione, voluminibus, in lucem propediem; *DEI, DEIPARÆ*q; auspicio, ituris, & lingua Romana, tum patrita locuturis, palàm fiet.

Est ergo illa in typo Fraternitatis posita *MARIA* effigies, signum tot tantorūq; ab ipsa promanantium beneficiorum; *Nec corporis duntaxat; verùm & animi* cum primis. Enimuerò *MARIA* est, quæ, (eam sibi, orbiq; demerente Rosario,) hæreses interimit; erroresq; animis detergit. 2; *Natura* haberes ingenijs iuxta & scientijs donat: 3. *Dona cælestis Pandora* confert in animos *Spiritualia* multò & plurima, & maxima. 4. *In castitatis pugna* non deest, *Virginitatisque* cultores sua præsentia cohonestat. 5. *Dat* nouos, aut reddit amissos honores. 6. *Deprauatos* corrigit mores, & in vitam frugi reducit frugiperdas. 7. *Ad dignum Sacramentorum* vsu hortatur & adiuuat ante mortem. 8. *Ad dignam Confessionem* atq; pœnitentiam manuducit. 9. *Ter Sanctissimæ Eucharistiæ* perceptione ritè ac salutariter perfrui facit, 9. *Vexatos à Caco-*  
*dæmone* energumenos curat. 10. *Diaboli laqueos, & pacta* dissoluit. 11. *In desperatione* succurrit. 12. *In periculo æternæ damnationis* patrocinatur, ac seruat. 13. *Morientibus* præstò est. 14. *Ad certam beatitudinem viam* inunit. 15. *Animas è Purgatorio* quantocyus educit. Hæc, inquã, aliaq; talia Sibi, Deoq; in primis in Rosario seruientium mentibus ac animabus bona præstitit semper, ac præstat cælestia, diuina, cæli terræq; *Diua Regina MARIA*, Rosarij Fraternalisque Patrona,

Atq;

Atq; ea causa in illa instauratæ Fraternalitatis re-  
præsentatione sic est constituta, vt quæ sui sub  
alis pallij Seruulos Seruulafq; suas, velut galli-  
na pullos, contegere, ac fouere visatur.

ALTERVM in expresseo Fraternalitatis typò, sunt  
Diui adstantes duo in habitu Mariano Prædica-  
torum: Alter Diuus est Patriarcha, & fundator,  
& lapis angularis vtriusq; quæ Ordinis sui, quæ  
Fraternalitatis Rosarij S. DOMINICVS. *I. suis enim*  
ambo Fraternalitas scilicet & Ordo, secundū Di-  
vini *structura sumus, creati in Chr. sto* IESV, b. & in san-  
cto ipsius Dominico; *in operibus bonis, quæ præpa-*  
rauit DEVS, *vt in illis ambulamus.* Propter quod  
*memores estote* Fratres, & Sorores in Rosario  
Mariæ: *qui a quando eratis longè, facti estis propè*  
*in sanguine Christi.* Nam per specialem Com-  
munionem Sanctorum, in Christo fundaram,  
totius Ordinis merita pari nobiscum sorte par-  
ticipatis in CHRISTO. *Ipsè enim est pax nostra,*  
*qui facit utraq; vnum: vt duos condat in semetipso*  
*in nouum hominem; faciens pacem, & reconcilians*  
*ambos, in vno corpore, DEO per Crucem, perque*  
Fraternalitatem. Idque tunc cœpit, quando San-  
ctus Dominicus *unicens euangelizauit pacem vo-*  
*bis, qui longè fuistis*, Fratribus Rosarij: *& pa-*  
*cem is, qui propè* Fratribus Ordinis sui. Quoniam  
per ipsam habentes accessum ambo in vno Spiritu ad  
Patrem. Ergo iam non estis hospites, & aduena; sed  
estis cives Sanctorum in Ordine Prædicatorum, &  
domestici Dei, *super edificati super fundamentum A-*  
*postolorum, & P. pphetarum, Martyrum, Confes-*  
*forum atq; Doctorum Religionis nostræ; Ve-*  
*runtamen ipse summo angulari lapide* CHRISTO  
IESV: *in quo omnis edificatio Ordinis atq; Fra-*  
*ternitatis constructa, crescit in templum sanctum in*  
*Domino; In quo & Vos coedificamini.* c. *Huius*  
*rei gratia*, S. Dominicus fuit seruus CHR I STI

J E 57

IESV, *pro vobis*, vt superiori libro *audistis dispen-*  
*sationem gratia Dei, quæ data est Illi in Vobis. Quo-*  
*nam secundum Reuelationem notum Illi factum est*  
*Mysterium Rosarij & Fraternalitatis; sicut supra*  
*scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere in*  
*Mysterio CHRISTI, & Rosarij MARIAE.* Hacten-  
us mihi fas loqui cum Apostolo de S. DOMI-  
NICO, Ordine ipsius ac Fraternalitate.

Alter astantium *Dominicanus*, *DIVVS* est PE-  
TRVS *Veronensis* MARTIR. Vir tantus; quan-  
tum nec ipse Pont. Max. Innocentius IV. in sua  
Canonizationis Bullâ; item alterâ; tertiâque ab  
Alexandro. IV. euulgatâ, satis valuit declarare.  
Hi duo, vt columina ac lumina Prædicatorum,  
ad instar omnium astant Ordinis nostri Reli-  
giosorū. 1. Vt omnes intelligant, planèq; videât;  
Ordini cognatam esse Fraternalitatem Rosarij, ac  
2. ab illo neutiquâ posse, vel separari debere. 3. V-  
nū vtriusq; esse Patrem. 4. Antifites eosdem; 5.  
Corpus vnum esse ambo in vno spiritu Christi  
IESV sub vno Patrocinio Virginis, & auspicio  
MARIAE. Idque d. *propter spem, quæ reposita est vo-*  
*bis in calis.* (Iterum compello Vos, Fraternalitatis  
Alterâ a-  
postolica  
remque præsentem aptissimis;) *propter spem*, in-  
quam, *quam audistis in verbo veritatis Euangelij,*  
paulò antè ex Ephesiana, de Patre nostro, eiusq;  
prole gemina: *quæ peruenit ad Vos; sicut & in v-*  
*niverso mundo est; & fructificat, & crescit, sicut in*  
*Vobis, ex ea die, quæ audistis & cognouistis gratiam*  
*Dei in veritate, & Fraternalitatis charitate; sicut*  
*diuicistis ab S. Dominico, charissimo consueto no-*  
*stro, & Dei; qui est fidelis pro Vobis minister* CHR-  
STI IESV: *qui etiam manifestauit nobis, dilectio-*  
*nem Vestram in spiritu.* Nobiscum & inter sese,  
coniunctissimam esse oportere. Idèd & Nos; ex  
X qua



qua die audiuimus: Vnionem participationis  
mutua factam, non cessamus pro vobis orantes, &  
postulantes; ut impleamini agnitione voluntatis  
eius, in omni sapientia, & intellectu spiritali: ut ambu-  
letis digne, Deo per omnia placentes: in omni opere bo-  
no fructificantes, & crescentes in scientia Dei: in omni  
virtute confortati, secundum potentiam charitatis  
eius: in omni patientia & longanimitate; cum gaudio  
gratias agentes Deo, & Patri S. Dominico, qui vterq;  
dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine.

e Alb. L. san.  
lib. de viris  
illust. Ord.  
predic.

Quot qua-  
tiq; Sancti  
sunt ordi-  
nis Prædi-  
catorum.

Congrega-  
ta Frater-  
nitas Rosa-  
rii sub pal-  
lio B. V. M.  
In vita S.  
Dominici  
li. 2. c. 13. A-  
pud Suriū.  
de dignit.  
Psalt. B. V.  
M. cap. 30.

Quorum verò, Deus bose, quot, quantorum-  
que Sanctorum, vel in vno Ordine Prædicatorum? Ego ex vno Leandro s. qui tamen eorum  
duntaxat meminit, quorum Vita describenda  
iustam contexere admirandamque potuit hi-  
storiam. Ex eo equidem numero, intra annos  
paucos, minimè paucos tamen Prædicatorum  
Martyres. Nam duodenouaginta supra ducentos  
iam diu censuimus Martyres, coluitque Eccle-  
sia Sanctos omnes. At Confessores solenniter  
canonizatos Sanctos; Sanctasque octo solenni-  
bus venerari diuinis officijs iubemur: Beatos  
verò quis numeret; cum nec nominari queant  
omnes? Nominatos tamen recensero centum &  
triginta: Beatas ultra viginti. In horum, ac fi-  
nimum Sanctorum, Sanctarumque sorte vo-  
nitatis Rosa-  
catam esse Fraternitatem Rosarij, duo isti Do-  
rii sub pal-  
minicani, insigniti Diui, repræsentant.

TERTIVM in proposita imagine specta-  
lum est, Congregata sub pallio Mariano, circum  
Matr. in suam ac Dominam, Fidelium quorumcumq;  
li. 2. c. 13. A-  
pud Suriū.  
de dignit.  
Psalt. B. V.  
M. cap. 30.

se Pr

se Patrem illi præstitit Sixtus IV, cæterique  
successores: Id quod testantur tot, tamq; am-  
plis suis Ipsi Bullis emissis. 2. Cernis Purpu-  
ratos Patres, Illustrissimos Cardinales: Quia  
& hi magno numero, studio ac zelo in eam  
se Fraternitatem inscribi voluerunt: & pro i-  
psa vel vni in literis vnderiginti sese subfig-  
narunt, & subscripserunt: Autographo teste,  
in Conuentu Colonienfi asseruato. Taceo Re-  
ueren Nuncios Apostolicos, & Legatos in ea,  
proq; ea stantes, & Scriptis quoque testantes.  
3. Cernis Episcopos: Nam nec hosce extra  
eam tantis eius carere voluisse bonis ipsi de-  
clararunt multi & magni: de quibus inferius  
cap. 9. Sicut & de cæteris Ecclesiasticis, Re-  
ligiosisq; Ordinibus: itemque de sinistra alæ  
Virgineæ laica Fidelium corona Imperato-  
rum, Principum, Ducum, Comitum, No-  
bilitium, cæterorumq; specimen aliquod è No-  
menclatura M. S. Colonienfi proponemus  
inferius. Quæ omnia satis reipsa delarant esse  
Fraternitatem, recteq; dici, *Generalem*. Quin &  
saluam eam semper incolumenq; futurâ, ac om-  
nes in ea Fratres Conscriptos; quàm diu sub il-  
lius protectione constituti ad eam velut ad sa-  
crum æylum adhærescunt. Id quod ex recita-  
tis superius beneficiorum illius capitibus abun-  
dè liquet. Atq; ista de imagine illa, typoq; Fra-  
ternitatis Rosarij.

III. AD EXTREMVM. SVB ALIO SCHEMATE  
rem eandem, ab ipsa DEIPARA, per visionem vi-  
denti, vigilantiq; Alano propositam, ipsius hic  
verbis totidem subijciam. Vt enim Seruator  
j e s v s regnum cælorum, aliaq; ad illud confe-  
rentia, varijs sub parabolis in animos, in o-  
culos, inq; sensus mortalium ingessit cognoscen-  
dum: ita de Rosario, deque Fraternitate Virgo

Aliud sche-  
ma Frater-  
nitatis.

X 2

MARIA

MARIA apud Alanum vsurpare per sepe confuevit. Exemplum ex isto, de Naui, Schemate, accipias licet. Repertum à morte Alani scriptum ipsius posthumum ita narrat. *b.* [Erat aliquando quidam deuotus Beatissimæ Virginis MARIA in Psalterio suo, qui quodam festo magno Virginis MARIA fuit raptus veraciter ad superna. Videbaturque sibi, quod ex omni mundi parte voces audiebantur terribilissimæ: Vindictam; Vindictam, Vindictam de habitantibus in terra, Post istas voces cernebat; quod tanquam cælestia flumina ignea se funderent super terræ habitatores, Illicque perijt hominum innumeralis multitudo: atque ad clamorem pereuntium cæteri coeperunt vocare auxilium.

Et subito de cælis venit Nauis vna siderea, stellis ornata cæli, multisque; albis alis variata: & hæc per aëra volitabat; miroque modo desuper recta fuit: & tantæ magnitudinis erat, vt innumeri in eam potuissent intrare. Ibi cernebat L. de parte vna nauis, & L. de parte alia, & L. in tecto; qui vris aquam infundebant, extinguentes horribilissimum, quod aderat incendium, Atque in capite Nauis tanquam Patrona residebat quædam Domina tam mirabilis, vt fuerit inexplicabile; Irisque Dei ambiebat Navim illam. Et Regina vociferantibus sic aiebat: Miseri filij hominum, ad me confugite; ne presentem in hoc diluuiio pereatis. Et sicut dudum mundus à diluuiio peccatorum est liberatus per Saluationem Angelicam: Sic & nunc venite ad me per eandem Saluationem.

Videbar ille, quod vniuersi, qui hanc Saluationem accipiebant, haberent auxilium. Veniebant enim columbæ candidissimæ, quæ eos ad arcam deportabant. Et Beatissima MARIA conui-

*h. Alan. lib. de dignit. Psalt. B. V. cap. 47. In mundi periculis.*

Seruat Fraternalitas Rosarij,

Et Saluatio Angelica.

Patrocinio B. V. Mariæ.

conuiuium magnum in eis totius incunditatis, & in vino diuinæ inebriationis eis faciebat. Eiusdem Domine mandato angeli trium Quinquagenarum, qui incendium exinguebant, in monte altissimo construxerant, breuissimo tempore, ciuitatem miræ magnitudinis, cum turribus. C. & L. vbi omnes Psalterij B. Virginis MARIA cultores fuerunt positi; vt præseruarentur ab instanti incendio, quo nunc penè totus mundus in omni statu deuoratur.

Et ait benignissima MARIA: Sicut qui nauim Noë contemserunt, omnes in diluuiio perierunt; Sic omnes, qui Me, & Psalterium meum contemnunt; temporibus nouissimis, procul dubio, in isto diluuiio peribunt. Et, heu! quis dicere posset, quale & quantum fuit hoc diluuium? Tanquam aliter infernus videbatur. Vix alibi misericordia apparebat, nisi vbi MARIA inuocabatur. Et, heu! quid dicam? Persona, quæ hæc vidit, plurimos vidit, qui ex officio debuerunt ad MARIAM confugere tali in tempore diluuij; qui magis eam blasphembant: sicque cum blasphemijs suis turpissima morte cum tali diluuiio ad tartara decurrebant. Plurimos autem videbat viros & mulieres simplices, qui in simplicitate sua, ad Mariam cum Psalterio confugientes, ab ea habebant benedictionem, & præseruationem. Inter quos vidit quosdam Ecclesiasticos, & laicos, qui eodem die sunt mortui, tempore pestilentiali. Ecclesiastici quidem duo cum blasphemia moriebantur: Laici vero quatuor, quos nouerat, maxima cum deuotione decedebant.] Hæc Alanus, qui, quæ vidit, ea & scripsit simplici ac nuda veritate. Quales autem ea in nauis Fratres Rosarij visebantur: tales in istius imagi-

Pereuntibus B. Mariæ, & Rosarij contemptoribus.

nis picturâ sub pallio DEIPARÆ nobis repræsentantur.

**Vifum hoc cum Facto Coloniensi compo- nitur.**  
 I V. Verùm ego mihi hîc aliud perfpicere videor. Nec tamen meum ipse iudicium imponam; totum id integrum lectori relinquam. Videre videor narratam superius capite primo, secundo & tertio, rei gestæ historiam sub vibratam Coloniensi; fuisse Alano quasi sub isto visionis schemate præmonstratam. Hæc euenit Anno circiter 1474, & 1475 ista visio vixdum annis quatuor ante accidit Alano.

**Per partiũ singulariũ applicatio- ne & ex- plicatione.**  
 Jam verò I. an non velut flammæum diluuium inundationis Carolinæ ditionem Coloniensium obruit, cum ingenti multorum milium internecone? Secundò, An non de celo per DEIPARAM Naui Fraternitatis est Reuerendo Patri Jacobo Sprengero Priori commissa, quam instrueret, predicaret ac aperiret ad salutem plurimorum? Tertio, Non ad eam innumeri confugientes, se imprimis, velut in ciuitate refugij positos, seruauerunt indemnes? Quarto, Non multi quinquagenarij per suas Quinquagenas Psalterij ternas, velut vrnas aquam Orationum salutarem incendio affuderunt bellico, bellumque extinxerunt? Quintò, Non columbæ candidæ Ordinis Prædicatorij Patres, mortalium quàm plurimos in Nauem Fraternitatis comporrârunt, teste M. S. C. Coloniensi, & cistâ Fraternitatis, siue archiuio? Sextò, Nonne eosdem crebrius MARIA Virgo cibasse dicenda est; quando illud Orde Ossibus eius, & carnem de carne sua Mediatorem Christum DEVM & hominem, ad ram in Sanctissima Eucharistia singuli sæpius, pro Fraternitatis instituto, sumebant? Septimò, Nonne, quotquot in Fraternitatem can-

con-

conscribebantur, velut in Ciuitatem MARIAE Fratres ac cines adficebantur? Octauò, Quæ turres erant ciuitatis Marianæ, nisi Conuentus Prædicatorum, in quibus renouata Fraternitas velut habitio inter Fideles delectu, in tuta statione constituebatur, & seipsa fortior euadebat? Nonò, In ijs turribus, quot, quanta cum pietate, vitam vixerunt in DEI, DEIPARÆq; obsequio? Decimò, Quot, quanta cum securitate, mortem sanctam obierunt? Vndecimò, Adversarij autem Fraternitatis atque Rosarij quot, quàmq; horribili ad exemplum morte subinde extincti sunt; aut insigni quâpiam calamitate luerunt? Ista inquam, ita mihi planè re ipsa videntur Colonix facta; sicut ab Alano quadriennio antè visa fuerunt. Duodecimò, An non esse videtur Fraternitas naui illa celestis, vallata sublimium virtutum alis: circumdata iride fraternæ charitatis: quæ sit i. vt signum fœderis, quod constituit DEVS inter se, & Fraternitatem: k. vt in cognoscant omnes qui discipuli: si ij Dei sunt, & Fratres Sororesq; in Rosario Mariæ? Atq; ista de generali Renouatione Fraternitatis nostræ, Porro eiusdem incomparabilem inter omnes Fraternitates excellentiam, (salua omnium, & singularum dignitate) factis, non verbis; rebus magis, quàm rationibus deinceps, cum Deo, conabor demonstrare.



i. Gen. 9. 17.

k. Ioan. 13. 35.

## CAPVT V.

*De Fraternalitatis Rosarij diuinitus, humanitasque testata, admiranda pariter ac veneranda apud omnes Christiani Nominis gentes,*

PRAECELLENTIA ET  
DIGNITATE.

AC PRIMVM.

*De ea, quam habet ex auctoritate, testimonioq; diuino.*

Dicta de  
Fraternalitate non  
egent meo  
Auctoris  
testimonio.

Quæ à me cunq; sunt hæctenus allata de Fraternalitatis ortu, progressu, statu, iterataq; innoatione, ita accipi, & eo haberi loco volo; vt nolim à me vllam ea, velut recens à Scriptore sibi acquisitam accipiant auctoritatem. Sat est mihi superque, sat ipsis; sat erit quoq; Lectoribus; vt tantam retineant porrò, & eandem; quantam antè ex sese, ex re ipsa, & ex suis Scriptoribus ac testibus habuerunt. Qui autem singula, quæ ex horum vnoquoque in medium attuli, vacuo ab affectibus, sinistrisq; opinationibus animo atq; iudicio, æquus rerum æstimator attentius considerabit: is intellet, nullam ferè ab ijs aut diuinæ, aut humanæ contestationis partem abesse. Vt meum, aut cuiusquam alterius minimè desiderent calculum, & accessionem.

Nunc verò DE DIVINA, quam habent, AUCTORITATE singulariter quærimus. De qua num vetera commemorem? Jam multa superius, & suo quæque loco atq; nil repeto; sed eò remitto.

I. Tantum dico: Si ad Sacri Ordinis Prædicatorum ortum, si ad ipsius progressum; si ad statum; si ad collapsi reparationem; si denique ad e-

ad eiusdem adhuc conseruationem quicquam interuenisse diuini sit existimandum; (vt verè est, & necessariò conseruandum;) iam certè negari de Fraternalitate Rosarij idem non potest. Adè in ortu, progressu, statu, & instauratione sui, coniuncta semper ambo fuerunt, & inter sese quàm simillima. 1. Age, cuius docentis instinctu S. Dominicus omnem de excitanda Fraternalitate informationem accepit? Quo tradente magistro, quæ docuit de Rosario, didicit? Cuius exhortantis suasu, aut mandantis Imperio vtrumq; prædicauit? Cuius sub nomine Fraternalitatem instituit? Cuius auspicio eandem per vniuersum terrarum orbem, tam breui, tamq; iniquo & difficili tempore propagauit? Dixi, & docui; Omnia à DEO, Deiparaq; protecta dimanarunt ad lectissimum in res illas virum S. Dominicum.

Institutio  
fuit diuina

Deinde suam quoq; Alanus obliuione obruta Fraternalitatis instaurationem Deo, Deiparaque iubentibus, & adiuuantibus est inter maximas difficultates domesticas, & externas aggressus. 3. Tum postea Jacobus Sprengerus, ad eandem Coloniam auspiciandam, quam admirabili dispositione diuina fuit inductus: ac tantæ ab ipsa quoq; Sanctissima Virgine MARIA mouitis & minis impulsus? 4. Deniq; eadem iam intra vniuersi Agrippinæ mænia vt renata extitit; quàm celerem, quàm celebrem, quàm longum latumque, quàm nomen patet Christianorum, cursum habuit? Vt vel ex eo, digitu DEI esse cum illa, satis omnes cognoscerent; & verò quisq; ex subiectis intellet. Diuina igitur testimonia Fraternalitati nostræ haud vnquam defuerunt; nec mihi, si colligere in vnum locu, & ea persequi velim, dæesse poterunt.

Renouatio  
fuit diuina.

Propagatioq;

Miracula  
sunt testi-  
monia di-  
uina.

a S. Tho. 1.  
p. 9. 110. 4. c.  
alibi sapient.  
b. 1. sal. 135. 4.

c D. Th. 1.  
q. 117. 3. ad 1.  
2. 2. q. 17. 8.  
1. ad. 1. c. 1.

At Frater-  
nitas cer-  
tis claruit  
miraculis.

d D. Th.  
2. 2. q. 17. 8.  
1. ad 3.

II. Sed vnum ego duntaxat hoc in loco pro-  
ponam; quod in rem presentem permagnum,  
planeque necessarium debet apud omnes habere  
momentum. *Quæro*; Manifesta certorum mi-  
raculorum patratio num sufficiens diuinæ sit,  
presentisque virtutis indicium? Vniuersa quidē  
Theologia. a. nunquam ausa fuit addubitare; sed  
quod de Deo dicatur in psalmo. *b. Qui facit mi-  
rabilia magna Solus*. Tum quia, cum verè proprie-  
que miraculum sit illud; *quod sit rarè præter Or-  
dinem totius naturæ creatæ*; necesse est idem à solo  
Deo Autore naturæ patrari posse, & solere; Idq;  
subinde per Ipsummet solum: vt plurimum ve-  
rò per ministratos Spiritus Angelos, aut San-  
ctos; ex Eorum vel postulatione, vel potestate  
ipsis permissa e.

In Fraternitate autem, mediante Rosarij me-  
rito, & Deipara interueniente, edita esse mul-  
ta, maxima, clarissimaque Miracula; prodita ef-  
se Signa; Portenta atque prodigia facta fuisset;  
quis aut tam hospes est rerum, qui nesciat; aut  
tam obstinatus & effrons, vt insitietur? Contige-  
runt in Fraternitate talia ac tanta; quæ om-  
nem facultatem naturæ excederent. Et hæc Mi-  
racula fuerunt. Facta sunt in eadem, talia; quæ  
ad diuinum quiddam ac supernaturale manife-  
standum referrentur. Et hæc Signa diuina exti-  
terunt: Facta eadem, propter suam excellentiã,  
prodigia fuerunt appellanda. *d. Quorum om-  
nium testimonia cum non alia, nisi diuina esse  
queant; cumque eorum in vna Fraternitate Ro-  
sarij tam illustri, tam admiranda, tamque me-  
moranda sit copia: num quisquam esse poterit,  
qui nondum intelligat, tot diuina posse testi-  
monia pro Fraternitate afferri; quot Miracula,  
Signa ac Portenta commemorari testata possunt?*  
Eaque talia, à quibus nulla pars miraculi, nos  
Sub-

Substantia. e. facti, non Medium, non Modus ab-  
esse probari queat.

III Noui, quid hinc à me expectes, Lector be-  
neuole: Exempla dictorum oppidè, quàm desi-  
deras, Iustum desiderium est tuum: Veruntamen  
hoc loco, aut libro à me tibi non erit explendū.  
Num ergo frustrare? Hoc verò Deus auerrat.  
Quin magis, Deo, Deiparaque opitulantibus,  
tuam ipse expectationem superare conabor: sed  
alibi, Sunt mihi iam tria diuersa partim exem-  
plorum, miraculorum partim volamina de Ro-  
sario cōscripta. In istis non calamum cuiusquam  
sed digitum Dei esse testem de Fraternitatis, &  
Rosarij merito, comperies. Tantum, me Deus  
adiuuer, ora; & mihi te collaborasse puta.

Sed huic ego capiri finem dabo: quandoqui-  
dem illa, à me hæctenus, velut per transcursum o-  
stensa magis & indicata; quàm explicata, lucu-  
lente satis declarant; ex diuina attestatione  
multò maximã inesse in Fraternitate Rosarij di-  
gnitatis, & amplitudinis, quin & summæ utilita-  
tis præcellentiam. Nunc ad mediã, diuina inter  
& humana, testimonia animum stylumq; trans-  
feramus Qualia semper habita fuerunt; & verò  
sunt etiam ea; quæ à S. Sede Apostolica,  
pro Fraternitate nostra, ad vniuer-  
sum Christianum orbem  
emanarunt.

c D. Th. 1.  
q. 105. q. 8.  
Promis-  
sum auto-  
ris sub con-  
ditione.

*Quis S. Sedis Apostolica fuerit animus semper  
aduersus Fratritatem hanc; quodque de ea  
iudicium & sententia: Cum literis non-  
nullis Apostolicis datis ab anno M.*

*CCCC. LXXVI. vsque  
ad M. D. L.*

**E**Os hic silebo summos Pontifices, qui gene-  
ralem nostræ Fratritatis reformationem  
auitcesserunt, & eam dignis Sede Apostolica be-  
nificijs cumularunt, atque cohonestarunt: de  
quibus superius. Qui verò hanc innouatam pa-  
terno cum amore exceperunt & amplexati sunt,  
ac suo fauore profecuti; vel adiutam Autorita-  
te promouerunt: aut vigili prouidentia, quæ in  
rem ipsius, bonumque publicum fore videban-  
tur, circa eam disposuerunt, & sanciuerunt: aut  
donis Apostolicis eandem ornauerunt ac illu-  
strarunt: aut contra Attentantes, seu quouis  
modo ipsam molestantes constanter tutati sunt:  
horum nonnullos de nomine duntaxat recen-  
suisse atque eorum datas pro Fratritate Bul-  
las ab suis tantum initijs allegasse, fat habeo.  
Aliorū verò Bullas seu Breuia, exempli causa, aut  
pro rei natæ cōditione, vel integra recitabo; vel  
partes, sententiasq; potiores verbatim excerptā.

Ac primū, quidem renouatæ Fratritatis  
Confirmatio prima ab Legato, Apostolica au-  
toritate facta; deinde eadem à Papa SIXTO IV ite-  
rata, tota hic reddenda videtur. Ea sic habet.

*Alexander Dei, & Apostolica Sedis gratia Epif-  
copus Foroliuensis, cum plena Legati de Late-  
re potestate, per totam Germaniam Nuncius &  
Orator, Vniuersis & singulis Christi fidelibus,  
presentes li. eras inspecturus, visurus pariter,  
& audientis.*

*Salu-*

*Salutem in Domino Sempiternam.*

[Etsi gloriosos cælestis curiæ Conciues & San-  
ctos, imò & Ecclesias, & sacra Loca, seu Fratritati-  
tates laudabiles, ad Ipsorum laudem & hono-  
rem institutas, maximo, non immerito, deuotio-  
nis feruore venerari debeamus; vt pote qui eor-  
um partocinijs plurimum indigemus, singula-  
rissimè tamen DEI Matrem Virginem MARIAM,  
omni laude dignissimam, (quam etiam Filius,  
nihil ei negans, honorat) Eiusq; Fratritatem,  
vel Loca summo studio, summa affectione, at-  
que summa diligentia, instanter, & incessanter  
amplecti, venerarique renemur. Sine Ea siqui-  
dem, deuoto testante Bernardo, nil possumus;  
sine Ea miseri sumus; sine Ea factum est nihil.

Vt igitur Eiusdem Beatissimæ V. MARIÆ lau-  
dabilis Fratritas de Rosario nuncupata, in  
sola bonorum operum concitatione, per  
Fratres Ordinis Prædicatorum 1. in Colo-  
nia nuper, certis sub limitibus 2; ad maxi-  
mum huius Virginis laudem & gloriam, 3 &  
multorum ædificationem salubriter instituta,  
seu potius renouata, (quia per Beatissimum Illius  
Primum Patrem Dominicum legitur prædicata;  
licet ad rēpus neglecta fuerit, & obliuioni tradi-  
ta,) 1. firmior, & securior habeatur, 2. nec non  
indies augeatur 3. Eoque libentius Christi fide-  
les, Eiusdem Virginis Confratres effici concu-  
piscant, quò 4. in præfata Fratritate dona cæ-  
lestis gratiæ vberius conspexerint se fore refe-  
ctos; 5. moti ex singulari ad Eam deuotione (in  
quam recipi atque inscribi voluimus atq; peti-  
uimus) 6. pijs supplicationibus Serenissimi Ro-  
mani Imperatoris FRIDERICI III semper Augu-  
sti, super hoc inclinati.

Præactam Fratritatem, Autoritate Apo-  
stolica Nobis Specialiter concessa, Approbamus  
& Ratificamus:

Fratritatis B. Ma-  
riæ præ-  
cellentia,

Institutæ  
Finis.

1.  
2.  
3.  
Confirmatæ  
caussa,

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.

Præ-

Indulgentiæ in 3. festa B. V. quinque.

Confirmamus & Ratificamus. De Omnipotentisque Dei Misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Autoritate confessi, omnibus & singulis vtriusque sexus dictæ Fraternalitatis Confratribus & Sororibus, in quinque præcipuis B. V. Festiuitatibus, scilicet, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis & Purificationis. centum dies Indulgentiarum in qualibet dictarum festiuitatum die: Atque quotiescunque per se, vel per alium Rosarium B. Virginis (quod s. Aue Maria, & V. Pater noster continet) legerint, seu legi fecerint; seu Sabbatinis, profectis, ac festiuis diebus ad Salue Regina quod post completorium, apud eosdem Fratres Prædicatores, coram Altari B. Virginis; In quo eadem Fraternalitas fundata est; caucatur,) interfaerint; 40. dies Indulgentiarum pro qualibet vice de iniunctis eis penitentibus misericorditer in Domino relaxamus. Perpetuis futuris temporibus duraturis.

In Rosarium B. V.

In Salue Regina.

In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum, præsentibus Literis nostras scribi, & per Secretarium nostrum subscribi, Sigillique maioris & oblongi iussimus ac fecimus appensione communiti Datum Coloniae anno Incarnationis Dominicæ. 1476. Indictione 9. die vero 10. Martij, Pontificatus Sanctissimi Patris ac Domini nostri Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ. IV. anno quinto. ] Hæc Alexandrina erat Fraternalitatis Confirmatio, facta petente Imperatore Friderico III. Huic accessit biennio post Sixtina. Cuius summam ad marginem adnotabo: Ipsa est huiusmodi.

II. BVLLA SIXTVS *Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

Pastoris æterni vices, miris licet insufficientibus, in rebus gerentes, oues dominici gregis Nobis

bis cælitus credit ad caulas salutis æternæ præparandum sibi perennem gloriam, indulgentijs, & remissionibus sedulo inuitamus; vt eò deuotius orationes Altissimo effundant, quò per illas ad alia pia opera, quæ in hac mortali vita exercuerint, facilius attingere poterint præmia felicitatis æternæ.

Causa concessarum indulgentiarum.

Cùm itaque, sicut accepimus, in Ecclesia Domus Ordinis F. F. Prædicatorum Colonienfis, sit quædam Confraternitas vtriusque sexus Fidelium, de Rosario B. Virginis nuncupata, ad honorem Angelicæ Salutationis instituta: Cuius Confratres & Sorores tribus diebus cuiuslibet hebdomadæ Orationem Dominicalem quindecim, & Angelicam Salutationem C & L. vicibus, omnibus tribus diebus eiusdem hebdomadæ, ad honorem eiusdem B. Virginis, iuxta ipsius Confraternitatis Institutum, dicere consueuerunt, (Quas quidem orationes, & Salutationes Rosarium appellant.) Ac extra ciuitatem Coloniensem in alijs ciuitatibus, & locis sint cum plures vtriusque sexus eiusdem Confraternitatis: NOS cupientes, vt ipsi Confratres & Sorores & sedulius, & deuotius prædictis orationibus intendant, quò ex hoc, dono cælestis gratiæ uberius conspexerint se resectos; de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Autoritate confessi Volumus, & Apostolica Autoritate Ordinamus, quòd omnes, & singuli Confratres vtriusque sexus istam confraternitatem prædictam seruantes, tam in dicta ciuitate Colonienfi, quàm etiam alibi vbicunque locorum, nunc & pro tempore existentes, verò penitentes & confessi, qui Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam prædicto modo dixerint, in singulis Natiuitatis, Annunciationis

Finis institutæ Fraternalitatis.

Pensum hebdomadarum orationis. Definitio Rosarij.

Approbatio.

nis

Indulgentiarum concessio.

nis, Assumptionis eiusdem B. MARIAE Virginis festiuitatibus septem annorum, & totidem Quadragenarum de iniunctis sibi poenitentibus relaxationem habeant, & consequantur, presentibus perpetuo duraturis &c. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam &c. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicae MDCCLXXVIII. 3. Kal. Jun. Pontificatus nostri anno VII.

Ex Britannia petitur approbatio Fratemitatis.

Vix annus ex hoc abierat; cum Britannia Dux, cum illustrissima Coniuge sua, ceterisque pluribus, Pontificem Romanum supplices instituta apud se dudum Fratemitatis Rosarii Patronum orant; ut eam aduersus obrectatorum Theoniam maledicentiam tueatur. Reuertere Lector, in memoriam eorum, quae ad calcem libri 2. de prouinciali renouatione, deque P. Alano perscripti. Iamque annus agebatur XIX, ex quo vir ille admirandus Fratemitatem isthanc praedicare coepit: Iam annus erat tertius, ex quo idem suum diem vltimum obierat: Iam & Colonienfis renouationis fama in oras se Britannicas penetrauerat, cum illustri celebratione fauoris in eam Pontificij. Itaque Dux, ceterique Britannici proceres hinc exemplo nouorum Confirmitatem alacriores; inde domesticorum Rosarii obrectatorum importunitate moti ad sacram Anchoram Romanam confugiunt. Sixtus igitur IV pro eis ita rescribit.

III. BULLA SIXTVS Episcopus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

[Ea, quae ex Fidelium deuotione ad Dei Omnipotentis, & Gloriosae V. MARIAE laudem & gloriam pie instituta sunt, ut firma permaneant, Notarum approbationis robore solidamus. Iac Fidelis ipsos ad deuotionis opera exercenda Indulgentijs ac remissionibus inuitamus. 2. Ut inde red-

Confirmatio- nis cau- sa genera- les.

reddantur gratiae diuinae aptiores. 3. maxime, cum Catholicorum Principum id exposcit deuotio; 4. & hoc conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè pro parte dilecti Filij, nobilis viri, Francisci Ducis Britanniae, & dilectae in CHRISTO Filiae, nobilis mulieris Margaretae, eius conthoralis, Ducissae Britanniae, Nobis fuit nuper propositum; quod in Ducatu Britanniae, & pluribus alijs locis, crescente Fidelium deuotione; ab aliquo tempore citra inuentus est cerrus modus, seu ritus orandi pius & deuotus: Qui etiam antiquis temporibus à Christi fidelibus, in diuersis mundi partibus obseruabatur: Videlicet, quod quilibet volens eo modo orare, dicit qualibet die ad honorem Dei, & Beatissimae V. MARIAE; & contra iminentia mundi pericula, toties Angelicam Salutationem, AVE MARIA; quae sunt sunt Psalmi in Psalterio Dauidico, videlicet centies & quinquagies, singulis decem Salutationibus huiusmodi Orationem Dominicam similiter praeposendo: Et iste ritus, siue modus orandi, Psalterium B. V. MARIAE vulgariter nuncupatur.

Vnde Dux, & Ducissa praefati, propter singularem & sinceram, quam ad B. Virginem gerunt, deuotionem, cupiunt ritum, siue modum orandi praedictum, ad obstruendum orationem detractantium, per Sedem Apostolicam approbati. Quare pro parte Ducis, & Ducissae, & aliorum Fidelium plurimorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ritum, siue modum huiusmodi orandi approbare, aliaque super praemissis oportune providere, de benignitate Apostolica, dignaremur.

NOS igitur tam Ducis, quam Ducissae, quam aliorum Fidelium piam deuotionem plurimum Approbatio Psalterij, in Do-

Britannica renouatio.

Rosarii antiquitas.

Definitio Psalterij.

Obrectatio detractantium.



in Domino commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatū PSALTERIUM, *Auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus: illumque tolerandum fore, ac cunctis Fidelibus eo modo orare licere decernimus, & declaramus.*

Indulgentiæ ad  
Quinquagenam.

Et ut omnes, & singuli Christi fideles ad deuotionis opera, & prædictū Modum orandi eò feruentius inducantur, quò exinde facilius animarum suarum salutem consequi sperauerint; Vniuersis & singulis Christi fidelibus, præfato Modo orare uolentibus, vbilibet existentibus, præsentibus & futuris, pro qualibet vice, qua sic, ut præmittitur, orauerint, pro qualibet **QUINQUAGENA** præfati Psalterij, quinq; annos, & totidē Quadragenas Indulgentiarū misericorditer in Domino relaximus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; Cæterisque contrarijs quibuscunque] Subijcit inde licentiam & fidem trāsumtarum. [Nulli ergo omninò liceat hęc paginam nostrę Approbationis, Constitutionis, Declarationis, Relaxationis, Voluntatis & Cōcessionis infringere, vel &c.. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn: Dom: cdo. cccclxxxix. Idibus Maij, Pontificatus nostri anno viii.]

Derogatoria.

Indulgentiam in ingressu in Fraternitatem & in articulo mortis.

Quas Collegium Illustrissimorum Cardinalium appensis, additisq; subscriptionibus, dedit anno 1478. sequens caput aperiet.

III. INNOCENTIVS VIII. *uia uocis oraculo* Fraternitati largitus est indulgentiam plenariam semel in vita cuiuslibet, & semel in mortis articulo. Similiter recepit eam per literas ad Beneficia Ordinis Prædicatorum. De quo inferius. cap. 12.

V. BVLLA

CONFIRMAT ET PRÆCEL. CAP. VI. 339

V. BVLLA est Eiusdem INNOCENTII VIII: quæ incipit: *Splendor paterna gloria &c.* Data Romæ, anno cdo cccc lxxxix. Sic in Brixiana Patente reperio.

VI. BVLLA ALEXANDRI. VI Incipit: *Illius, qui perfecta est Charitas, &c.* Romæ anno 1494.

VII. BVLLA IULII. II. Cuius initium: *Ineffabilis Virginis MARIAE, &c.* Romæ anno cdo. d. iii.

VIII. BVLLA RAYMUNDI Legati à latere per Germaniam, & presbyteri Cardinalis tituli S. Mariæ nouæ: data anno cdo. d. ii. Extractum illius in Colonienſi Conuentu nostro assèruari affirmat Dignissimus quondam Provincialis Conradus Sittardus, in libello suo de Fraternitate Rosarij. Autographum Magdeburgi sæculo superi, custodiebatur.

IX. BVLLA LEONIS. X Cuius Autographum Coloniam ex Urbe missum P. Prior noster D. Iacobus Hoichstraten accepit, & more rituque solenni publicari, transsumi, atque imprimi fecit. Cuius tenor est talis.

*LEO Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

[Pastoris æterni, qui, ut humanum genus redimeret, in ara Crucis immolari non abnuuit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, id supra reliqua cordis nostri vota potissimum opramus, ut cunctos Fideles, quos ipse pretiosissimi Sanguinis sui aspersione Deo Patri reconciliare curauit, quorumque regimen & gubernationem Nobis commisit, ad salubria pietatis opera, & præcipuè ipsius Pastoris, eiusque beatissimæ, ac semper Virg. intemeratæ Genitricis, apud ipsam pro nobis Aduocatæ, cultum & deuotionis affectum, quibus immarcescibiles in cælis thesauros reconde- re, & cælestis patriæ ciues effici possint, frequen- tibus inuitemus; Et his, quæ prererea prouidè cõ-

Inuitatio Pontificia ad Fraternitatem.

Fraternita-  
tis Institu-  
tio. i.

Ruina.

Instaura-  
tio.Supplices  
pro ipsius  
confirma-  
tione.

cessa fuisse percipimus, vt firma perpetuè & illi-  
bata persistant, cum a Nobis, præsertim per se-  
culares Principes, & alias personas, Nobis & A-  
postolicæ sedi gratas & deuotas humiliter peti-  
tæ nostræ Approbationis, & Innouationis li-  
benter adijciunt firmitatem; prout in Domino  
conspicimus salubriter expedire. Sanè pro parte  
dilectorum Filiorum Prioris, & ff. Domus Præ-  
dicatorum Colonienfis Nobis nuper exhibita  
petitio continebat: Quòd o im, prout in histo-  
rijs legitur, à S. Dominico quædam Confrater-  
nitas vtriusque sexus Fidelium, de Rosario B. V.  
MARIE nuncupata, ad honorem Angelicæ Salu-  
tationis instituta, & in diuersis mundi partibus  
prædicata fuit, etiam sequentibus signis. Sed cū  
ipsa Confraternitas decursu temporis ferè neg-  
lecta fuisset, & in obliuionem transiisset: ac  
anno Domini M. CCCC. LXXV. Ciuitas & Dioc-  
esis Colonienfis grauib. bellis premereur;  
eadem Confraternitas ad laudem & honorem  
præfatæ Virginis, vt ciuitas & diocesis prædictæ,  
meritis & intercessione eiusdem Virginis à di-  
ctis bellis liberarentur, in Ecclesia dictæ Domus  
innouata, & denuò instituta fuit. &c.] Narrat  
porrò Pontifex quæ tunc gesta ab Alexandro  
Legato & Imperatore fuerūt: omniaq; summa-  
tim repetit quæ Antecessores sui, & alij in Fra-  
ternitatem contulerunt. Post multa ita subdit.  
Cū autem, sicut eadem petitio subiungebat,  
dilectus filius, Nobilis vir Ioannes Dux, & dile-  
ctæ nobis in Christo filia, nobiles mulieres, Ma-  
ria ipsius Ioannis Ducis cōthoralis, Ducissa Lu-  
liacensis & Mōtensis ac Sibylla Marchionissa Bran-  
denburgensis, dictæ Mariæ Ducissæ Genetrix:  
Nec non dilectus &c. cupiunt omnia & singula  
præmissa etiā per Nos approbari, cōfirmari, &  
innouari. Quare pro parte tā Ioannis Ducis. &c.

hii

his pijs votis in hæ parte paternè annuentes, hu-  
iusmodi supplicationibus inclinari, Autoritate Confirma-  
Apostolica, renore præsentium, Confraternita-  
tem, ac Riturum siue modum grandi huiusmodi; nitatis &  
Nec non & singulas indulgentias. &c. concessas, omniū  
& desuper concessas literas, ac omnia & singula ipsi concess-  
in eis contenta Approbamus, Confirmamus & forum,  
Innouamus; ipsasque Indulgentias perpetuè  
de nouo concedimus. Et vt &c. Nec non  
omnes & singuli alij Christi fideles ad deuorio-  
nis opera, & prædictum modum siue ritum o-  
randi eò feruentius inducantur; quò exinde faci-  
lius animarum suarum salutem consequi spe-  
rauerint de Omnipotentis. &c. singulis & vniuers-  
fis vtriusq; sexus Christi fidelibus dictæ Confrater-  
nitas Confratribus & Confororibus, vbi-  
bet existentibus, tam præsentibus, quàm futuris,  
vetè pœnitentibus & confessis, seu confitendi  
propositum habentibus, qui ter in hebdomada  
dictum Rosarium deuotè orauerint, vt præfer-  
retur; pro qualibet vice alios decem annos, & toti-  
dem Quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs  
misericorditer in Domino relaxamus.

Atque quòd omnes prædicti, eorumque sin-  
guli in Paschæ Resurrectionis & singulis festiui-  
tatis prædictis: [erant quinque festa B. V. M.  
ex Bulla Alexandri Legati superius recitata]  
ac tribus diebus, singulas festiuitatum ea-  
rundem immediatè præcedentibus, cuicumque  
Presbytero Ordinis & Domus Prædicatorum  
Fratri Professo, per eorum singulos pro tempo-  
re eligendo, peccata sua confiteri valeant: Ipseq;  
Presbyter, eorum confessionibus diligenter au-  
ditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus &  
singulis excommunicationibus, alijsque ecclesi-  
asticis sententijs censuris, & pœnis, a iure vel ab  
homine quauis occasione, vel causa latis, & pro-

Auctæ Ro-  
sarij Indul-  
gentiæ: seu  
Psalterij.Facultas  
confiten-  
di,Et Absol-  
uendi re-  
seruatos  
casus om-  
nes præter  
Bullæ Cæ-  
næ.

mulgatis: Nec non sacrilegijs, incestibus, adulterijs, pœnitentiarum, & diuinorum Officiorum, ac ieiuniorum omissionibus, alijsque eorum peccatis criminibus, excessibus, delictis, quantumcunque grauib; & enormibus in singulis, etiam Sedi prædictæ Reseruatis Casibus, (contentis in Bulla singulis annis in Cœna Domini legi consueta, duntaxat exceptis) absoluerè, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere;

Item omnia iuramenta & Vota, præter quinque commutandi.

Ac iuramenta quæcunque, sine Iuris alieni præiudicio, relaxare, & Vota quæcunque (Vltimarino, Visitationis Luminum Beatorum Petri & Pauli prædictorum, ac S. Iacobi in Compostella; nec non Religionis, & Castitatis Votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare liberè possit: Ordinarij, & Archidiaconi loci, ac Rectoris parochiani, & cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisitâ.

Inscriptio gratuita.

Quodque pro receptione, & Inscriptione aliquorum Confratrum, siue Confororum in dicta Confraternitate nihil omninò temporale exigi debeat; Sed sponte oblata duntaxat recipi possint, perpetuò statuimus & ordinamus.

Derogatoria derogatoria.

Præsentibus, quas, illarumque effectum, & in ijs contenta, sub quibusuis similib; vel dissimilib; Indulgentiarum, Facultatium, Concessionum & Gratiarum Reuocationibus, Suspensionibus, vel Modificationibus; etiam pro anno lubilæi; & in fauorem fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe; seu expeditionis contra infideles; vel alias quacunque de causa per NOS, & Sedem prædictam, nunc, & pro tempore factis, nullatenus comprehendis: sed illis non obstantibus, dictis Christi fidelibus omninò suffragari. Ipsosque illis gaudere seu uti debere decernimus; perpetuis futuris temporibus duraturis.

Non

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Cæterisque Contrarijs quibuscumque. Cæterum quod difficile foret præsentibus Literas ad singula quæque loca; in quibus expediens foret, deferre; volumus, & Auctoritate prædicta etiam decernimus, quod earundem præsentium Litterarum transumptis manu vnius, vel plurium Notariorum publicorum subscriptione, & sigillo alicuius Prælati, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plena ac tanta fides adhibeatur, & adhiberi possit, & debeat in omnibus, & per omnia sicut ipsis Originalibus, si essent in medium exhibitæ, vel ostentæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Ap probationis, Confirmationis, Innouationis, Concessionis, Relaxationis, Statuti, Ordinationis, Decreti, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem homo attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini cæ Milleesimo, quingentesimo, vicesimo pridie nonas Octobris, Pontificatus nostri anno VIII.] Hæc Leo X Pontifex Maximus.

X. BVLLA, ADRIANI VI. Quæ incipit, *Illius, qui dominicum gregem.* &c. Romæ anno M D. XXIII. Kal. Aprilis.

XI. BVLLA, CLEMENTIS VII. Eius initium: *Ineffabilis.* &c. Bononiæ anno M. D. XXIX. die XX. III. Martij

XII BVLLA, Eiusdem CLEMENTIS VII. quæ incipit: *Esti temporalium.* &c. Romæ anno M D XXXIII. Pontificatus sui anno, XI, die 8. Idus Maij Hisce dicti Pontifices Fraternitatem, ipsiq; concessa a Prædecessoribus omnia confirmarunt;

Y 4

atque

atque singuli etiam indulgentiarum complurium adiectione cumularunt. Singulare tamen quiddam coepit Clemens VII Ordinare circa hebdomadarium pensum trium Psalteriorum à quolibet orandorum; scilicet ut eorum in locum tria Rosaria, seu Quinquagenæ satisfaceret: Sed morte præventum successor Paulus III excepit, illiusque institutum est executus: reddâ eius bullam totam.

Relatio  
Bullæ  
Clementi-  
næ.

XI. I. BULLA. PAVLVS III *Episcopus Seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

[Rationi congruit, & conuenit honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ desuper expeditæ non fuerint, suum debitum fortiantur effectum. Dudum siquidem, cum ad notitiam fel. record. Clementis VII Prædecessoris deuenit, quoddam dilecti Filij Confratres Confraternitatis sub inuocatione Rosarij B. V. MARIAE, in quibusuis Domibus Ordinis ff. Prædicatorum Canonice institutæ, à piæ memoriæ, Sixto IV, & Leone Prædecessoribus nostris nedum Confirmationem eiusdem Confraternitatis, & augmentum, sed & Indulgentias quàm plures & priuilegia non immerito obtinere meruerant. Idem Clemens Prædecessor eorundem Prædecessorum vestigijs inhærendo, dictos Confratres à quibusuis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, Censuris & poenis, à Iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existerent, ad effectum illarum dumtaxat consequendum, absolutos fore censens, sub dato videlicet 8. Idus Maij, Põtifcarus sui anno XI; dictâ Cõfraternitatē, ac Indulgētijs, & priuilegia omnia per Prædecessores præfatos, & eidē Cõfraternitati quomodolibet concessas &

con-

Confirma-  
omnium  
supra di-  
ctorum.

concessa, Apostolica Autoritate approbavit, confirmavit, roboravit, & firmum robur in perpetuum habere voluit.

Et cum dictus Sixtus in suis literis, quas idem Clemens Prædecessor haberi voluit pro expressis, instituyendo confirmasset, quoddam præfati vtriusque sexus Confratres ad consequendum, & integraliter obtinendū prædictas Indulgentias pro eorum totaliter affectatione tenerentur & obligarentur semel in die, in honorē B. V. MARIAE, in integrum illius Psalterium perfecisse: Propter quod nonnulli multitudine, ac varitate negotiorum impediti, id sibi difficillimum fore putantes ab ingressu dictæ Confraternitatis, seu dicti Psalterij recitatione sæpius retrahebantur, & in amore Christi, ac corū deuotione tepescebant; idem Clemens Prædecessor, ad aperiendam cælorum semitas, ut ipsi Confratres ad id feruētius inducerentur, quod exinde facilius animarū suarū salutem consequi sperarent; voluit, ac etiam ordinavit, quoddam spatium vnus diei ad spatium integre hebdomadæ ampliaretur, & dilataretur; & ad id, ad quod vna die, & in vna vice fortassa tenebantur, pro die dies, & pro vice vices assignauit: Et nihilominus illud idē cõsequerentur, ac si ritus antiquus integraliter seruatus fuisset.

Cumque idem Leo ordinando instituisset, ac benigne concessisset, quod quilibet ex dictis Cõfratribus, vbicumque existentibus, visitando quinque altaria cuiuscumque Ecclesiæ; vel vnum, vel duo quinquies, si quinq; deessent; easdem Indulgentias integraliter consequerentur; ac si omnes Almæ Urbis Stationes peragendo circuissent, præfatus Clemens Prædecessor hoc idem dicta Autoritate Apostolica similiter approbavit & confirmavit, ac pro confirmato & approbato haberi voluit, & decreuit.

Pensum hebdomadarium orationis ministratur ut scilicet, pro tribus Psalterijs sint tria Rosaria hebdomadatum oranda.

Quæ Psalterij erant, iam sunt Rosarij indulgentiæ.

Indulgentiæ Stationum quatenus concessæ sint.

Rosarij Indulgentiæ augentur. Ac idem Clemens Prædecessor supra dictis etiam addendo, cum dictus Sixtus Prædecessor omnibus præsentibus tunc, & futuris supra nominatis Confratribus Rosarium in tres partes diuidendo, videlicet in tres Quinquagenas, singulis diebus pro qualibet Quinquagena quinque annos, & totidem Quadragenas Indulgentiarum misericorditer relaxauisset ex Apostolica benignitate; vt supra dicti Confratres ad huiusmodi deuotionis opera feruentius inducerentur, præter huiusmodi Indulgentias, omnibus vtriusq; sexus Confratribus Psalterium prædictum, modo supra dicto per eundem Clementem Prædecessorem concessio, recitanti, annos duos veræ Indulgentiæ, eadem Autoritate, concessit. Non Obstantibus quibuscunque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunq;.

Valor Bullæ:

Ne autem de Absolutione, Approbationibus, Confirmationibus, Roboratione, Voluntatibus, Ordinatione, Decreto, Concessione, & alijs præmissis, pro eo; quod super illis dicti Clementis Prædecessoris eius superueniente obitu, Literæ confectæ non fuerunt; valeat quomodolibet hæsitari, ipsiq; Confratres illorum frustrentur effectu: Volumus, & similiter Autoritate Apostolica prædicta decernimus, quod præsentis Literæ ad probandum plenè absolutionem, approbationes, confirmationem, roborationem, voluntates, ordinationem, decretum, & concessionem, & alia prædicta vbiq; sufficiant; neq; ad id probationis altetius adminiculum requiratur. Datum Romæ apud S. Petrum, sub anulo piscatoris, 3. Nouemb. anno d. xxxiij Pontificatus nostri primo.] Hactenus Paulus III, & cum eo Clemens VII.

XIV BULLA, PAULI III, data anno 1537. die 13 Aug.

Aug. confirmantis superiora, & augmentis ea cumulatoribus Indulgentijs. Huius Bullæ Julius III meminit.

Ex quibus omnibus non potest non constare cuiq; Pontificum mirifica, constans, consentiēque simul & certissima, & perpetua, & summa voluntas ac cura aduersus hanc vnam Rosarij Fratritatem: Nec non & eorundem magnifica existimatio, atque sententia de Ipsius inter Christianos vtilitate, atq; excellentia: Vt, cum summa penè omnia in vnam contulissent; nullus tamen ita satis ornatam, atq; dotatam arbitraretur; quin benè magnum, pro sua quoque parte prioribus adijceret auctarium. Porro cætera horum similia, ac tantum non maiora etiam in medium proferamus.

#### CAPVT VII.

*Quæ à S. Sede Apostolica in Fratritatem Eximia profecta constant, ita merentem, ab anno cIo. D. L. vsq; ad seculum hoc sextum decimum.*

**H**actenus eum tenuit instituti sui cursum Fratritas, qui communi regiâq; prouectus viâ, nusquam aut in vllum S. Canonem offenderet; aut in bonos mores quicquâ committeret; nouum nihil aut insolens moliretur. Qui neq; velut imperu suo longius elatus, à recto tramite tranuersum rapcretur; aut fractus & debilitatus, velut abiecta lampade, subsisteret; aut à cæptis suis pijs, & per manus antecessorum acceptis, retrò versus abiret. Quin magis, quia *a. proficere, proficisci est*, vt S. Bernardus inquit, ideò *b. se non arbitrabatur com-*

*Curfus Fratritatis rectus fuit hætenus pede inoffenso.*

*a. S. Bern. serm. in Vigil. Natiuit. b. Phil. 3. 12.*

*bendisse; sed qua quidem retrò sunt obliuiscens; ad ea verò, quæ sunt priora se extendens, ad destinatum persequatur, ad brauium supernæ vocationis DEI in CHRISTO IESU.*

Eiusdem probatio evidens. prima quia semper fuit inculpabilis.

Cuius quidem rei duplex est, ac vtrumq; certissimum argumentum. PRIVS, quod Summi Pontifices nihil habuerint vquam, in quo hæc Fraternitatem aut lapsum corripere, aut deterrantem corrigerent; aut tardantem torpescerentq; incitarent. Neq; est quod existimes, ista ralia Pontificum aut fugisse notitiam; aut dissimulatione in silentium abiuisse; cum de cæteris etiam in orbe passim exorientibus Fraternitatibus varijs ipsi tam penitus omnia pernoverint; tamq; iustâ Apostolicæ animaduersionis censura diiudicarent; vt non Ipsi duntaxat de ipsidem cauerent; verum etiam cum pluribus illud darent negotium Concilijs; Viderent, ne quid Ecclesiæ mores detrimenti caperent ab exorbitantē nonnullarum Fraternitatum disciplina. Id quod ex quibusdam, exempli gratia inferius à me ponendis Constitutionibus liquebit.

Altera probatio, quia semper facta est ordinatio ac ditior gratijs.

ALTERVM est, de Fraternitatis nostræ maiore indies progressu: de exemplo eius per Ecclesiam illustriore; de gradu præ cæteris altiore; Pontificumq; de ea iudicio excellentiore, argumentum illud: quod alius ex alio deinceps certatim aliud atq; aliud in eam contulerit ornamentum. Sicut ex Breuib; eorum, aut Bullis restatum relinquitur. Quarum aliquas recitabo; alijs tantum de nomine appellatis, & in numerum coniectis.

Confirmatio omnium superiorum in optima forma.

XV. BULLA, IULII III. Qui omnia ab Antecessoribus suis Pont. concessa de optima Curia Romanæ forma confirmat cum perpetuo robore firmitatis, nec non cum omnibus, & singulis, in ea contentis. *lausulus desuper confectas literas, illa-*

1111

*tum omnium veriores tenores, ex certa scientiâ, inquit, approbamus, confirmamus & innouamus, &c. Supplentes omnes, & singulos tam Iuris, quam Facti defectus, si qui fortasse interuenierint in eisdem, &c. Cuius in optima forma Confirmationis causam in ipso statim Bullæ principio declaratam, ad Confratres & Consores Fraternitatis ita scribens: Sincera Deuotionis affectus, quo Vnigeniti DEI Filij, & Intemeratæ V. MARIÆ Matri eiusdem cultum, & S. Romanæ Ecclesiæ decorem prosequimini; non immerito nos inducit, vt ea, qua in vestris fauorem, & spiritualem consolationem concessa diuinitur, Nostra auctoritate munimine roboremus. Hinc est quod Nos, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo piscatoris 24. Aug. anno clo. D. LI. Pontificatus nostri anno 2.*

Causa confirmationis illius.

XVI. BULLA, PAULI V. Cuius initium: *Ex Apostolica Sede, &c. Data Romæ, anno clo. D. LXI. die 9. Martij.*

XVII. BULLA, Pij IV. Hic literis suis tria agit. 1. Superiores Indulgentias & Prærogatiuas confirmat. 2. Plenarias in VII festis Virginis MARIÆ, & processione quacunq; Fraternitatis promerendas largitur. 3. Eas in Capellam Fraternitatis S. MARIÆ supra Mineruam collocat. Illius initium est: *Dum præclara meritorum insignia, &c. Data Romæ, motu proprio, apud S. Petrum, sub annulo piscat. pridie Kal. Martij; Pontificatus eius anno 2. Sic in Bullario Romano diem signatum reperio: At in Brixiana patente sic habetur. Pij 4. duci Breui, the Cominciano: Dum præclara meritorum, &c. Datum Romæ, die 31. Martij, anno 2. Et dum præclara meritorum, &c. Datum Romæ pridie Calend. Maij, Pontificatus anno 2.*

Plenariæ Indulg. in VII festis Mariæ, & in Processione,

XVIII. BULLA Pij V. Cuius initium: *Iniunctum nouis desuper. Romæ anno clo. D. LXVI. 14. Jun. XIX. BVL-*

XIX. BVLLA, Eiusdem Pij V. data anno Clō. D. LXIX. 29. Junij. Huius posteriorem partem aliquam recitavi totidem verbis lib. 2. cap. 7. Eius initium est tale: *inter desiderabilia cordis nostri illud intentis desiderijs affectamus, ut singulorum Christiane fidei, quorum nobis, ex commissi pastoralis Officij debito, cura imminet, GENERALIS animarum salus proveniat. Unde pia & saluberrima desiderium vota, ad hoc tendentia, & alias, à quibus divini cultus provenit augmentum, Pij Patris affectione prosequimur, ac plene favoribus convenimus, & ut optatum consequantur effectum, Christi fideles ipsos ad illa indulgentijs videlicet, & peccatorum remissionibus libenter invitamus, &c.* Deinde refert (quæ reddidi cap. 7. lib. 2.) quemadmodum alij, qui non de Ordine sunt Prædicatorum, erigant passim Fraternalitates Rosarij; idè, ad diuersos abusus tollendos, id prohibet omnibus; & Fraternalitatem solis Prædicatoribus appropriat, &c.

e. Superioribus lib. 2. cap. 7. Supplicationum usus apud maiores.

S. Dominici refugium ad B. V. Mariam.

XX. BVLLA. Eiusdem Pij V. data eodem anno Clō. D. LXIX. 17. Septembris. Quæ ex ea reddidi alias, & hinc non repetam. Caterum, est ea talis: [Consueverunt Romani Pontifices, & alij S. Patres Prædecessores nostri, cum bellis corporalibus, & spiritualibus premerentur, aut alijs tentationibus vexarentur; quò facilius ab illis euaderent, & tranquillitatem adepti, Deo facilius & feruentius inseruirent, & vacarent; diuinam opem implorare, & Sanctorum suffragia per supplicationes, seu per Litanias deprecare; ac oculos cum Dauide in Montes leuare, certa spe confidentes, inde illis auxilia affatura.

Quorum exemplo adductus, & Spiritu Sancto, ut piè creditur, affatus B. Dominicus, Ordinis s. Prædicatorum Autor, (cuius Institutum & Regulam, cum in minoribus essemus, expressè

expressè professi sumus;) simili, qua nunc, temporis occasione, quo Albigenis hærési partes Galliarum, & Italiæ miserè vexabantur; & tam multos excæcauerat sæculares, ut in Domini Sacerdotes & Clericos sæuissimè fuderent; leuans in cælum oculos, & Montem illum Gloriosæ Virginis MARIÆ Almæ DEI Genitricis, quæ germine suo tertiosi serpentis caput obtinuit; & cunctas hæreses sola interemit, ac benedicto fructu eius ventris mundum, primi parentis lapsu damnatum, saluauit; & de quo sine humanis manibus abscissus est lapis ille, qui ligno percussus, gratiarum aquas affluenter produxit; respiciens Modum facilem, & omnibus peruium, ac admodum pium orandi, & precandi DEVM, Rosarium, seu Psalterium eiusdem B. V. MARIÆ nuncupatum, (quo eadem Beatissima Virgo Salutatione Angelica centies & quinquagesies, ad numerum Psalterij Dauidici repetita, & Oratione Dominica ad quamlibet Decimam, cum certis meditationibus totam eiusdem D. N. IESU CHRISTI vitam demonstrantibus, interposita veneratur;) excogitauit; excogitatum per S. R. Eccl. partes propagauit, orandi; modo prædicto per alleclias B. Dominici Fratres, videlicet Ordinis prædicti diuulgato, & à nonnullis accepto, ceperunt 1. Christi fideles ijs meditationibus accensi. 2. Ijs precibus inflammati in alios viros repente mutari, 3. hærèsium tenebræ remitti, 4. & lux Catholicæ Fidei aperiri; 5. & ad hanc orandi formam, pro locorum diueritate, Sodalitates per Fratres eiusdem Ordinis, ad hoc à suis Superioribus legitime deputatos, institui, & Confratres in eis describi.

Nos quoque illorum Prædecessorum vestigia sequentes, militantem hanc Ecclesiam, diuinitus nobis commissam, hijs temporibus, tot hærèsibus

Fraternalitatis primordia.

Rosarij descriptio, & illius prima prædicatio & effectus.

Papa imitatur S. Dominicum.

reſibus agitatam, tot bellis, prauisq; hominum moribus atrociter vexatam & afflictam cernentes, lacrymabundos, ſed ſpei plenos oculos in Montem illum, vnde omne auxilium prouenit, leuamus; & ſingulos Chriſti fideles ad ſimile faciendum benignè in Domino hortamur & monemus. Vtq; facilius modus ille ab omnibus cum ea, qua decet, deuotione, & mentis religionisq; Chriſtianæ ſinceritate amplectatur, Auctoritatis Noſtræ partes, quantum Nobis ex alto conceditur, fauorabiliter impertientes, modum orandi & precandi prædictum, omniaq; & ſingula indulta, &c. per quoscuq; , &c. auctoritate Apoſtolica ad id ſuffultos, &c. conſeſſa, &c. perpetuo confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Nec non potiori pro cautela, &c.] cætera vide lib. 2. c. 7. Eſt verò & illud in hac Bula ſingulare quod ſequitur

Reddit Fraternitatem caparem legatorū, oblationum, &c.

[Nec non eiſdem Confraternitatibus ſeu ſodalitatibus, quòd illarum ad id deputati Confratres omnia & ſingula Oblationes, & Legata, ſeu donationes, aut aliàs quouis modo, ſiue in teſtamento, ſiue Codicillis, aut alia vltima, vel inter viuos voluntate illis relicta & erogata, quæcunq; , quoscuq; , & qualiacunq; , etiam ſpeciali notâ digna ſint, percipere, erigere, leuare, & in Confraternitatibus huiusmodi piis uſus conuertere, etiam Ordinarij loci, aut cuiuſuis alterius licentia de ſuper minimè petita, liberè & licitè poſſint.

Ingredientibus Fraternitatū Indulgentiæ.

Et in ſuper, quòd quiſq; ad ſe numero Confratrum præſatorum aggregandum promtior & alacrior fiat, de Omnipotentis DEI, miſericordiam, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate conſiſi, omnibus & ſingulis Confratribus prædictis per deputatos prædictos deſcriptis,

ſcriptis, verè pœnitentibus & conſeſſis, qui prima vice, qua deſcripti fuerint, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in aliqua Eccleſia, ſeu Capella dictæ Confraternitatis perceperint, & vnam ſaltem Quinquagenam Roſarij recitaauerint, & pro tranquillitate S. Marris Eccleſiæ orauerint: Nec non, qui in mortis articulo conſtituti, ſalutaris pœnitentiæ, & viatici Sacramento muniti fuerint, plenariam omnium & ſingulorū peccatorum Indulgentiam, & Remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus & clar-gimur.

Qui verò in Reſurrectionis D. N. IESV Chriſti, & Annunciationis, & Aſſumptionis eiusdem B. MARIAE præſatorum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſceperint, & partem Roſarij, vt præſertur, recitaauerint, decem annos & totidem Quadragenas; eiſdem autem Confratribus, qui in reliquis D. N. IESV Chriſti, & B. V. MARIAE præſatorum feſtis diebus, in quibus ſacra ipſius Roſarij myſteria recenſentur, vnam ſaltem Quinquagenam recitaauerint: Nec non alijs omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, etiã non Confratribus, qui in eiſdem Roſarij PROCESSIONE, quæ meſe quolibet fieri conſuevit, deuotè interfuerint; & pariter Confratribus præſatis, qui ipſum Roſarium integrum quolibet hebdomada deuotè recitaauerint, VII. annos, & totidem Quadragenas de iniunctis ſibi pœnitentijs etiam miſericorditer in Domino relaxamus.] Reliqua ſuprà vide lib. 2. cap. 7.

Triennio poſt admiranda illa, & omnibus ſæculis memoranda Chriſtianorum contra Turcam victoria naualis, apud Echinadas in Naupactæ ogurgite, Joanne Auſtriaco Duce, feliciter conſecta eſt: Quam quidem conſtat Fraternita-

Indulgentiæ in feſtis Chriſti, & myſteriorū Roſarij.

Indulg. Proceſſionum etiam non confratribus.



tis de Rosario Processionibus, & precum merito adscriptam potissimum, post Deum fuisse; instituto MARIAE Victricis facto Rosarij, ad perpetuam memoriam celebrandam, Bullam Institutionis hic reddere operæ erit pretium.

Beneficia  
Dei insti-  
tuuntur fe-  
sta.

XXI. BVLLA. (GREGORIVS XIII. Episcopus, *seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*)  
[Monet Apostolus in omnibus gratias agere: Monent quoque sacrarum Literarum historia insignia Dei beneficia, cum vt & ei, à quo accepta sint, meritæ referantur gratiæ; tum vt fideles, quibus collata sunt, illorum memores ad diuinum cultum indies magis excitentur; solènis Annis celebranda esse. Quod cum multoties institutum fuerit, tum verò maximè, cum Deus Patrum nostrorum, populum suum à seruitute ægyptiaca per manum fortem liberauit.

Beneficiū  
Dei est vi-  
ctoria cō-  
tra Turcā.

Nos itaque, qui non minora beneficia quoti- die à Deo Opt. Max: accipimus; inter quæ illud SINGVLARISSIMVM superiore anno, ab inef- fabili Ipsius. Clementia nobis concessum fuit, vt Turcarum classis, & numero longè superior, & præteritis elata victorijs, à Christianorum classe, virtute Domini Dei Sabaoth decerante; die VII. Octobris, non longè à Corinthiaco sinu, penitus deuicta, & quassata fuerit. Qua nēpe victoria vniuersum populum Christianum ab impijssimi Tyranni faucibus diuino munere ereptum fuisse, inficiari nemo potest: Apostoli præcepto parere, & Sanctorum Patrum exempla sequi volentes, vt huius ingentissimi benefi- cij anniuersaria habeatur memoria, instituere omnino decreuimus.

Causa me-  
ritoriæ vi-  
ctoriæ.

Quia verò preces eò gratiores ad illius con- spectum ascendunt, quò i. dignioribus interces- sionibus, 2. & pio aliquo orandi modo offerun- tur; 3. memores B. Dominicum, Ordinis Præ- dicato-

dicatorum Institutorem; cum & Gallia, & Italia perniciosis premeretur hæresibus; ad iram Dei placandam, & Beatissimæ Virginis intercessio- nem implorandam, pijsimum illū orandi mo- dum instituisse, quod Rosarium, siue Psalterium Beatissimæ Virginis MARIAE nuncupatur: 4. A- nimaduertentes quoq; eadem die septima, (quæ tunc fuit dies Dominica prima dicti mēsis,) Fra- ternitates omnes, sub dicti Rosarij nominatio- ne militantes, per vniuersum orbem, iuxta earū laudabilia Instituta & Consuetudines, præcessi- onaliter incedentet, pias ad DEVM preces effu- disse, quas per intercessionem Beatissimæ Virgi- nis ad dictam Victoriam consequendam multū profuisse piè credend est: Operæ pretiū NOS facturos esse existimauius, si ad tantæ victoriæ, cælitus procul dubio concessæ, memoriam con- seruandam, & ad gratias DEO & Beatissimæ Vir- gini agendas, FESTVM SOLENNE sub nuncupatio- ne ROSARII, in prima Dominica mensis Octob. singulis annis celebrandum institueremus.

NE. Pro-  
cessiones  
esse ante-  
meridio-  
nales so-  
lere.

Causa Fe-  
sti Rosarij.

Quocirca motu proprio, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine, ad laudem DEI, & Domi- ni nostri IESU CHRISTI, eiusq; gloriosæ Virginis Marris, tenore Præsentiū decernimus, vt de cæ- tero, perpetuis futuris temporibus, qualibet pri- ma Dominica mensis Octob. per vniuersi orbis partes, in his videlicet Ecclesijs, in quibus altar- e, vel Capella Rosarij fuerit, ab omnibus & sin- gulis vtriusq; sexus Christi fidelibus FESTVM SOLENNE, sub nuncupatione ROSARII prædicti, sub duplici maiori officio, ad instar aliarum So- lennium festiuitatum, celebretur & sanctifice- tur: eademque die Officium de Beatissima Vir- gine nouem Lectionum, more Ecclesiastico persoluatur, & recitetur. Decernentes Præsentes, quas perperuè volumus, &c.] Vide reliqua

Institutio  
Festi Ro-  
sarij.

lib. 2. Rosarij Exemplorum, cap. 14. Data anno M. D. LXXIII. 10. April Pontificatus ipsius anno 1. Hinc, Lector, ipse æstima de precum, processionum, piorumque exercitorum merito in Fraternitate Rosarij. Quod ipsum eiusdem satis testatur excellentiam.

XXII. BVLLA, Eiusdem GEORGII XIII: cuius initium; *Exponi nobis &c.* Anno M. D. LXXVII. 1. Octob. His addo, quæ in Brixiana Patente reperio, duo Breuia annotata Gregoriana: quorum utrumq; incipit: *Cum, sicut accepimus, &c.* Prius fuit editum, 25. Maij, anno 1579. Alterum Kal. Junij, anno eodem.

XXV. BVLLA, Eiusdem. Cuius initium, *Ad augendam, &c.* anno 1579. die 3. Januarij.

XXVI. BVLLA, Eiusdem; quæ incipit: *Pastoris aterni, &c.* anno 1581. die 5. Maij

Hæc singulis omnia superiora confirmavit, Christi oves inuitavit ad Fraternitatem; semper usq; maioribus adiectis Indulgentijs: De quibus singularim nos inferius. Idem BREVE, aut Literas Apostolicas dedit anno clō. D. LXXXII, 20. Januat. ad M. Thomam Rubium quibus breuissimè & efficacissimè omnia complexus perpetuum confirmavit.

XXVII BVLLA, SIXTI V, quæ sic incipit: *Dum ineffabilia meritorum, &c.* anno clō. D. LXXXVI. 31. Janu. Hæc q; claudit hoc sæculum quintum & decimum. Insignem eam planeq; illustrem esse intelligo ex illa Brixiana patente, cuius supra meminimus, Sed mihi illam adhuc quidem videre nõdum licuit. Atq; hæc ego superiore seculo quinto decimo datas à Pontificibus Bullas pro Fraternitate Rosarij reperi.

Jam, vt caput hoc à suo repetam principio, iterum & constanter affirmem necesse est: hæctenus cum Instituti sui cursum tenuisse Fraternitatem Rosarij;

Fraternitas Rosarij  
Cuius  
ritus  
glossa, & in-

Rosarij, vt in nullum vsquam Canonem, more sine bonos offendisse noscatur, Quin magis ad Ecclesiam DEI ædificauit; vt eam Summi Pontifices summoperè omnibus Christi fidelibus suis commendarent; & cætatim maximis quibusq; Gratiarum beneficijs locupletatam insuper eximij honorum ornamentis cohonestarēt.

Fuerunt aliæ quidem præter hanc Fraternitates diuersæ; & ipsæ piæ atq; laudabiles: verum quæ animaduersione nonnunquam indigerent Ecclesiasticâ. Cuius censuræ nonnulla huc capita subiiciam, ex quibusdam repetita Concilij. Vt omnes intelligant, tantum Pontifices atq; Concilia in aliarum quarundam Fraternitatum correctione, quantum in nostræ cõmendatione vigilasse. Illarum tamen nullam, ceu par, nominatim appellare, aut arguere voluerūt; sicut nostram suo merito nominatim commendandam eos iudicasse audiuius.

Ac primum quidem, *Concilium Prouinciale Senonense* iussu Clementis VII, anno M. D. XXVI habitum, *Canone 30* ita decernit. [Cum ex multiplicatione Confratriarum sæpè monopoliæ oriri contingat; & quæ in vsus pios consumenda sunt, in crapulam conuerti videantur: (Si quidem dies festos Confratriarum non aliter se Confratres dignè celebrare putant; nisi commestationibus, & ebrietatibus deseruiant): Sacro approbante Concilio, sub pœna Excommunicationis inhihemus; ne aliqui, cuiuscumq; status extiterint, Confratrias erigere, & de nouo instituire, sine Episcoporum expresso consensu, & approbatione, audeant. Antiquas autem, quas per Episcopos institutas, aut aliter approbatas fuisse constiterit, toleramus. Omnes conuenticulares commestationes, maximè diebus festis Confratriarum, & ex denarijs earundem

Minus itè  
aliæ non-  
nullæ.

Monopoliæ  
Confratriarum  
vetantur.

Vetantur  
nouæ erigi.

Antiquæ  
tolerantur.

soluendas, sub dictis pœnis prohibentes, &c.]  
 Porrò *Concilium Mediolanum* IV, anno M. D. LXXIII, sub Gregorio XIII. celebratum ita sancit. [Cum Capitula, seu Congregationes habent, tum initio, tum in fide sanctis precibus vtantur. Omni morum grauitate, vitæ integritate, pietatis religione, & spiritualium exercitationum probatarum, quas inter se collegiatim præstant, studijs tales se præbeant; vt bonorum administrationem optimis progressionibus amplificent.]

Quales  
 admittendi.

De admittendorum in Fraternitates delectu *Concilium* V. Mediolanense anno 1579. ita statuit: Ne facinorosi homines, neue turpis vitæ, aut infamiæ labe notati in Disciplinatorum, alteriusue generis Confratrias adscribantur. Si qui verò adscripti iam sint, si moniti honestæ vitæ rationibus se non conformauerint; à Confratrum numero Episcopali autoritate remoueantur.

Præses  
 processio-  
 num, &c.

Cum processiones, vel supplicationes collegiatim agunt, Sacerdotem habeant, cuius sit eam dirigere religiosam actionem. Ne Officiales creati aut eligi liceat, nisi præsentem Sacerdote constituto.

Materia  
 modusq;  
 sermonum  
 in congrega-  
 tionibus

Laici Confratres cuiuscunq; Confratriæ, de fidei dogmatibus ne disceptationes, colloquia, sermonesue habeant. Videat præterea Episcopus diligenter, vt in Oratorijs suis collocutiones de ijs rebus tantum instituant, quarum tractatio & collocutio laicalis ordinis hominibus conueniat. Ne quicquam, quod vulgari sermone conscriptum sit, in vlla cuiusuis generis Confratria, scholauæ legi, recitariue liceat, nisi primum ab Episcopo, vel ab eo, cui ille mandauerit, recognitum sit, atq; probatum.

Præses Cō-  
 fratriarū.

Deniq; *Concilium Mediolanense* VI, pluribus cauend-

cauendis incommodis, anno 1582. sic præcepit. Vnicuique Confratriæ Episcopus Sacerdotem constituere studeat, vitæ spiritualis vtu peritum, benèq; in Sanctis exercitationibus versatum; qui salutaribus consilijs, monitis ac documentis Confratres in omnem benè agendi partem, tanquam Pater & Dux spiritualis confortet.] Hæc mitiora pro fraternitarum aliarum seu directione, seu correctione in exemplum sufficiant; seueriora prætereo: quibus nostram eguisse adhuc vsquam me legere non memini: quin alia omnia superiores Bullæ testantur. Secutas nunc porrò inspiciamus Pontificum Bullas ac Breuia; & ea, quæ nouissimè concessa fuerūt, & euulgata.

### CAPVT VIII.

*Quenam hoc XVI. ingrediente seculo Summorum Pont. magnifica iudicia de hac Fraternitate, & in eam beneficia consistent.*

Quisquam ne tam erit improbè, ad malignè suspicandū proiectus; qui iuxta beneficam, & magnificā tot Summorum Pontificum voluntatem interpretetur ad Fraternitatis non vigorem vllum, aut meritum; sed ad torporem illi excutiendum potius; quàm studium pietatis in ea istis spiritualium beneficiorum, ac laudum irritamentis excitandum? Istum quidem tu, si vel homo sis, non audies. Adeò manifesta ipsi veritas aduersatur. Nam de Bullis aut Breuius Apostolicis cum nequeat, nec fas sit, quicquam controuerti; profectò ipsæ satis loquuntur ac testantur, adeò nullam vnquam extitisse Fraternitatis oscitantiam in Veteri Instituto; vt ilius feruorem sæpius magnificè toti dilaudent orbi, ac velut in exemplum proponant.

Præoccu-  
 patio.

Causa tot  
 Pontificiarum  
 Gratiarum in  
 Fraternitate hanc.

a. Seneca  
Philosophus  
Epist. 65.

Quæ causa est princeps, cur Summi Pontifices Romani tot, tanta, tamque illustria illi addant alius super alium ornamenta. Quasi vnâ mente, vnoq; spiritu, (vt & verè fit) sermone inuicem, hoc tali vrerentur vno omnes Seneca: a. *Agamus bonum Patrem familie: faciamus ampliora, qua accepimus. Maior ista HÆREDITAS transeat à Me ad posteros: multumq; adhuc restat operis; multumq; restabit. Nec ulli nato post mille secula præcluderetur occasio aliquid adijciendi.* Atq; eâ quidem via modoq; & in Fraternitate creuit feruens ac constans in seruitio diuino, Christianisq; exercitijs, piè operandi studium; & in S. Sede Apostolica perseuerauit, & auxit paternus amor & cura illius gubernandæ, ornandæ indies, ac promouendæ. Vt planè cum Ecclesiæ cõiuni, pastoraliq; curâ simul hanc tantæ Fraternitatis specialem, paternamq; suscepisse Pontifices videantur. Nõ hæc sunt eiusmodi quæ ego possim dicendo in maius, quàm sint, extollere: cum ex inspectis, quas recito, Bullis ea quisque videndo valeat deprehendere. Cuius causa institutû meum teneo, & eo. quæ sunt reliqua Pontificia de Fraternitate testimonia, sub oculos subijcio.

FF. Prædicatorum  
Priuilegia  
confirmata.  
b. Clemens  
VIII. in Bulla:  
Inuicenti  
Nobis, &c.  
anno 1604.  
die 5 Octob.  
Ordinis  
vtilitas in  
Ecclesia.

Sanctissimus Dominus Noster PAVLVS PA V. ex speciali fauore cordi sumit ac curæ tum Ordinem FF. Prædicatorû vniuersum, tum eiusdem Fraternitatem Rosarij, simul & Sanctissimi Nominis Dei I E S V. Pro Ordine quidem in condita ab Antecessore Clemente VIII, sed non ab hoc edita, (nam morte præuentus:) ita Successor PAVLVS V loquitur. *b. Volentes vniuersum Ordinem ff. Prædicatorum, (ex quo vberissimi in Dei Ecclesia fructus, ad ipsius Omnipotentis Dei laudem, & Christianæ Reip. spirituale commodum & vtilitatem, ab ipse. Ordine initio semper prodierunt, & indies prodibunt) spiritibus fauoribus & Gratijs* prosequi;

prosequi; MOTV PROPRIO, non ad M. Generalis, seu Procuratoris, vel Fratrum Prædicatorum instantiam, sed ex certa Nostra Scientia, ac de Apostolica Potestate Plenitudine omnia & singula Priuilegia, &c. & Indulsa spiritualia, & Temporalia, etiam per modum Communicationis, & Excommunicationis inter se, &c. eidem Ordini Prædicatorû, &c. perpetuò confirmamus, &c. Sic Pont. Max. pro Ordine. In cuius Priuilegij cum illa quoque numeranda sint, quæ ratione Fraternitatis suæ Rosarij fuerunt, Ipsi specialiter concessa: hæc eadem hic comprehensa intelligi oportere videtur. Verùm isthoc quia nõ nemini videri cõtrouersû posset; aut certè minus liquere omnibus, quod Fraternitatem attinet: Atq; etiâ, quia hæc interpretatis nullis indiget, dubia respuit: certis quippe ac proprijs abudè diues; idcirco ista in medio relinquam, ac missa faciam.

Illa sanè nulli esse dubia vel obscura possunt, quæ Pontifex Max. Paulus V. nominatim & expressè Fraternitati Rosarij est elargitus. Nam Is postquam Prædecessor Suus Clemens VIII omnes & Mendicantes Ordines seu Religiosos, & Fraternitates eorundem omnibus exuisset Indulgentijs; & certas vtriusq; denuò ac liquidas punctim assignasset, quas vlrà citraque nemo quicquâ posset: PAVLVS tamen V. Fraternitatis Rosarij processionib; primùm cõcessit specialiter plen. Indulg. deinde toti Fraternitati restituit omnia, quæ a superioribus illi Pontificibus vnamquam concessa fuerunt. Et ista singula Bullis singularis. Quæ vt certius & facilius, velut de plano, cognoscatur; prius illa communis præcarû Indulgentiarû omnium reuocatio est declarada. De qua ita narrat Pontifex ipse in proœmio Bullæ de Indulgentijs Religiosorû Mendicantium nouis datis; cassatis & ablati antiquis.

Religiosis  
Mendicantibus earû-  
que Fraternitatis  
cassantur omnes Indulgentiæ,  
dantur nouæ: Redduntur Fraternitati Rosarij sue præcaræ.

XXVIII. BULLA, PAVLVS PAPA V. *Ad perpetuâ rei memoriam.* Roma.

Clementis  
Constitu-  
tio circa  
Indulg.  
Fraterni-  
tarum, &  
Religioso-  
rum.

Romanus Pontifex in Beati Petri Sede con-  
stitutus, cui inter alia cælestis Indulgentiarum  
thesauri dispensandi cura incumbit, sollicitè  
prospicere debet, ac solemter, vt huiusmodi in-  
dulgentiarum dispensatio, & vsus ad Dei glori-  
am, & animarum salutem præcipuè dirigatur; &  
ne ex illarum multiplicitate Confusio, aut ina-  
nis Interpretatio exoriatur. Proinde cū solem-  
cor. Clemes Papa viij Prædecessor noster, magna  
cum diligentia, & sollicitudine procurauerit ab-  
usus, & corruptelas, tum in communicando In-  
dulgentiarum thesauros, tum in modo illos reci-  
piendi irreptos tollere, & propterea sua quadam  
Constitutione formam aggregandi, instituendi,  
& rectè administrandi Societates, & Confrater-  
nitates præscripserit; licèt morte præuentus  
hanc piam eius voluntatem ad finalem execu-  
tione deducere; neque etiam, vt cogitauerat, cir-  
ca indulgentias à plerisque Romanis Pontifici-  
bus Prædecessoribus, Religionibus, & Ordini-  
bus Monasticis, & Mendicantibus diuersis tem-  
poribus concessas, aliquid deliberare potuerit.

Cardinali-  
um in eas  
inquisitio

NOS, qui nullis nostris meritis, sed sola Dei  
benignitate ad summi Apostolatus officium vo-  
cati sumus; susceptum à tanto Pontifice pium  
hoc opus ad optimum finem perducere cupien-  
tes, vbi primum Catholicæ Ecclesiæ regimen  
suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S.  
R. E. Cardinalibus ad hoc opus à dicto Clemen-  
te Prædecessore deputatis, (de quorum numero  
tempore ipsius Clementis Prædecessoris era-  
mus,) iniunximus, vt in illo opere ad vltiora  
progredierentur, & Indulgentias Regularibus  
concessas recognoscerent, ipsique recognitis rem  
Nobiscum communicarent.

Et iudici-  
um de eis-  
dem.

Cum itaque præfari Cardinales Priuilegia,  
Cõcessiones, & Gratias prædictis Religionibus,  
& Or-

& Ordinibus concessas diligenter inspexerint, &  
examinauerint, ac eorundem Ordinum Superi-  
ores, & Officiales pluries audierint, ac circa  
easdem Indulgentias varia dubia, & incertitudi-  
nes, & confusiones adesse compererint, & ex iu-  
dicio eorundem etiam Regularium, vel aliquo-  
rum ex illis nobis proposuerint valde expedire,  
pro eorum maiori securitate, & beneficio, vt In-  
dulgentias ipsis Religionibus, & Ordinibus ad  
instar, vel per communicationem, aut alio mo-  
do hætenus concessas annullarem, & reuoca-  
remus; ac alias particulares illis concedere-  
mus.

Nos matura super hoc cõsultatione præha-  
bita, cupientes personis Regularibus quibus-  
cunque quorumuis Ordinum, tam Monastico-  
rum, quam Mendicantium spirituale solatium,  
& iuuamen afferre, infra scriptas Indulgentias,  
& Gratias, quas personis Regularibus intra clau-  
stra, aut extra, cum licentia tamen suorum Su-  
periorum legitima de causa illis concessa de-  
gentibus tantummodo suffragari debere decla-  
ramus, cõcedendas duximus. ] Hætenus Sanctis-  
simus Noster Paulus V. Quæ equidem huc mi-  
nimè inseruissim; nisi maluissim; ipsiusmet ver-  
bis causam, modum, totumque processum factæ  
Renocationis Indulgentiarum, Fraternitatibus  
quibuscunque aliquando concessarum, aperire.

Pauli V.  
sententia  
quoad Re-  
ligiosorum  
Indulgentias

Sicut autem hac Bulla Pontifex illas Religio-  
forum Mendicantium reuocat & abrogat om-  
nes, earumque in locum alias certas impertitur:  
sic alia Bulla eorundem Mendicantium Sodali-  
tatibus omnes cassat indulgentias; aliasque cer-  
tas, omnibus communes, elargitur. Hanc ego  
Bullam nondum vidi. Testatur de ea tamen satis,  
quod dico, idem Paulus V. in Speciali ista Bulla  
edita pro Fraternitate Rosarij, quam paulò post  
reddam

Fraternita-  
rum Indul-  
gentiæ cas-  
santur.

reddam Necessè itaque fuit, vt Rosarij quoque Fraternitati simul suæ pristinæ adimerentur indulgentiæ. Neq; ab anno CIO. DC. VI. ac biennio deinceps, alijs ipsi licuit, præterquã cõmunibus gaudere. Donec anno CIO. DC. VIII. suæ prioris ac præsæ in solidũ ipsi restituerentur. Verũ quoniam antè contigit Sanctissimum Papam ad Processiones Fraternitatis plenariam impetiri, quã reddere ademas; idcirco istius Concessio- nis Bullam, temporum ordinem secutus, præmittam. Quæ sic habet.

XXVIII. BULLA. PAVLVS PAPA V. Ad *Perpetuam rei memoriam.*

Fautor Pa-  
pæ in om-  
nes Frater-  
nitates  
Mariæ.

Specialis  
in Frater-  
nitate  
Rosarij.

Indulg.  
plen. pro  
instruendis  
præcessio-  
nibus.

Piorum hominũ Confraternitates, præsertim Deiparæ Virginis MARIÆ nomine ac patrocinio conspicuas, præcipuis spiritualium Gratiarum muneribus insignimus: Vt gratijs huiusmodi Christi Fideles indies magis ad eiusdem Virginis cultum & venerationem inuiterent. Proinde volentes NOS Confraternitates, canonicè institutas, sub invocatione eiusdem Beatissimæ Virginis ROSARIJ, in quacunq; mundi parte existentes, ac Dilectos Filios, illius Confratres & Conforores; quæ, sicut accepimus, Dominica prima mensis cuiuslibet Christi Fideiũ frequentia celebrem, ac solennem Processionem ex eorum Ecclesijs, Capellis vel Oratorijs, ad Virginis eiusdem commemorationem piè peragere solent; speciali aliquo munere decorare supplicationibus quoque directi filij Marci de Martensio, totius Ordinis S. DOMINICI Procuratoris Generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus Confratribus & Confororibus dictarum Confraternitatum verè penitentibus, & confessis ac sacra Communione refectis, qui prædictæ Processioni ipsa prima Dominica cuiuslibet mensis, in qualibet ex ipsorum

tum Ecclesijs, Capellis, vel Oratorijs peragenda interfuerint; & pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Marris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus, perpetuis, futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die 15. Aprilis Anno 1603. Pontificatus nostri Anno tertio.

*Scripso Cobellutius.*

Hucusq; à biennio cõmunibus omnium Fraternitatũ indulgentijs usam hæc Rosarij, Fraternitatẽ iã voluit Pontifex hoc *speciali munere decorare.* Neque hic stetit pijsimi Patris benignitas. Ecce enim, vix quintus abhinc mensis abierat, cum Rosarij Cõfraternitatibus Indulgentias prioris omnes iustis de causis restituit, *has speciales fauoribus, & gratijs præsequi volens; vt scribit.* Sed Bullam Ipsius hic totam reddamus.

XXX. BULLA. PAVLVS PAPA V. Ad *perpetuam rei memoriam.*

[Cum olim fellicis recordationis Clemens Papa VIII. prædecessor noster, ad tollendos nonnullos abusus; qui in communicandis Indulgentijs & Priuilegijs, Confraternitatibus ( dum erigebantur, instituebantur, seu aggregabantur a Superioribus Ordinum, Religionum, & Institutorum, necnon ab Officialibus Archiconfraternitatum, & Congregationum, respectiue irreperant: per suam perpetuò valituram Constitutionem inter cætera decreuisset vt omnes Confraternitates nouas erectionum, institutionum, & aggregationum formas; quibus nouè etiam Indulgentiæ concedebantur, & concessæ reuocantur; ab Apostolica Sede acciperent

Cõstitutio  
Clementis.  
VIII.

infra

infra certum tempus tunc expressum, prout in eiusdem Clementis literis plenius continetur.

NOS in executionem dictæ Constitutionis, & mentis prædicti Clementis Prædecessoris cum pluribus Confraternitatibus fratrum Confraternitatis Sanctissimi ROSARII, in Ecclesia Sanctæ MARIÆ super Mineruam, nouas Indulgentias, & priuilegia concedentes, antea concessas reuocauimus: inter quas etiã supplicationibus dilectorũ filiorũ Officialũ, & Cõfratrũ Prædicarorum de Vrbe, inclinati, tam dictæ Confraternitari, quam omnibus alijs Confraternitatibus eiusdem Sanctissimi ROSARII omnes, & quascunque alias Indulgentias à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris eisdem Confraternitatibus concessas reuocantes, certas alias nouas Indulgentias, quibus in posterum vterentur, concessimus, & indulgimus; prout in Nostris in simili forma Breuis desuper confectis Literis plenius etiam continetur.

Cum autem, sicut dilectus Filius AVGVSTINVS GALAMINIYS, Magister GENERALIS dicti Ordinis PAEDICATORVM, occasione Capituli Generalis ROMÆ nuper celebrati, nomine compluriũ diuersarum nationum eiusdem Sanctissimi ROSARII Confraternitatum Nobis nuper exposuit; quod cum ipsis Confraternitatibus prædictis minimè supplicantibus, sed nescientibus, & nil tale prorsus cogitantibus; quippe qui dicti Sanctissimi ROSARII Confraternitates, dũ canonicè instituuntur, Indulgentiarũ communicatione minimè indigeant: Sed ipso iure vigore Priuilegiorum Apostolicorum illas nanciscantur; huiusmodi noua concessio, & reuocatio Indulgentiarum impetrata fuerit: Idcirco Nobis humiliter supplicari fecerunt, vt desuper prouidere Benigni-

Executio  
Paulina  
& reuocatio  
Indulg.  
Fraternitatum.

Supplicatio  
pro Fraternitate  
Rosarij.

nignitate Apostolica dignaremur.

NOS igitur, qui iustis; & pijs Fidelium votis annuere, pro muneris nostri debito, tenemur; ipsum Generalẽ Magistrum & Confratres Prædictos à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis; à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodati existunt; ad effectum Præsentium duntaxat consequendum; harum serie absolutos fore censentes; illosque specialibus fauoribus, & gratis prosequi volentes; eorundem supplicationibus inclinati, Literas nostras prædictas; quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso; harum serie, ad terminos Iuris reducimus; necnon Confraternitatibus omnibus vbique locorum existentibus, canonicè tamen institutis, Sanctissimi ROSARII huiusmodi, vt iisdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessis, prout ante dictas nostras literas, & non alias, vtebantur, & gaudebant; vt, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, ac illis suffragenter in omnibus, & per omnia perinde, ac si dictæ literæ non emanassent, concedimus, & indulgemus.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Regula nostra de non concedendis Indulgentijs ad instar, Cæterisque contrarijs quibuscunque. Volimus autem, quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ Præsentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ. Datũ Romæ apud S. Marcũ sub Anulo Piscatoris, die 20. Septembris 1608. Pontificatus

Restitutio  
Indulg. &  
priuilegiorum.  
eiusdem.

Cassatio  
contrario-  
rum.

Causse  
Bullarum  
tot à me  
hic recita-  
rarum.

*Scipio Cobellutius.*  
Atq; hæc de Bullis Pontificū pro Fraternitate  
nostra licetis sufficiat. Quarū multa, quidē, & for-  
tè molesta cadit hic recitatio; verū necessaria  
fuit, nec inutilis. Nimirū, 1. Ut Bullę præcipue,  
nō ita passim cuique obuia, aut collectæ; ad ma-  
num hic promptæ haberi queāt. 2. Ut indubitata  
opes Fraternitatis huius, eō cognoscatur certius;  
Ut S. Romanę Sedis in eam fauor & amor; de ea  
iudiciū & existimatio; pro eā sollicitudo; omniū  
erga eam Pontificum perpetua consentiensque  
voluntas demonstraretur. 4. Ut denique de ipsius  
in Ecclesia vtilitate; de singulari inter cæteras  
Fraternitates excellentia rectius æstimeretur.  
Quæro enim: Putasne in toto nomine & orbe  
Christiano ullam aut extitisse vnquam, aut eti-  
amnum existere Fraternitatem, de qua tot, talia  
ac tanta proferri testimonia queant? De qua tā  
admiranda; tam antiqua; tam noua; tam perpetua  
ac testata prædicari valeant? In qua tam  
populari; tam ampla; tamque Vniuersali; glorio-  
sius augustissima Almæ Virginis ac Matris MA-  
RIÆ resederit, ac orbi illuxerit Maieestas?

Epologus  
testis de  
merito &  
dignitate  
Fraternita-  
tis.

Atq; hæc in ea cōtuebatur, admiratione & vene-  
ratione iuxta defixus Pōtifex Pius III, quādo ita  
de Fraternitate scriptur⁹ orditur. *Dū præclara meri-  
torū insignia, quibus gloriosa Dei Genitrix MARIA  
calorū Regina, quasi matutinū sidus irradiat, deuota cō-  
siderationis indagine cōtemplamur; DIGNVM, quia po-  
nitur DEBITVM arbitramur, ut Capellas, & Confrater-  
nitates in Eius honorē erectas, & cōstitutas quibusnu-  
Fauoribus & Gratijs prosequamur: ut Christi fideles ad  
eandem gloriosam Virginem ardentius extolendam ac  
venerandam excitentur. Itaque cum Nobis innotue-  
rit Capellam & Confraternitatem Rosarij, in honorem  
præclarę Virginis, in Æde S. MARIE super Miner-  
uam*

*nam, non sine magno Fidei, & deuotionis augmento-  
iam d. u. ere. Sta. n. esse; Volentes Christi fideles ad eam  
pia deuotionis affectu, donis quoque spiritualibus ani-  
mare, &c.) Sic Papa. Subijcit exinde largissimas  
Indulgentias.*

Sunt illa omninò grauissima tot Pontificum  
de vna Rosarij Fraternitate sunt lectissimis, am-  
plissimisque verbis concepta encomia. Atque ea  
vt decissent nobis; tot tamen in Fraternitatem  
collatas Indulgentias quo non habendas nume-  
ro par est? Et illas ipso genere tantas? ipso mo-  
do tam singulares? Ipsis Largitoribus tam eximi-  
as! Nam, vt rectè Tometanus.

Pontificū  
restium Au-  
toritas, &  
indulgen-  
di benigni-  
tas.

d Ouidius  
Episto: He-  
roidum. 16.

*— d. acceptissima semper  
Munera sunt, AVT OR que pressa facit.  
Et idem alubi.*

*e Multiplicat: tamē hunc Grauitas Autoris honorē;  
Et Maiestatem res data Dantis habet.*

e Ouid. l. 4.  
de Ponto

Eleg. 9.  
f Ouid. 3. de  
Arte.

g Idem lib.  
6. Fastorū.

Et verò tanta est Autoritas cuiusque Pontifi-  
cis aut testantis; aut sacra dantis munera: vt verè  
de sese dicere singuli valeant:

*Est DEVS in Nobis; sunt & commercia Cali.  
Sedibus arboris Spiritus ille venit.*

Ac rursus:

*g Est DEVS in Nobis: agitante calescimus Illo.  
Impetus hic Sacra semina Agentis habet:*

Verissima hæc; sed viri non ita boni, vt optimi  
Vatis. Pronunciet ergo rem eandem autor alius:  
& verò Sanctissimus Paulus b Cum quo non ve-  
rè minus singuli Pontifices de sese; quam Ipse de  
Apostolis: Nos autem, inquit, non spiritum huius  
mundi accepimus; sed Spiritum, qui ex Deo est. Vt  
sciamus, que à Deo donata sunt nobis. Que & loqui-  
mur non in doctis humana sapientia verbis; sed in do-  
ctrina Spiritus; spiritualibus spiritualia compa-  
rantes.

h i. Cor. 2.  
v. 12.

Sed non omnes capiunt verbum hoc; de hu-  
iusmodi



Cur quide  
minus tri-  
buant hu-  
lusmodi  
Pontificū  
Bullis Ex-  
trauagan-  
tibus.

lusmodi nostris Pontificum literis haud omnes fortassis ita religiosè sentiunt, aut fixè tenent, nedum credunt; uti par esset, In promptu causa est, inquam, teste ibidem Apostolo: *Quoniam animus homo nō percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia animi est illi; & non potest intelligere: quia spiritaliter examinatur.* Interea verò *Spiritalis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur.* Et verò *vel maxime quis unq; Romanus Pontifex,* etiam in huiusmodi moralibus à nemine iudicari debet: à nemine iustè potest. *Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? NOS autem sensum Christi habemus.* Habentque in iam recensitis Bullis suis summi Pontifices. An igitur oculus cuiusquam nequam erit; quia Ipsi boni sunt in nostram hanc Rosarij Fraternalitatem?

Sed ad alia progrediamur. Atque vt testimoniorum classem primam diuinam series excepit Pontificum: ita alteram hanc sequatur nunciorum testium classis tertia, de admiranda cunctis, præ cunctis Fraternalitatibus alijs optimis, vnus excellentiâ Fraternalitatis Coronatorum.

## CAPVT IX.

*Iudicium de Fraternalitate Rosarij, & existimatio Cardinalium, Sacrorum Anistitum, Cleri, ac Religiosorum: Item Imperatoris, Principū Imperij, Rerump. Regionum, Ciuitatum, Doctorum, indoctorum, summorum, mediolorum, infimorum, omnisq; Ecclesia Dei.*

**S**I erecto velut colosso talis præferretur titulus & inscriptio Fraternalitatis: FRATERNTAS ROSARII Fraternalitatum Vna Omnium est & Præcellensissima, & Generalissimæ: Num is tantum æstuarè cuiquam intelligenti & æquo rerum æstimatori iustè videri poterit? si

Si iustitiæ necessitas ac veritas suum cuique tribui rectè iubet; iam titulus hic: GENERALIS, Fraternalitati nostræ abiudicari non debet. Etenim quid adhuc docui; quid res ipsa loquitur; quid veritatis testata euidencia clamat? Nisi quòd ea in ipso suo ortu nata sit Generalis; sit & facta, suis institutis aded nemini non aptissimis; generalis sit ipso facto, sui que propagatione, ac per omnia loca diffusionè; Generalis sua reformatione; sui tam multiplici Confirmatione; generalis in eâ tot, tantarumq; Indulgentiarum effusa largitione; atq; harum vni specialiter facta restitutione; generalis miraculorū: innumerorū designatione; generalis beneficiorum ipsi à Deo præstitorum ac præstandorum exhibitione; Deniq; re ac nomine generalis. Quæ simul eiusdem incomparabilem demonstrant præcellentiam. Liquecent ista ex alatis hæctenus & probatis. Exijs, quæ subijcientur, liquebunt hoc amplius.

Anno clō cccc. lxxxix, cū iā triennale innovatæ Fraternalitatis Rosarij: institutū latè & celebraretur omnium sermonib; & amore obuio acceptaretur; Romæ Sacrum Illustrissimorum Cardinalium Collegium de eo cognouit, magnificeque iudicauit. In cuius argumentū ac testimonium literas ex Vrbe decreuit idē, ac dedit ad Vrbios, omnesq; fideles, commendatitias pro Mariana Rosarij arcē colendā, manūq; tenenda Colonia: Vbi nimirū carterarum Mater omnium esset Fraternalitatum Rosarij. Istis literis vnde viginti Cardinalium nomina leguntur præscriptas; iteq; sua cuiusque manus subscriptas; suū cuiusq; sigillū propriū visitur in bullis singulis, cū filis sericis appensum, Autographū ipsū in Archiuio Colonienfī Prædicatorū asseruatur. Eius hic est ad verbum tenor.

[Wilhelmus Ostiensis, Rodericus Portuenfis, Angelus Prænestensis, Oliuerius Albanensis,

Fraternalitas. Rosarij vna est generalissima & præcellensissima.

Iacobus Tusculan. Episcopi, Marcus tituli S. Marci, Iulianus tit. S. Petri ad vincula. Hieronymus tit. S. Balbinæ, Stephanus tit. S. Mariæ in Transtiberin. Ahas tit. S. Sabinae, Ioannes tit. S. Praxedis, Antonius Iacob<sup>o</sup> tit. S. Clemētis, Ioannes Baptista tit. S. Cecilie, Philibertus tit. SS. Ioānis & Pauli, Ioannes Michael tit. S. Marcelli, Petrus tit. S. Nicolai inter ad imagines, Dominicus tit. S. Vitalis presbyteri, Frāsciscus tit. S. Mariæ nouæ, & Theodor<sup>o</sup> S. Theodori Diaconi Cardinales Vniuersis Christi fidelib<sup>us</sup> salutē in Domino sēpiternā:

Cardinales  
Fraternitatem  
commendant  
omnibus  
Xanis.

Gloriosus & excelsus Dominus, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima Maiestate sperantium, tunc præcipuē benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adiungatur. Cupientes igitur, vt altare B. MARIE V. M. in Ecclesia Conuuentus ff. Prædicatorū Colonien. ad quod quædam NOTABILIS Confraternitas B. MARIE de Rosario vulgariter nuncupata, fore dignoscitur instituta; congruis frequenter honoribus, & à Christi fidelibus iugiter veneretur conferretur, & manuteneatur; necnon luminaribus libris, calicibus, & alijs ornamentis ecclesiasticis decoretur & muniatur, ac in eo cultus augeatur diuinus; vtq; ipsi Christi fideles eò libentius deuotionis causa confluant ad illud, & ad manutentionē, munitionē, & alia præmissa manus eorum adiutrices promptius porrigant, quò ex hoc ibidē dono cælestis gratiæ vberius conspexerint benefectos. Etia Nobis in Christo dilecti magistri Iacob Sprēger, Prioris S. Dominici Cōuētus, necnon & S. Theologiæ Professoris Supplicationibus se per hoc inclinari, de Omnip. Dei misericordia, B. Pet. & Pau. Apost. eius autoritate confisi omnibus & singulis vtriusq; lexus Christi fidelibus

Ara Fraternalitatis  
manutene-  
nda.

verè prænitentibus & confessis, qui in quatuor, quibus Anniversaria defūctorū dictæ Cōfraternitatis in præfata ecclesia annuatim celebrātur, videlicet vno infra Assumptionis, altero infra Natiuitatis, reliquo infra Purificationis præfate B. V. quarto infra Annunciationis Dominicæ festiuitatum octauas; necnon in Dedicacionis præfati altaris diebus & festiuitatibus, à primis vesperis vsq; ad 2. inclusiuē, altare prædictū deuotē visitauerint annuatim, & ad manutentionē, conseruationē, munitionem aliaq; præmissa manus porxerint adiutrices: Nos Cardinales præfati in singulis festiuitatibus, & diebus supradictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis penitentis misericorditer in Domino relaxamus, & quilibet nostrū per se relaxat. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidē præmissorū præsentis Literas fieri fecimus, & nostrorū sigillorū appensionibus communiti. Datum Romæ in domibus nostrarū Residentiarū solitarū anno Domini M. CCCC. LXXXIX, die XXIX. Maij, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Sixti Papæ IIII anno, 7. Declararunt hoc scripto, atque testati sunt Illustrissimi Cardinales dicti, quæ totius esset Sacri Collegij Cardinalium de Fraternalitate Rosarij sententia, quæ voluntas, quod studum, & quanta eiusdē obseruantia; pro cuius vnus Aræ cultu atq; decore tā diligēter scribendum sibi esse tot Purpurati cōsuerunt, Ne verò quisquam impetu exarsisse ardorem illum existimet; ac repenē, aut lentē refrixisse; idcirco alium, prioribus faciliè viginti annis posteriorem, exempli tantum causa, eiusdem zeli testem adducam.

Reuerendissimus Dominus RAYMUNDVS PERAVTI, Cardinalis tit. S. Mariæ nouæ, Legatus de Latere per vniuersam Germaniam, dedit anno

In 4. Anniversaria  
Fraternalitatis & festa 4. B. V. Indulg.

Legati eā  
vehemen-  
ter appro-  
bant & a-  
maut.

Sacri Anti-  
stes & Prin-  
cipes eam  
colunt.

M. D. II. literas cū amplissima commendatione  
Fraternitatis, & 100. dierum Indulg. de quoli-  
bet Rosario, Bullā Magdeburgensis Prædicatorū  
Conuentus asseruat; Colonienſis verò Extracū.  
Ego si talia persequi, & hic reddere infituerē,  
opus fore penē in immensum producturus. Ex se-  
quentibus tu cape iudiciū. Paucorū duntaxat  
pluribus tibi nomenclaturā Sacrorū Antisti-  
tum, qui in vna Germania, eodē terē tēpore, pro  
Fraternitate Rosarii ynā scripserunt, ac cū Epif-  
copalibus donis certatim quasi cohonestant;  
singulis ad quodlibet Rosariū elargientibus. xii.  
dierū Indulgentias. Ecce tibi lumina Germaniæ,  
& ex ijs de odore, fama, nomine, & existimatio-  
ne Fraternitatis iudicato. *Reuerendissimus Domus  
ERNESTVS, Dux Saxonie, Primas Germania. Reu-  
rendissimus Dominus Hermannus, Landgravius Ha-  
ssie, Archiepiscopus Colonienſis. Gratosissimus Domi-  
nus Albertus, Marchio Brandeburgensis, Primas Ger-  
mania, & Archiepiscopus Moguntinus. Reuerendissi-  
mus Dominus Hieronymus, Episcopus Brandeburgen-  
sis. Reuerendissimus Dominus Philippus, Episcopus  
Bambergenſis, Comes de Himnenberg. Reuerendissi-  
mus Dominus Thilo de Troite, Episcopus Marsbur-  
gensis. Reuerendissimus D. Adolphus de Anholt, Epif-  
copus Narscipolensis. siue Marsburgen. Reuerendissimus  
Ioannes de Schonēberg, Episcopus Neumēburgensis &c.  
Ceteros omitto, quos XV. Archiepiscopus con-  
gregatos enumerat tunc impressū in Patente li-  
liū lingua Belgica, de quo alubi. Iā quid ego Re-  
rendissimos Episcopos Suffraganeos recenseam!  
Ecce perpaucos exempli gratia: Ioannes de Wifsen-  
berg, Episcopus Missnensis; Paulus Episcopus Assibali-  
Bartholomæus Episcopus in Calena, Ioannes Epif-  
Millesis, ord. Prædic. Episcopus Henricus in Aken Ord.  
Prædic. &c. Dabis hoc mihi, Lector; quod ipe de  
officio. Quia Cōfluentiæ, in Electorali veneran-*

dæ Au-

dæ Autoritatis Archiepiscopatu Treuerensī hęc  
tibi elaboro: Vnius Reuerendissimi Treuerens.  
Archiepiscopi ex omnibus istis, alijsque Epif-  
copis. Instrumentū publicum, pro Fraternitatis  
Rosarii cōmendatione ad suos per Archiepiscop-  
atum subditos datum, hoc loco, non illud qui-  
dem totum, sed eius partem solummodò red-  
dam. Id ita habet.

*Ioannes Dei gratia sancta Treuiren. Ecclesia Archie-  
piscopus. Sacri Romani Imperij per Galliam, &c. Ar-  
chicancellarius ac Princeps Elector, Vniuersis, & sin-  
gulis Christi fidelibus presentes literas nostras lectu-  
ruraut legi auditoris, Salutē in Domino sempiternam.*

[Nouerint deuotiones vestræ, nos literas, Pia  
record. quondā Domni Sixti Papæ IIII, eius vera  
Bulla plūbea, filo seu zona Canapis, more Roma-  
næ Curie impēden: bullatas, fanas & integras,  
nō cancellatas, nec abolitas; sed omni profus vi-  
tio & suspitione carētes vidisse, & inmanibus te-  
nuisse: quarū tenor de verbo ad verbū, sequitur  
& est talis. Recitat deinde totā, vti superius à me  
est expressa. Deniq; ista subdit. *Quia Nos, Ioannes  
Archiepiscopus supra nominatus SYMMOPERE CVPI-*

*MVS nostris tēporibus Christi fidelium deuotiones PRÆ-  
SERTIM NOBIS SVBIECTORVM AVGERI: Igitur vt  
ipsi Cōfratres & Cōsorores Fraternitatis in literis A-  
postolicis memorata, eō feruentius ad distas Orationes  
dicēdas accēdātur, quō se Spirituales alimonia stipendio  
ditari cōspexerint largiori; de Omnipotentis Dei. &c.  
XL. dies de iniurijs sibi penitentis misericorditer re-  
laxamus. In quorū omnium. &c. Datum in Arce no-  
stra Treuereitsteln 17 Martij anno clō cccc xcv.  
iuxta morē scribendi per provinciā, Cuiusatē & Dō-  
cesim Nostras Treuerens. Hic Princeps iā pridem  
antē sua manu seipsū in Matriculā Fraternitatis  
Colonie inscripserat anno clō cccc. lxxv. die 8.  
Sept. vnā cū Imperatore, vt cap. 7. rectuli. Possē &*

Treuiren-  
sis Archiep-  
studium  
pro Frater-  
nitate.

Aa 4

istis;

istis, & hisce complures annumerare Episcopos, qui ipsi sua nomina Fraternitati dederunt, ut Argentinensē, Traiectensē, Pipiensē, Lubrecensē, aliosque plurimos ē M. S. Codice Colon. peritosi nisi istos ad exemplum sufficere ducerem.

Age verò, ecce tibi nunc aliud de Fraternitate specimē sanè admiradū proponā, acceptū ex eadē pręgradi M. S. Nomēclatura Fraternitatis solius Coloniensis: In quā vnā intra annū 1475 & 1479. quadriennij spatio qui, quod quantū, & quam ex longē postis regionibus sua detulerint nomina in scribenda; ē paucis subiectis ipse æstimato: Nec me collegisse illustria ex eo omnia tibi persuaferis, hic partē ne vicēsimā habere te scias Illustriū & præcipuorū Caputum: nam vulgaria sūt innumera. Et quò certa magis afferre me noueris, ngula ad folium M. S. C. Coloniensis citabo: idq; saltuatim ē diuersis libri folijs: Vt intelligas illum petendā Fraternitatis feruorem non vnus fuisse temporis quasi impetum; nec eum vulgū, ut paucorum Illustrium: sed plurimorum, & continuum.

**NOMENCLATURA Confratrum Principum,  
Ducum Comitum. &c.**

Fridericus III Imperator Romanus,	fol 394
Leonora de Portugalia Imperatrix Augusta.	394
Maximilianus Dux Austriae, Augustorū Filius	394
Sigismundus	} fratres & Principes in Anhalt.
Ernestus	
Rodolphus	
	} Comites Ascanie &c. fol. 164
Ludouicus Langrauius Hassie cum filio suo Domino Wilhelmō	203
Henricus Comes Nassau, Dñs in Bylstein.	203
Philippus comes in Diernenberg &c.	203
Henricus Landgrauus Hassie. &c.	203
Ioannes à Nassau, & hæredes eius quatuor	203
Theodoricus, Conradus, Ioannes, Theodorus.	Comites

Comites in Manderfchelt.	203
Sigismundus Dux Austriae.	fol. 218
Henricus Dux à Paribasi.	fol. 407
Fridericus Marckgrauus Brandenburgicus & Princeps Elector.	fol. 477
Ioannes & Sigismundus Duces Bauariz	402. 471
Wilhelmus Dux Saxoniz & Catharina Coniux eiusdem.	471
Ioannes Dux Bauariz, Præpositus Augustan.	471
Wolfgangus Dux Monachij &c.	471
Wilhelmus Præfort. Comes & Consiliarius Illustrissimi Principis & Ducis Aurelian. & Mediolanensis.	40
Ioannes à Wassener Comes Leydes. cū filio	15
Euerninus, Bernardus, Arnoldus Comites à Benthem.	74
Euertinus Comes in Steinfort.	74
Theodoricus Conradus, cū filio suo Ioanne, Theodoro, item Coijn, & Ioannes &c. Comites Manderfcheidi ani.	203
Gerardus Comes in Seyn/ Cū Cōiuge Elisabeta à Syrek, & filius Gerardus Comes	361
Philippus Comes ab Hauspeym	454
Philippus Comes à Vernebeck, cū Coninge.	471
Vlricus senior Comes in Reinstein cum Coniuge Iutta ab Rifferfcheidt	521
Ioannes Rhetograaf in Rirberg & Sieten	522
Ioannes Wilgraaf in Dtm/ Comes in Salm	522
Martinus ab Ertzingen Baro, in Osterich	522
Stephanus à Windo Baro in Osterich.	525
Ioannes, Comes ab Irelfritz Dominus Zu hohen Zorn/ de Regis Romanorum secreto consilio. &c.	572

*Adā h. s. e deuoto famino sexu hoc pauciores, quo perius procliuus cuique esse potest, in tanto virorum ad Fraternitatem aspirantiū ardore ac numero, feminas utroq; superasse. Itaq; ecce causa exēpli, inscriptas.*

Domina

Domina Anna triū Principū in Anhalt, Comitū  
Alcaniæ mater: Cordula filia, Barbara filia &  
Abbatissa in **Lindenauro**; Scholastica itē Ab-  
batissa, cum sua conuentuali Agnete, filia An-  
næ.

Domina Margareta **von Beyeren**.

Domina Anna à Nassau

Domina de **Manderscheidt**; passim valdè mul-  
ta

Dña. Helionora Ducissa & coniux Archiducis  
Austriæ Sigisfundi.

Maria de Burgundia, in Austria Maximiliani  
coniunx

Maria Ducissa Juliacensis & Montensis, & Si-  
bylla Marchionissa Brandenburgensis mater  
Mariæ, &c.] Ac similia, quarum nomina  
hîc calari non possunt, nec debent.

**NOMENCLATURA Rerump. ciuitatum, Com-  
munitatum, Paræciarum, Regionum, &c.**

*Sciendum est ex diuersis Imperij oris, sub primos  
innouata Fraternitatis annos; antequam aliis in  
Conuentibus eadem passim instauraretur; Coloniam  
missos fuisse non solum catalogos, sed penè volumina  
nominum inscriptorum plena; Atq; tum in M. S. C.  
nihil scribi amplius solitum, præter istud. [Ex illo  
loco N. tot allata sunt nomina in Fraternitatē;  
Catalogus eorum in cista Fraternitatis depoi-  
tus reperitur.] Horum depositorum ab anno 1475,  
vsq; ad 1479, catalogorum exempla in plurimis acci-  
pe pauca.*

[Ex Aquisgrano & circumiacente regione al-  
lata sunt nominum tredecim millia, & quod vl-  
tra,

Ex Communitate Rindorff cc. xl.

Ex Francia. M. M. cccc. nomina

Augusta Vindelicorum Pastor ad S. Mauritium

misit triginta duo millia nominum in vno vo-  
lumi-

lumine

Ex Sigeburg, & locis circum nomina mille, &  
vltra,

Basilca & ex vicinia circum semel missa sunt,  
7484.

Ex Pfortzen vltra 600. f. 250. Aquisgrano. 762.  
fol. 238. Ex ciuitatibus permagni cata-  
logi singulis singuli, & Rartingen, f. 110

Ex Duffeldorp, f. 113. Ex Monheim, fol. 114.

ex Bergen, f. 117. ex Bonna, f. 117. Ex Tontzē,  
f. 140. ex Planco, f. 156. ex Magstat, f. 201.

Bamberga, fol. 265. ex Fanckel, f. 187. &c.

Horum & plurimum locorum nomina non sunt  
numerata: sicut f. 204. scribitur. Ex Holan-  
dia innumeri. ex Brabantia, Flandria, &c. in-  
numeri,

ex Brabantia 1424. folio 306. ex Vvormatia 560  
f. 400. ex Ouerayd & Monasterio Eyffliæ

& circum 634.

ex Selandia 402. f. 401. Bonna. 200. f. 401

Frater Helyas misit Francofurto 1100. ex Tul-  
pecto 447.

Ex Basileam misit noster Lector 1836.

Leodio 4000. f. 238. Aquisgrano 672 &c. fol.

239. Moguntia, & Francofurto & locis cir-  
cum 7280.

Ex Mülhem 218. fol. 240. Huyo 283. folio 251

Ex Louanio vltra 4000. f. 253. Metis 6.8. f. 253

Item alias 1287. f. 255. Aquisgrano vltra 600.

fol. 261. Iterum ex Brabantia 1862. f. 267

Ex Hollandia vltra 1200.

Ex Sutphania & locis circum vltra 4000. f. 278

Ex Geldria circiter 4000.

Heidelberga & ex Palatinato innumeri, f. 476

Ex Selandia 320. f. 485. Alias supra 200. f. 488

Alias 10577. f. 494. Item alias 1197 f. 493

Ex Brabantia triginta millia, quinquaginta sex  
folio

folio 505. Ex Pfortzem. 493.	f. 405
Ex Sueuia 300.	f. 405
Iterum ex Pfortzem 1127.	fol. 411
Dominus Henricus à Schwvartzenberg Præpo- situs Monasterien. in VVestphalia, Dominus Herman à Langenheim Decanus. Dn. Theo- doricus Ryschvich Cancellarius, &c. attu- lerunt Monasterio VVestphaliæ nomina 1800 fol. 423.	
Calcario 1200. fol. 424. Leodio 300.	fol. 431
Item Pater quidam Fratrum Crucigerorū Leo- dio attulit vltra mille nomina.	fol. 432
F. Joannes Kauffman Supprior Prædicatorum ex suo Termino attulit nomina 3000. & vltra fol. 432.	
Argentina 4128.	f. 432
Marcoduro 200.	fol. 244
Ex Vlma Sueuiæ supra 4000.	folio 437.
Moguntia Joannes Berger attulit 300. folio 440	
Ex Amsford, 569.	f. 447.
Collmario & circum, 1300.	f. 447
Ex Aquensi territorio 2210.	f. 448
Salisburgo 4823.	folio 451.
VVimpina & circum 4865.	fol. 451
Bamberga 2362.	f. 453.
Roterodamo 2200.	folio 454
Ex Austria, 330.	folio 456
Taiccto 1724	
Endoma supra 1009.	fol. 460
Dominus Simon Pastor in VVachtendung cum omnibus Parochianis suis	f. 461
Ex Holandia & Selandia 7830.	folio 462
Ex Rauenstein 500.	fol. 463
Ex Helmont 17000	folio 464
Bruxellis, 2000.	folio 469
Toridem ex Sueuia,	

Calca-

Calcario attulit M. Michaël ab Infulis ingens  
volumen plenum nominibus, fol. 471  
Ex Frisia vltra, 2900 fol. 472.

## MI LECTOR.

*Habes è plurimis pauca vnde exciimes de ceteris.  
Iam cum tantus fuerit ardor secularium; quantum  
putabu Ecclesiasticorum extitisse? Crede integra  
Collegia sua procul nomina Coloniam misisse: Ex  
nullis venisse Præpositos aut Canonicos, qui suorum  
Confratrum nominibus in Cistam Fratemitatis de-  
positis, ipsi sua manu sese in Coloniensem librum in-  
scripserunt. Immensum act ad osum foret, si istius  
vel specimen dare instituerem. Ex Episcopis tamen  
diuersissimorum locorum, Fratemitati adscriptis æ-  
stimato de eorum Canonicis. De Episcopis superius  
actum est. De variorum Conuenticibus Ordinibus  
hic paucos quin ponam, non omittam.*

*Nomenclatura de Conuentibus variorum Or-  
dinum, qui se totos Fratemitati inscri-  
pserunt.*

[Rudolphus Vveinveiler Abbas S. Benedicti  
prope Basilçam cum toto Conuentu suo, f. 126  
Abbas Spanheimensis cum Conuentu suo fra-  
trum centum, Ordinis S. Benedicti, fol. 43  
Conuentus S. Benedicti in Rothen ad Gronin-  
gam, f. 491  
Conuentus S. Benedicti in Norda, folio 488  
Item Tertzingæ, f. 492  
Conuent. Carthuf. S. Beati ad Confluentiam,  
folio 36.  
Carthusia ad Argentinam, f. 239. Item prope  
Deuff, f. 367  
Conu. Cistert. Ordin. ad Salisburgum, f. 487  
Conuent. Cist. Ord. ad Groningam, fol. 488  
Conuentus de tertia Regula S. Francisci ad No-  
uecium, S. Nicolai. Item ad Aquas Mariæ,  
&c.

&c. folio 44<sup>i</sup>

Conuent Regulatium in Truttenhausen, f. 85  
 Alius Traiecti, folio 85. Alius Bruxellis in 7.  
 fontibus, fol 375 &c.

Conuent S. Sebastiani in Bauaria in Ebersberg,  
 folio 291.

Conuentus in Mörztz, folio 412  
 Conuentus B. MARIE prope Stralen, fol. 280  
 Conu. in Berckling propè Herbipolum, f. 477]

Hic pauci, ex plurimis sufficient Virorum  
 Conuentus; Sacrarum autem Virginum reli-  
 giosas familias numero longè plures, nullas hic  
 referam, neu fortè quod rariù lectori pariam.  
 Res manifesta, Fraternitatis celebritatem & fre-  
 quentiam admirandam, & omnium Ordinum  
 ac Sacrum de ea existimationem satis superq;  
 demonstrat.

### CAPVT X.

*De Fraternitatis Rosarij Instituto, Consuetu-  
 dibus, aut Regulis: de q; Fine e-  
 iusdem.*

**S**uperiore libro 2 capite XI. ex nostro B. Hum-  
 bertus, M. Generali, recitat à me Consuetu-  
 dines plerq; fuerunt; quæ ab institutis per  
 S. Dominicũ, lateq; propagatis Fraternitatibus  
 in vsum id temporis receptæ obseruabantur. Re-  
 nouatæ postmodum Fraternitatis per B. Alanum  
 leges nonnullas reddidi eiusdem libri capite 18.  
 Hoc loco reliquas totidem verbis ex eodem ad-  
 ijciam. Ea maximè ex causâ; eam quòd Affir-  
 mer Alanus, ijdem se ritibus ac legibus in Bri-  
 tannia restituere Fraternitatem; quibus non  
 scriptis, sed traditis fuerat à S. Dominico insti-  
 tuta. Tum quòd eisdem ipse ex familiari Des-  
 paræ informatione acceptas ita fideliter, vt sim-  
 pliciter, annotarit. Deniq; quòd eam simi-  
 litem

Legi seu  
 consuetu-  
 dinum in  
 Fraterni-  
 tate ser-  
 uatio.

limæ sint eæ, quibus hodieque vtimur. Quòd i-  
 gitur & origine sanctiores; & antiquitate vene-  
 rabiliores; & simpliciores à verbis & veritate  
 sunt, hòc eas accedere gratiores oportebit. Sunt  
 autem eiusmodi a.

[I. Confratria præfata in nomine IESV CHRIS-  
 TI, & Virginis MARIE fundetur: Fratresq; &  
 Sorores huius, qui possunt esse de omni statu  
 Ecclesiæ, has tenebunt Ceremonias & Statuta:  
 prius facto proposito, de huiusmodi Confratria  
 seruanda, coram eo, qui Fratres habet conscri-  
 bere.

II. Et Principale & essentiale est; quòd omnia  
 bona meritoria, quæ à Fratribus fient, & à So-  
 roribus, erunt omnibus communia; etiam per  
 modum Satisfactionis; & non solum per modũ  
 lætitiæ, gaudij & communis charitatis.

III. Ceremoniæ sequentes ad nullum pecca-  
 tum obligabunt, siue mortale, siue veniale, non  
 tenentes eas: sed tantum ad hanc pœnam; Vt  
 careant participatione satisfactoria & iudicia-  
 ria huiusmodi bonorũ per Confratres alios fa-  
 ctorum, quæ ipsi negligenter dimiserunt. Vt si  
 dimiserint XX. Pater & Aue, V g. debent care-  
 re participatione totidem suffragiorum ab alijs  
 factorum. Hoc tamen non obstantè in omni-  
 bus alijs bonis sic erunt participes satisfactoriè,  
 sicut & facientes illa bona: puta in ieiunijs, vi-  
 gilijs, meditationibus, peregrinationibus, &c.

IV. Nemo in huiusmodi Confratria vnquam  
 in perpetuum conferet pecuniam, nec directè,  
 nec indirectè nisi pro Ecclesiæ ornamentis, quæ  
 huic Confratriæ deputata fuerit; vel pro lumi-  
 naribus: saluo hoc, quod quilibet ex deuotione  
 dare poterit, prout voluerit.

V. Quilibet Sacerdos quolibet anno vitæ suæ  
 dicet tres Missas; vnã de Sancta Cruce; aliam  
 de Bea-

a. Alanus  
 lib. de Psalt.  
 B. V. M.  
 cap. 16.

1. Confra-  
 ternitatis  
 patrocini-  
 um.

2. Partici-  
 patio me-  
 ritorum.

3. Obliga-  
 tio nulla,  
 sed omniũ  
 mera li-  
 bertas.

4. Nihil  
 dandum  
 exacto.

5. Sacerdo-  
 res ter ce-  
 lebrent.

de B. Virgo MARIA; & tertiam pro defunctis Confratriæ.

6. Alij Pfalteriū orant vnum. VI. Non Sacerdotes, & valentes, qualibet hebdomada dicent vnum Pfalterium ad minus; videlicet XV. Pater noster, addendo cuilibet Pater noster alia decem Ave Maria. Quolibet vero die solenni integrum præsentabunt, absque Pfalterio hebdomadali. Pro infantibus vero, pro necessitatibus, & etiam pro infirmis, & impotentibus, vel impeditis, hoc dicere non valentibus, quolibet die anni vnum Pater & Ave dicatur ab ipsis, vel ab amicis. Totidemq; dicent viuentes, qui volunt suos defunctos huius mirabilis Confratriæ charitatiuè, & religiosè esse participes.

7. Oratio pro inscriptis defunctis. VII. Ingredientes hanc Confratriam in principio sui ingressus confitebuntur, vel quando poterunt; dicentque pro oblatione Spirituali DEO & MARIAE septem Pater & Ave contra VII. peccata mortalia, & pro cunctis Confratribus.

8. Confessio, & cōmunio. VIII. Ter in anno confitebuntur, vltra Confessionem Paschalem; videlicet in Natali Domini, in Pentecoste, & in festo S. Dominici.

9. Oratio pro defuncto. IX. Quilibet pro Fratrem aut Sororem defuncta dicet vnum Pater & Ave; quando commodè à morte eorum poterit.

10. Præsentia in exequijs. X. Singuli erunt ad exequias sui Fratris aut Sororis; quando poterunt interesse, & eis intimabitur; & sic se mutuo honorabunt, & saluabunt.

11. Inscriptio. XI. Cuncti in principio ingressus in Confratriam scribentur in libro: in signum descriptionis in librum vitæ. Vt amor inter Confratres per scripturam notitiam habeatur; & vt pro defunctis oretur; & viuis pro alijs procuretur salus commodius. Legenturq; aliquoties in anno, quando

quando vacabit, & oportunitas adierit coram Fratribus; vt etiam pro defunctis oretur competentius.

XII. Tabula de huiusmodi Confratriæ Statutis habeatur publicè in aliqua Ecclesia; vt quilibet suam Regulam & Confratriæ formam valeat intueri.

XIII. Singuli in perpetuum in hac perseuerent Confratria, & existiment se esse Religiosos; quantum ad vnum principale religionis hoc, quod est, Communicatio meritorum.

XIV. Singuli in CHRISTO IESV Dei Filio debent confidere, sicut in Magistro, patre & amico charissimo: in B. V. MARIA autem, sicut in pijsima Magistra, charissima Matre, clarissima, & clementissima Amica; quæ ipsis ad sua iusta & pia vota sit auxiliatrix & Aduocata futura.] Hæc apud Alanum. Plura superius reperere ex ca. 18. libri secundi.

I Iisdem legibus renouata Coloniae Fraternalitas vsa fuit; ordine duntaxat, & verbis paululum immutatis; additis paucis. Ego ipsas ex per vetusta tabula, in Prædicatorum Colonienfi templo ad pilam suspensa hic latinitati à me donatas reddam. Eæ sic habent.

*Prin ip o memora tenendum est* istud: Fraternalitatem, quæ ab Rosario Sanctissimæ MARIAE nomen habet, reparatæ salutis anno cdo. cccc. lxxv. solenni ritu innouatam Coloniae, Autoritate Apostolica confirmatam, & Indulgentijs dotatam fuisse. Ipsam verò institutam esse ad honorem Salutationis Angelicæ; nullo respectu esse quæ ad quicumque pereuntis boni acquirendi; pate- re Communem hanc tam copiosis, quàm egentibus.

II. Quisquis in eam inscribi desiderat; quot hebdomadalis tria sibi oranda esse Rosaria persuadear; hoc est, C. & L. Salutationes Angelicas, cum orationis,

B b

quinde-

12. Tabulæ Regularū.

13. Perseuerantia in Fraternalitate.

14. Fiducia in Iesum &amp; Mariam.

1. Fraternalitas est cōmunis omnibus.

Fraternalitas non debet fructuosa.

2. Pensum darium



- Finis eiusdem,
3. Modus orandi.
4. Applicatio pro defunctis.
5. Nulla es obligatio.
6. Recuperatio omiffi penfi.
7. Anniversaria quotior.
8. Defunctorum inditium.
- quindenis Orationibus Dominicis: singulis his inter quaslibet illas denas interpositis. Harum verò precum intentio vertenda est pro bono salutis proprio, communi Fraternitatis, & publico totius Ecclesie.
- III. Integrum cuique relinquitur, ut istud orationis hebdomariz pensum eodem, aut diversis diebus exoluat.
- III. Qui illas orationes per modum suffragij pro defuncti animaperfoluerit; (quã de nomine tamen prius in Albũ Fraternitatis fecerit referri) is mereatur, ut illi animã, (si quidem in igne purgante luat) totius Fraternitatis merita, pro ea hebdomada, suffragentur.
- V. Ne cuiusquam conscientia sibi ullam piaculi committendi religionem, nomine Fraternitatis, facere queat, aut debeat; placuit, omnem abesse obligationem ad preces huiusmodi, aut aliud quodcumque præstandum.
- VI. Qui Stas orationes quã hebdomadã omiserit; pro ea particeps orationum dictarũ non redditur: Quod si tamen alio quocumque tempore, serius aut citius, per se resarciat omiffum, aut per alium id præstari curauerit: in integram participatiõis sortem restituitur.
- VII. Postridie Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis Anniversaria in templo Fraternitatis celebrantur; quibus frequẽs interesse Fraternitas, & Offerre pro defunctis debet.
- VIII. Nomina defunctorum a proxima Anniversarij celebratione clara sunt inter aut post Missã officium recitanda. Ea propter curabunt, quorum interest, ut defunctorum nomina in Conuentu à morte quamprimum tradantur. Hęcq; orna renouationis fuit Colonienfis.
- III. Porrò Quid Halberstadiana Fraternitas Rosarij vnanimi consensu de Anniversarijs distulit.

posuerit obseruandis; ad exemplum ac memoriã censuit dignũ id M. Cornelius Scnekis. quod literis prodicium relinqueret. Compendio redam. Id ita habet.

[In Halberstadiensi ciuitate, in Conuentu Prædicatorum, anno Domini c. l. o. D. XII, plures Prælati, Ecclesiarũ Canonici, & Sacerdotes, ac etiam quamplurimi honorati ciues in vnum conuenientes conceperunt certas condiciones obseruandas, pro Dei gloria, pro animarum suarum salute, & Fraternitatis prædictæ manutentione, pro se & suis sequacibus, qui dictas condiciones vellent sponte, sine quacumq; inductione quæstuarã acceptare. Prima Conditio Prædicatores in quolibet festo B. V. MARIÆ, post concionem pomeridianam, dicent vigilias pro defunctis ex Fraternitate. II, Die sequenti hora 7 fiet per eosdem sermo de Rosario. III, Fini- ro sermone, cantabunt solenniter Missam de B. Virg.; sub qua duo legentur Sacra: Salus populis pro viujs; duo pro defunctis. IV, Facta eleuatione Conuentus processionaliter ad tumbam procedet, ad commendationem faciendam. V, Omnes de Fraternitate concioni, totiq; interesse teneantur Officio, orent, offerantq; ad altare; nisi legitimè impedirentur. Quo casu mittent oblationem. VI, Defuncto aliquo de Fraternitate Nuncius Fraternitatis commonefaciet amicos defuncti, diem dicant, quo Fraternitas conuocetur ad Vigiliã, & postridie ad Exequias pro eo celebrandas: Omnesq; Fratres ac Sorores per se, vel alium adesse teneantur, ad preces oblationemq; pro defuncto vel defuncta faciendam.] Subdit Doct. Cornelius: [Omnes & singulos per diuini iudicij tremorem contestor; ne ad quæstum temporalem respiciant; sed ad Dei laudem & diuini cultus augmentum.] Sic ille.

a. Cornelii Scnekis Serm. 10. in Rosochiana vdi. serm. 3. de Rosario. Halberstadiana dispositio de Anniversarijs.

Numerus Fraternitatis esto.

Fraternitas non debet esse quæstuosã

Grauis hæc, iustaq; contestatio: sed quæ Fraternitatem, cuiusq; Præfectos; non Conuentum Prædicatorum atinebat, Etenim illa, non hic ad manutionem Altaris sui, cæteraq; necessaria Fraternitate in sponte oblata excipiebat: Conuentui tamē, iusta funebria exequenti, consuetum in Ordine pro ministerij operâ persoluebatur. De quâ cautela Ordinis; neu qua scilicet suspicio cupiditatis in ipsius professionem & obseruantiam Paupertatis, occasione Fraternitatis, redundaret; inferius cap. 12. plura.

Quod ad istud, de exequijs, aut sepultura Fratrum, Sororumue, institutum toti Fraternitati commune, citra cuiusquam molestiam exequendum; S. Sedes Apostolica tandem istâ Sanctione prouidit. *b* [Autoritate Apostolica per præsentes statuimus, &c. quod singuli Confratres ad quauis processiones accedere; & in quibus corpora defunctorum ad sepeliendum deferuntur, cum eorum insignijs adesse; cuiusuis etiam Superioris licentia desuper minime requisita; etiam absq; aliquo conscientie scrupulo, & Censurarum Ecclesiasticarum incurso; possint ac valeant, seu eorum quilibet possit ac valeat. Districtius inhibentes, &c.] Vide reliqua lib. 2. cap. 3. & libro hoc 3. cap. item septimo.

*b. Pius V in Bulla: Inter desiderabilia, &c. Fraternitas in sepulchris suis, &c. non est molestanda.*

Fraternitatis instituta finis vnus communis.

IV. Satis nunc quidem, superq; Fraternitatis institutum, ex recitatis iam legibus eius, licet cognoscere. *Fines* verò illius in genere id ipsum non parum insignitè proponit. Qui tamen vnus quidam sit communis, scilicet *Animarum salus ad Dei, Desperatq; gloriam*: hunc tamen quia Pontifices multipliciter describunt, & velut singillatim partiri in quosdam, atq; recensere videntur; ipsos ego conceptis eorum verbis hic exhibi-

exhi-

exhibebo. Ita loquitur. Alexander tres Fines particulares ponit istos: *Beatissima V. Maria Fraternitas de Rosario nuncupata. I. in sola honorum operum concitatione sub certis limitibus, II. ad maximam huius Virginis laudem, III. & multorum adificationem salubriter instituta. IV. Ad honorem*, ait Sixtus IV. *Angelica Salutationis: V. Ad Dei Omnipotentis, & gloriosa Virg. Mariæ laudem & gloriam ordinata; VI. ut ipsi Confratres & Sorores sedulius, & deuotius Orationibus intendant VII. Feruentius inducantur ad deuotionis opera exercenda; VII. Et exinde reddantur diuine gratie aptiores.* Leo X. finem nonum exprimit istis: *Fraternitas, &c. fuit predicata contra immunitia mundi pericula, etiam sequentibus signis: X. Ad iram Dei placandam, & XI. Beatissima Virgine Maria intercessionem implorandam*, ait Gregorius XIII, *Addit Julius III finem XII istum: Ad Romane Ecclesie decorem. XIII. Ad apprehendum calorum semitas, ut facilius animarum suarum salutem consequi sperarent*, Scribit Paulus III. Pius V. autem ita XIV *Ut quieti, & spiritali consolationi salubrius consulatur.* Item XV. *Ut orandi modo diuulgato, meditationibus accensi, & precibus inflammati Christi Fideles in alios viros mutari, hæresum tenebras remitti, & lux Catholica Fidei aperiri illustrior incipiat.*

Particulares verò plures Fines.

Ecce Fraternitatis instituta Fines particulares quindecim; si non multò, at aliquo inter se dissimiles. Quos idè recensui; vt ad singulos, pro re ac tempore, suam sciat precaturus intentionem dirigere, vel concionem in Fraternitatis laudè peroraturus: simul vt quis metiri perfectius queat ex fine ipsum Fraternitatis Institutum.

Reliquum nunc foret, vt singulas totius Instituti partes, simul Fructus, vtilitatesq; Frater-

nitatis ex ordine docendas mihi, explicandasq; sumerem: cum vt Rosarij Prædicatoribus parata aliqua dicendi materies, congeriesq; præberetur; tum vt Lectoris orexis & amor, sui ad Fraternitatem aggregandi, & in eam se, velut in equum Troianum includendi, vsq; magis excitaretur. Verùm maius id opus est, quam vt huic libro colophonem duntaxat addere debeat. Ipsum pro se volumen solidum requirit. Itaq; hoc in præfens omisso, dilatoq; alium ad locum, non ablato; quædam hinc velut auctaria subiiciam antè, quàm

Virg. 4.

Georg. v. 116

*sub sine laborum*  
*Vela traham, & terris festinè aduertere proram.*

## CAPVT XI.

*Dispositio quadam, & adumbratio prædica  
Fraternitatis conformanda, atque ad-  
ministranda.*

**D**E O fit, DEIPARÆq; laus & gloria; gratia viuis; defunctis requies; mihi peccatori misericordia; vt refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero. Ero autem, vt spero, & oro, cum DEO, DIVA, Diuisq; Cælestibus. Amen.

Ita mihi nunc fas fit quasi Celeuma canere. Ex longa namq; retrò nauigatione, cælo Pontoq; nauigatâ penè inuijs; nemini certè hætenus (de quo equidem aut fando, aut legendo vnquam acceperim,) eo tentatis cursu; quem mihi Duce DEO, & Stella maris Maria, attentare & ingredi libuit; & verò, Ipsidem benè adiuuanti-

bus,

bus, licuit: Ex tali, inquam, nauigatione portum, etsi procul, nunc tamen conspicio.

Etenim postquam Altum tenuere rates nostræ, quas primùm vndas lustrauimus, Albigenisium hæreticorum decumanis procellis horribiles; immanes ab perturbati Imperij motibus; à Barbaris Saracenorum, in exitium Christianæ Nauis ac Nominis conspirantium incurfibus truces, ac diras; atroces ab rerum omnium perturbatione: hæce tales inter orbis vndas, ac procellas temporum, & Ordinis Prædicatorum, & Fraternitatis de Rosario, Ortum singulari Dei beneficio exitisse vidimus. Vidimus portum, temporum secuti ordinem, & raras, cælestes tamen, Scriptorum velut intermicantes Stellas. vidimus eiusdem Fraternitatis celeritatem felicissimumque Progressum; deinde Scatum: tum Lapsum, ac velut interregnum: denique Reparationem, Confirmationem, amplificationem eiusdem atq; præcellentiam.

Hæc mihi animo reperenti, ac retrò legenti, octo quædam, velut Corellaria, ex omnibus colligenda superesse videntur.

*Primum*, Idæa quædam ac normæ, conformatioq; ad quam, minimum talem, Fraternitatis tantæ sit administratio instituenda.

*Alterum*, Collectio amplissimarum quarumque, & certa consignatio Indulgentiarum; quas sola S. Sedes Apostolica Fraternalitati de Rosario est elargita.

*Tertium*, Concessa eidem participatio omnium meritum totius Ordinis Prædicatorum,

Perbreuis  
Anacephaleosis, seu  
recapitulatio libri  
2. & 3.

Propositio  
sequentium  
Corellari-  
orum.

*Quartum*, Fraternitatis quædam eximie Prærogatiua.

*Quintum*, eiusdem Fructus & effectus.

*Sextum*, zelus de ea ad populum pro concionibus commendanda.

*Septimum*, Tentatio, & multa, & varia Fraternitatis,

*Octauum*, claudet Obrectatorum Cinicus grex, Singula singulis exequar ex ordine Capitibus.

## CORELLARIUM PRIMVM.

Postquam de Fraternitate Ipsa, seu Corpore quodam in se; at eximio Ecclesiæ membro, & secundum Ecclesiasticum Religiosumque statum, longè nobilissimo, per libros duos; deque Institutio eiusdem generatim ac sparsim per Romanorum Pontificum Bullas; demum de ipsius quoque Statutis præcis seu Consuetudinibus pijs, quantum satis videbatur, pertractauimus: reliquum erat, ut oculos ad ipsas Fraternitatis personas ac membra tandem conuertamus, & per singula obeuntes chara Capita fraternæ circumferamus; simul; num quem ordinem inter eos atque delectum reperire sit, dispiciamus.

a. Num. 23.  
Digressio  
& Apostrophe  
pathe-  
tica Auto-  
tis.

Age: a. *Desummis silicibus videbo Paradisum Rosarii, & de collibus considerabo illum. P. pulvis folius habitabit in folis Prædicatorum Ecclesijs; & inter Gentes non repetabitur. Quis dinumerare possit puluere[m] MARIE, & non esse numerum stirpis ROSARII? Meriatur anima mea morte Iustorum; & sicut non sum a me horum similia.* Non me teneo, quin admirabundus simul & venerabundus Tui exclamationem in Te, o dulcissima Fraternitas! c. *Quam pulchra tabernacula tua, & tentoria tua? Ut ualles nemorosa: ut horti iuxta flumines irriguis; ut tabernacula*

r. Num. 24

*bernacula, qua fixit Dominus: quasi Cedri prope aquas. Fluet aqua de scutula eius; & semina illius erit in aqua multas. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus. Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur.* Fateor, (*Qui enim celauerit ignem?*) Fateor, *Amica mea soror Fraternitas, c. vulnerasti cor meum in uno oculo tuorum IESV & MARIE, & in uno Crine colli tui Coronario ROSARII. Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, Fons signatus, Emissiones tue Paradisus malorum punitorum, cum pomorum fructibus, &c. Fons Hortorum, Putus aquarum sumentium aliarum Fraternitatum complurium, que fluunt impetu de Libano tuo. Fluunt illæ de vna hac pleraque; aut certè plurimæ Fraternitates cæteræ, quæ hodieque fluminis sui impetu lætificant Ciuitatem DEI, d. vniuersam Ecclesiam.*

c. Cantico.

d. Psal. 45.

Atque cum Ordinem habeant in sese Confratrum ac delectum; (quippe quæ à Deo sunt; e. *Quæ autem a Deo sunt, ordinata sunt:*) quanto magis ea, quæ est velut Caput earundem ac Fons, Materque Fraternitas Rosarii? Ordinem habet illa personatum ac delectum; citra vani tamen honoris aut ambitionis respectum; citra cuiusquam despectum; citra onus, molestiam, aut obligationem.

In genere Fraternitas ordinata esse debet, quo ad personas.

e. Rom. 13. 2

2. Quid? Vna velut informis ordine personarum atque distinctione careret; quæ tot alij formam dedit ac ordinem? Esto: Non delectum; (quanquam hoc ipsum non do:) Fac tamen ita esse: Cæterarum pleræque, aut omnes Fraternitates, velut horti essent in suas distincti areolas; hæc plantulis interfectæ; digestæ ordine; mensuris descriptæ certis: Et vna hæc inter omnes permixta, turbata, confusa sus. deque ferre: qualis typhonico è terra raptus turbine puluis in æthere per inane rotatur.

2 Quia est forma reliquarum Fraternitatum.  
3 Aliæ sunt ordinatæ.

Bb 5

4. Ab.

4. Quia ordo alij est utilis & honorificus.

5. Omnia Instituta hominum habent ordinem.

6. Ordinarum colitur Rosarium Fratemitas.

7. Est velut alucarium: ergo similiter & ordinatum sit.

4. Absit, qui ordo Confratrum ijs minoribus dat gratiam, & commendationem conciliat: qui dignitatem illis, qui multiplicem utilitatem affert: eum ab hac nostra abesse vna sic, ut quæ simili aliquo vel non indigeat, aut nullum penitus ordinem requirat.

5. Nullum est vsquam inter homines Institutum; quod ordinem distinctionemque omnem inter sui studiosos sectatores excludat quin magis magnopere desideret & vel in primis accersat, cura; accuratissima cõseruare contendat. Quid erit in Fratemitate Rosarij, quod minus idem requirat? Quod vna ab omnibus, quantumlibet diuersis inter sese Institutis, diuersa esse aut velit, aut possit, aut debeat? Quare suorum in se confratrum Ordinem non aspernatur pulcherrima omnium & præcellentissima, quem in cæteris inferioribus admiratur ac veneratur.

6. Quæ fraternitas indigestum olim precanditum, Rosarium seu Psalterium, ordine numero, modoque pulcherrimo digestum ab S. Domini, & dispositum prima vlnis, quod aiunt, obuijs amplexa excepit, & hæcenus custodiuit: illa ipsa tanta quanta nidi ad instar formicarij permixta scateret ab hominibus potius, quàm ordine certo sese moueret? Sed neque vel istum suum nidum absque omni esse ordine bruta natura finit; quanquam illi minus à nobis aduertatur.

7. Cum itaque Deus, Deiparaque suam hanc Fratemitatem velut quoddam esse caeleste voluerint Apiarum; cuius apiculæ in rosis Domini ac Domine diuinis & angelicis millificarent alucarium: necesse est, ij pelsimè de Ea mercantur; qui minus Ipsam, quàm vel bestiolarum sit apiarum, diliter & distinctã voluerint ac ordinatam. Quid igitur volunt? An ut volent inter sese Confratres ac Sorores vagi, ac varij exrent, velut extrusum ex alucule

eolo examen apum per inane vagantum? Hoc verò Deus auertat.

8. Ordo talis ac tantus, qualis ac quantus est ff. Prædicatorum; tam bellè, tam concinnè, tam penè diuinitus ordinatus; inquam, Ordo sine ordine confusam haberet Fratemitatem talem ac tantam? Is vnquam habuisset? Is si nec haberet nec habuisset vnquam; ordine tamen carere sese diuini pateretur?

Neque tamen ego contendo, vnum aliquem inter Confratres ac Sorores cerrum ac perpetuum præscribi oportere, quem vbique terrarum obseruare necesse sit. Non. Quippe, qui hinc sit aptus regendi modus; idem sit isthic incommodus ad rem Fratemitatis rectè gerendam. Quam principem fuisse causam opinor; quod nullum aliquem Maiores nostri vniuersim vel præscriptum reliquerint, vel præscribendum esse duxerint.

Ne, cum per talem vnus consulissent nationis Fratemitati; alteri cuiuspiam onus obiceret, aut impedimentum. Neque enim, quæ volucres leuant plumæ, ut in æthere natent; pisces iuuare possunt eadem, ut in aquore tranent; nec animantes terræ, ut pernicitate fugæ ab oculis se persequentium auolent.

Quare qui liberam esse Fratemitatem voluerunt; qui immunem ab omni nobis impedimento vel grauamine reliquerunt. reliquerunt iidem quoque liberam nobis cuiusque loci, eo administrate regimine Fratemitatem institutam, quod loco, quod tempore, quod Confratribus fore accommodatissimum videretur.

9. Dicam, quod sentio: sed veniam præfatus & precarius libertati vocis: Velle vsquam

8. Ordo eius rector est ordinatus in cæteris suis functionibus: ergo & in hac. Vnus non potest dari omnibus

9. Dimidiata & truncata Fratemitas.

RO-

Rosarii Fraternalitatem instituere; eam quoque subinde ter quaterue per annum prædicare; Inscriptionem Nominum usurpare; Processiones menstruas celebrare: & hæc tantum: De cætero nullum aliquid certum regimen ac ordinem inter Confratres obseruare: nihil esse aliud penè, quàm Fraternalitatem deserere. Institutione, Prædicatione, Inscriptione, Processione Fraternalitas esse quidè cognoscitur: atqui verò Administratione & ordine certis consistit; fert ætatem; efflorescit, fructum effert; se commendat; adque posteritatem corroborat & immortalitatem.

10. Functionum genera in Fraternalitate duo sunt.

10. Age, rectis mecum oculis ac perspicacibus Fraternalitatem penitus intueri, cognosces duo quædam rerum in ea gerendarum genera sese offerre: Alia, quæ ab Ordinis nostri Religiosis præstari volunt, ac debent: cuiusmodi iam commemoravi. Alia verò non nisi ab ipsis Confratribus, (dirigente tamen Prædicatore Fratris) possunt & facillimè, & felicissimè confici. Quis nescit Fraternalitatis esse, Aram suam manuteneri? Sic Pontifices, sic Cardinales iam olim voluerunt. Defunctorum funera Confratrum deducere; Iusta iis funebria ritè & ordine exequi? Cum signis, cruce, vix illis quandoque prodire? Suas ipsas menstruas supplicationes ordine obseruare ac ducere; non confusè & promiscuè cum ijs procurrere? Salutaria subinde & extraordinaria, pro temporis necessitate ac varietate, usurpare alia? Hæc talia Pontifices in Bullis passim commendant; & propria sunt Fraternalitatis: At quis ea geret? Non vnus Pater illius ac præfæs spiritualis par esse potest: Non vnus quoque alius ex omni turba Confratrum vel quiuerit, aut voluerit: etsi semel; at non iterum non sæpius, non semper. Constantiam tamen rei gerundæ in tali Fraternalitate quis planè necessariam esse nõ videt.

det: Quare inter Confratres ipsos aliquis est delectus habendus, ordoque regiminis instituendus.

11. Satis id quidem nunc docuit: quanquam res ipsa pro sese loquatur. Vera hæc Fraternalitas non esse vult, non debet esse dimidiata, non detruncata, non clauda, non imperfecta. Habet ex Ordine Prædicatorum Patrem, qui prædicet, qui inscribat, qui in processione diuina patret? Pars hæc sui est vna: deest altera. Habeat ex suo Corpore Patronum; habeat Præfectum; habeat Quindecemuiros; habeat ministrum seu Viatorem. 1. His, similibusque si careat; altero caret brachio, crure, latereque roto dimidiata. 2. Aut, tametsi quoddam illa sit corpus; sit tamen vt informis embrio, vel vt recens effusus vrsæ fœtus. (Absit iniuria verbo: similitas enim non est veritas.) 3. Certè Corpus illud esse mihi velut apoplexia tactum videtur: cuius pars altera vigeret; altera emortua torperet. Viget ex parte Ordinis; ex parte sui, cessatione torperet: nec membra in se diuersa nouit; nec mouet. 4. Talis Fraternalitas semper vt infans in cunis iaceret; sui impotens, non staret, non iret, nil ageret: sed agi se pateretur; quòd nesciat vel caput à cruce, vel à pugno brachium in sese dignoscere. Quia ordo nullus intrductus antè membrum in eo à membro discreuit.

11 Similia.

Atque hæc hactenus de personarum ordine, delectu, ac distinctione in Fraternalitatibus nostris obseruanda, generatim hæc dicta meliori iudicio lubens volens subijcio: & monitus meliora, vel doctus, huic meo pre iudicio dico: Nullum esto. Nunc singulatim nonnulla Fraternalitatis nostræ munia describo tantum; præscribo nemini. Equidem, qui sim, meminì, Sed ad rem ac partem. Talè ego rei in Fraternalitate gerundæ idæam

II. In Specie Quis minorum ac personarum ordo in Fraternalitate esse possit.

mente

mente concipio ; non qualem suæ Plato Reip:  
quæ nec fuisset vsquam, nec foret vnquam; quam  
fingere quidem; nosset; sed nec vel sperare posset:  
Sed Talem, in quâ, quæ esset velut vnum quoddâ  
Corpus, ex multis diuersisque Membtis compo-  
sitam, atque compactum. Idque prorsus tale;  
quale ab Apostolo ad Corinthios graphicè des-  
criptum ac informatû accepimus. Et istud qui-  
dem f. *unum est & membra habet mul. a. Sed Deus*  
*temperauit Corpus; ut non sit schisma in Corpore; sed*  
*idipsum pro inuicem sollicita sint Membra.* Quod id  
modo? Hunc idem sic tradit Apostolus alibi. g. I.  
*Per omnem iuncturam subministrationis: II. Secun-*  
*dem Operationem, III. in Mensuram vnus vnusque*  
*Membri; denique IIII. ad Augmentum Corporis in*  
*edificationem sui. in charitate.* Tria ista parumper  
dispiciamus; quartum se ipso liquebit.

I. IUNCTURAM Subministrationis vi-  
dere est in istis. Principiò, in Capite vniuersali.  
Sanctissimo Domino, ac *Patre Papa*: deinde in  
Capite particulari seu locali *Proteftore*: tum in  
binis *Patronorû* alis seu brachijs: postea in *Patris*  
*Spiritualis* quasi pectore Fraternalitatis: adhæc  
in geminis duorum eiusdem *Præftorum* pedi-  
bus velut ac basibus: denique in *Quindecimviro-*  
*rum*, instar neruorum, connexione. Et hæc  
est subordinata iuncturæ in Corpore hoc frater-  
no subministratio.

II. Iam OPERATIO cuiusque ista ferè sem-  
per fuit, ac esse debet. si quidem *Augmentum,*  
*& totius adificationem Corporis* sibi rectè constare  
velimus. Primû, qui vnus sæper est, eritq; Christi  
in terris Vicarius, Ecclesiæ Rector Vniuersalis  
Papa; is vnus est vniuersæ per orbem Fraternali-  
tatis de Rosario PATER ac TVTOR VNIERSALIS:  
Cuius quæ sint partes; satis ex tot superius reci-  
tatis

tatis; Bullis res ipsa declarat. Nimirum Ipse Sibi  
lex est Pontifex, & paterna in Fraternalitatem  
suam pietas.

Sequitur PROTECTOR particularis cuiusque  
seu localis Fraternalitatis. Is cuiusque loci vel E-  
piscopus, aut Ordinarius in Spiritualibus eligi,  
rogari, esse, permanereque consuevit; dum illi  
vita suppetit, voluntas, atque facultas. Huius est  
munus cum illud in parte, quod vniuersim Sum-  
mi Pontifices Romani pro Fraternalitate suam  
esse duxerunt hætenus, ac demonstrarunt: tum  
etiam vt quod vniuersalis Christi Vicarius pro  
Rosarij Cœtibus decreuit, atque decernit; id  
tueri, cuiusque loci Episcopus, aut Ordini-  
narius, rogatus iam Protector Fraternalitatis, *c. Baptista*  
haud grauatè conetur. Cæterùm; vt breue fa- *lib. de Priui-*  
ciam: quodcunque ius, munusue Conseruato- *legij Ord.*  
rum esse describitur. eorum, qui ab Religioso- *Mendic. In*  
tum Conuentibus rogati horum protectionem *Summario*  
in sese suscipiunt: idem ferè & Protectorum esse *Priuilog.*  
Fraternalitatis consuevit: *Fauor: Tueri.*

Ab hoc proximum est Par eximium PATRO-  
NORVM. Hic esse duo solent, qui in quoque loco,  
vbi Fraternalitas est. secundum Protectorem pri-  
mi dignitate pollent & autoritate præcipua; eaq;  
vel in bo Ecclesiastica, vel sæculari; aut hac il-  
le, alter ista. Idem semel rogati & accepti, abro-  
gari, mutariue nunquam ferè consueuerunt.  
Muneris eorum mensura, Finis est ac Institutum  
ipsum Fraternalitatis. Hoc autem cum Dei sit,  
pietatisque cultus, ac vitæ honestas: quæ  
ad alterutram earum facere posse videbun-  
tur, inter Confratres promouendam; ipsi-  
dem fauere Patronos; ac (sicubi opus fuerit,) au-  
toritate sua conuenit patrocinari. Quod  
idem omninò cum Protectore commune ha-  
bent. Quare ciuilibus in causis horum velle Pa-  
tronis

§ 1. cor. 12.

11.

Adumbratio ex Apostolo petita.

§ Ephe. 4.

16

Officiales Fraternalitas.

c. Baptista  
lib. de Priui-  
legij Ord.  
Mendic. In  
Summario

tit. 3. capit-  
bus 7. cōtin-  
uis. Edit. ve-  
nit. ann  
1607.

tionis

tronorum opera uti, est abuti. Quam enim propriū est eorū in his, quę ad Dei sunt cultum, patrocinari: tam alienum ab ipsdem est, in ciuilibus molestari. Atque hactenus de tribus in Fraternitate officijs ac titulis, Patris scilicet vniuersalis, Protectoris, ac Patronorum. Quę magis honoris esse noscuntur, quam oneris munia; quibus honorat eos Fraternitas, ac vicissim cohonostatur. Cętera porro curę sunt non nullius, atque laboris.

AC PATRIS quidem SPIRITVALIS, seu DIRECTORIS hoc primum, hoc medium, hoc vltimum est: *Dirigere, & Sanctificare* Fraternitatem. *Dirigere* quidem, secundum morem Ordinis Prędicatorum; cuius & ipse Professus esse debet; ut ei tanta Fraternitas rectę committi possit, quę est Ordinis quędā patrimonialis hereditas. In quo & obediētiā Ordini, & fidē pręstare Fraternitati tenetur: utpote ad hoc munus à Superiore deputatus; sicut vbiq; vnus aliquis est deputandus. Sin': omisso, culpa non vacabit. Directionis autem formam ac normam ipsum pręstabit Fraternitatis Institutum Hoc igitur penitus est pernosendum. Hic Rhodus, hic saltus. Ut verò de facili quisque perspectum habere queat, duodenis id Statutorum capitibus comprehensum huc subijciam. Qui verò id etiam pertractatum habere voluerit; is nostros hoc vno super argumento conscriptos Tractatus pellegat.

*Sanctificare* verò idem Pater Fraternitatem debet instrumentaliter; ut Ordinarius eiusdem Confessarius: paratus & idoneus ad singulorum Confessiones excipiendas, quoad potuerit per virium facultatem; & pœnitentibus libuerit per suam piam voluntatem: salua cuique relicta libertate etiam alibi confitendi *Quantam in hoc*

MANU

munus à S. Sede Apostolica talis sibi collatam habeat absoluendi facultatem, cum ex parte Ordinis, constat: tum quantam ex parte quoq; Fraternitatis, liquet superius. Tantum seruus sit fidelis; quem Dominus constituit super familiam suam.

III. Denique PRAEFECTI vnus, aut duorum: QVINDECIMVIRORVM item quę MENSURA sit & REGVLA; quodque singulorum Confratrum & Confororum; totiusque Fraternitatis Institutum: id cum satis iam ex dictis colligi potest; tum ex subiectis à me Statutis eiusdem liquidò ac velut de plano cognoscerur. Non eorum ego Statutorum me autorem facio: non sed collectorem tamen esse confiteor. Si commodus: vtere, ac fructe. Sin': at volui. cedo manus. Collegi autem eā partim ex nostrarum Ordinis Constitutionum Conditore B. P. Humberto; partim ex B. Alano de Rupe, partim ex Bullis, partim ex Coloniensi reformatione, Hildesianaque ordinatione; & aliud vix quicquam aliunde peritum inserui. Sunt porro huiusmodi.

#### STATVTA FRATERNITATIS.

I. FINIS Fraternitatis de Rosario Beatissimę Virginis Marię est, maior Dei, Deiparęque honor & gloria; Christi fidelium pietas; honestas vitę & integritas; animarum salus; auxilium Ecclesię atque prosperitas precibus, vitęq; merito procuranda.

II. MODVS seu FORMA ad hunc finem consequendum in eo consistit; quod nihil quicquam ratione Fraternitatis sit pręceptum; nihil ad instar pręcepti; quod quidem vllam cuiquam obligationem seu culpę, seu pœnę inducere queat prętermisum. Adeò neminem illa facit noxium; quia nec obnoxium. Vnum tamen istud requirit: vt in Album seu Matriculam Fraternita-



is suum quisque nomen det inferibendum, qui vitam in ea degere, sub Almar Virginis patrocinio, constituit: utque post Exhomologesin factam, sacram quoque Synaxin obeat; ac deinceps ad fraternam Charitatem, ad pietatem Christianam; ad vitæ honestatem sedulo incumbat.

III. COMMUNICATIO MERITORVM mutua in subiectis cernitur capitibus. Principis, omnes & singuli de Fraternitate hac participes fiunt omnium vniuersim satisfactionum, operumque bonorum, quæcunque, vbi cunque per orbem Christianum, à quibuscunque Confratribus atque Sororibus piè geruntur pro tempore, aut vti quam exercebantur. Quare conuenit, ut tantò quisque & frequentior sit; & feruentior in Christiana pijsimorum quorumque operum v. surpatione.

IV. Singulatim participes redduntur singulorum Rosariorum, quæ pro consueto hebdomadario precum penso ab vnoquoque persoluntur. Par est igitur ut quisque hebdomadatim vnum Psalterium Mariæ, hoc est, tres Quinquagenas siue Coronas aut oret ipse, aut ab alio curet orari. Qui omiserit, & quantum; is in tantum, & pro eo tempore sese orationum dictarum participem non reddit. Nihilominus tamen in cæterorum permanet communicatione meritorum: potestque tum neglecta post recipere, si quantum de penso omisit, tantum de omisso, præter consuetum: dein paulatim præster.

V. Ad hæc singuli in partem veniunt & sortem omnium meritorum totius Ordinis Prædicatorum, atque eâ causâ, Fraternitatis conuentus & exercitia pia in solis Prædicatorum ecclesijs obiri possunt, ac debent: Nisi quæ necessitas retardarit. In eas namque solas, quæ sunt concessæ, sunt &

collo

collocatæ indulgentiæ. Habebit igitur in harum vnaquaque Fraternitas propriam aram B. Virginis Mariæ sacram; quam & manutenere ex oblatiis, aut collectis debebit.

VI. Quilibet liberam habet Communionem Indulgentiarum, quascunque S. Sedes Apostolica Fraternitati aut concessit vnquam, aut est concessura ad requisita exercitia pietatis. Decet igitur, ut hæc simul libentes præstent, frequenter. Qualia sunt: Orare Rosarium pro viuis, aut vita perfunctis: visitare Ecclesias: ad aras ire supplicatum: Audire Missas: crebro confiteri; Communicare: Menstruis interesse processionibus. Spiritualia & corporalia misericordiæ opera frequentare. dare operam concionibus aut habendis, aut audiendis: circumferre secum quaquâ versus Rosarium, ceu tesseram: Cor in Deum iaculatorijs orationibus, aut cogitationibus identidem eleuare: & quæ huius sunt generis alia facta aut facilia, aut cuius Christiano necessaria.

VII. Denique Defuncti Fraternitatis participes sunt, per modum suffragij omnium in genere satisfactionum, quæ ex quibuscunque pijs operibus Fraternitatis totius habere pondus apud Deum poterunt: singulatim verò quatuor Annulariorum, quæ postridie quatuor festorum Deiparæ, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis & Natiuitatis celebrari consueuerunt. Quibus proinde singulos interesse frequentes oportet.

VIII. Si quem ex Confratribus aut Sororibus contigerit infirmari, Præfecto significabitur, qui infirmum fraternè visitari; Sacramentis muniri; Fraternitatis orationibus

C c 2

com\*

Commendari; cæterisque necessarijs prouideri curet. In funus perfuncti vitâ, omnes libentes prodibunt. Tum, quo primùm die visum fuerit, in Prædicatorum Ecclesiam conuenient, ad Missæ officium, in ara Fraternalitatis, pro defuncto vel defuncta celebrandum, & offerendum. Quo libet autem ex quatuor Anniversarijs die, pro palam eorum recitabuntur nomina, qui ab ultimo in humanis esse desierunt.

IX. Singuli prima quaque Dominica mensis consuetæ intererunt Processioni; simul exhortationi; si quæ ad Fraternalitatem instituetur.

X. Vnius cuiusque loci Fraternalitas duos habebit Præfectos: Quindecimuiros deinde; pro numero scilicet decadem Psalterij; & vnum Ministrum, seu Viatorem. Hisce nequaquam permisum est, quicquam ex ærario Fraternalitatis in suum aliquod symposium vertere.

XI. Præfectorum munus erit. 1. Nil extra scitum & consensus Patris sui Spiritualis discernere, aut instituere. 2. Attendere, vt prisca Ordinationes Fraternalitatis obseruatæ in vigore permaneant. 3. Videre, ne quid detrimenti Fraternalitas accipiat, aut quisquam det scandalum, Qui talis fraternalitatem priuatim, aut fortè etiam coram Quindecimuiris monendus foret. 4. Capere consilium cum suis Quindecimuiris de rebus ad Dei honorem & cultum, ad ædificationem proximi, laudè Fraternalitatis, gubernationem ac salutem pertinentibus. 5. Deducere cum tædis ac latera cingere Sacerdotis, Venerabile Sacramentum in processionibus suis circumferentis. 6. Quotannis officij rationem coram Quindecimuiris reddere: Atque tum simul prior decedit Præfectura, & alter succedit; huicque continuo socius adlegitur: simul decedentibus

quin-

quinque ex Quindecimuiris alij quinq; adsciscuntur ac sufficiuntur.

XII Denique omnes fraternalitatis charitatis vinculo esse inuicem coniuncti debent & omni studio in hoc incumbere, vt concordia, pax, piæ multitudinis vnitas ac fraternalitas conseruetur; quò omnes in solidis virtutibus Christianis crescant ac meritis. Huc non parum contulerit, Congregationes assidue frequentare; pia Fraternalitatis exercitia sedulo obire; suspecta loca, & Societates denotare; cauereque quicquid Fraternalitatis odori bono ac nomini officere queat: studere autem morum integritati ac pietati solidæ; vt digni esse cognoscantur, qui sub patrocinio Reginæ celi Virginis Deiparæ, inque Illius Confraternalitate Rosarij vitam degant.

Ritus autem ac modus creandi Præfecti is esse mihi posse videtur: saluo meliore iudicio. Circumacta annuæ Præfecturæ periodo, Præfecti ambobus cum suis Quindecimuiris euntes in suffragia, facto inter se scrutinio, tres ex sola Fraternalitate votorum suorum pluritate designabunt; è quibus vnus dein à tota Fraternalitate Præfectus eligi queat. Hoc facto, dies erit certus indicendus ac publicandus, locusque designandus, ad quem Fraternalitas frequens conueniet ad vnus è tribus electionem faciendam.

Quæ vt ordine riteque fiat, necesse est non promiscuam totius Fraternalitatis multitudinem admittere; sed solos istius loci Clericos ac Ciues, de Fraternalitate. è quibus cui adesse libet, licet: abfuisse, nemini aut fraudi sit aut culpæ, aut vlli malo. Huc plurimum contulerit, habere Clericorum Ciuiumque de Fraternalitate nomina, ordine, quo ad Fraternalitatem venerunt, in Tabula descripta, quàm pone Fraternalitatis aram in

Trium  
Candita-  
torum  
quasi defi-  
gnatio.

Tabula  
Fraternali-  
tatis no-  
menclato-  
ria Cleri ac  
Ciuium.

Vnius à  
tribus cle-  
ctio.

propatulo pendere propositam & pulcrum esse,  
& Proficuum, & honorificum, experior.

Hiscæ igitur ad suffragandum congregatis  
Pater Fraternitatis præses, tres designatos enun-  
ciabit: ex quibus vnum quisque nominabit, quæ  
voluerit esse Præfectum. Simul accedere ad sese  
viritim singulos monebit, nullo discrimine, vt  
vocant, Præcedentiæ. Par tamen fuerit, si  
qui aduenerint plures paucioresue Cleri-  
ci, hi primùm ad suffragia præeant sequantur  
dein cæteri, ordine posthabito atque respectu.  
Dicit autem quisque ad secretam Patris aurem,  
quem optat è tribus vnum Exceptis singulorū iā  
Votis, is, qui suffragantium calculos tulerit plu-  
rium, & numero superat, superet & honore, fe-  
ratque Præfecturam: simul eum de nomine cla-  
ra Pater, ritè prætatus auspiciatò declarabit, qui  
Præfecti sit in annum præsentem Collega, in  
futurum ipse Præfectus idem. Quia autem iam  
cum Expræfecto simul Quinqueuiri seniores ex  
Quindecimuiris officio decesserunt: necesse est,  
vt Pater continuò alios Quinqueuitros surro-  
gandos declaret. Quos quidem iam antè à quin-  
decimuiris per suffragia designatos & electos  
fuisse oportet. Atque ista de cuiusque anni Co-  
mitijs Fraternitatis.

Præoccu-  
patio.

Nulla est Fraternitas tam obscura & exigua,  
in hisce quidè oris, quæ non simile quid, priuato  
instituto, quotannis ad sui administrationem ac  
conseruationè vsurpet. Quid minus à nostra id  
tanta oportebit omitti. Ne creandi Capitis o-  
missio, totius esse Corporis, atque regiminis ac  
ordinis seruandi neglectio videatur.

Consul-  
tandi ra-  
tio.

Iam quia res subinde, die: que ferunt, vt com-  
muni opus sit consilio ad ré quæ Fraternitatem,  
vel partè illius spectat: idcirco Præfecti cum suis  
Quindecimuiris ad primā cuiusq; mensis Do-  
minicam, seu quando Patri, Præfectoue ita visū

fuerit, certa hora conuenire poterunt, inq; me-  
dium consulere. Quo seruiet publicus Fraterni-  
tis Nuncius, vt pridè præmonitos conuocet.  
Congregari autem principium deliberationis  
ab oratione fusa ducent. Sic ri è precatis senior  
Præfectus relationè faciet qua, de re cõuocatos  
volebat Hæc proposita, sententiã quilib; suam ex  
ordine dicit liberè: siq; voluerint, ad secretū ser-  
uandū cõdicere inuicè semel poterūt; quod ex in-  
ualeat in perpetuū. Demū senior Præfectus pro-  
nunciabit; simul omnes re agitata, & quantum  
satis, deliberata, decernè. Cū oratione finis esto.

Finem & ipse faciam, si prius verba fe-  
cero pauca de ritu ac solennitate, qua prima  
cuiusque mensis Dominica celebrari posse vi-  
detur. In hac duo veniunt solenniter vsurpanda.  
Processio nimirum, atq; Inscriptio. De vtraq; hic  
verbo raturū: alubi ex professio.

*Processionem* octauo circiter die antè pro  
conicione promulgari expedit, in sequenti fore Do-  
minica producendam. Pauci namq; quæ prima  
sit cuiusq; præuidere vel aduertere assolent: præ-  
terquã quòd ed quoq; seruiet ista publicatio, vt  
ad Confessionè Communionemq; se, qui volēt,  
comparent moniti. Confessis enim, & Commu-  
nionè tefectis plenaria ritè proficit Indulgentia  
Processionis. Deinde hanc ante Missã proderit  
auspicari potius, quam de prandio: pluribus de-  
causis, quas alubi exequor. Nisi quid secus loci,  
temporis, rei; conditio postulare videatur.

Ergo proceditur vexillo Fraternitatis præcũte, *Processio-*  
sublequa itaqua Dominæ Patronæ succollata: nis men-  
Sequitur Conuentus Lauretanus, siue de Rosario struæ ritus.  
præcũtis Litanias. post hũc Sacerdos cū ter Au-  
gustimo Sacramèto: ponè hinc & hinc Præfectis  
cū redis, deniq; Confratres beni ac bini cū cereis  
singuli ardètib; quos antè Ministrū distribuisse

oportuit in choro congregatis. Agmen claudunt Conforores. Acta periodo, propositoque in ara Fraternitatis V. Sacramento, diuinæ Rei fit initium ad Offertorium Præfæcti, Quindecimui, cæterique Confratres, tum Conforores procedunt oblatum. Finem Sacri excipit *Inscriptio*, ritu & ordine tali; vt liquet libro. 2. de Institutis Fraternitatis cap. 2.

## CAPVT XII.

## DE INDVLGENTIIS

## CORELLARIVM SECVNDVM

*Conferunt amplissimas Indulgentias in Fraternitate Rosarij Pontifices, inuitantes ipsidem Christianos; vt in Ipsam sese ipsi quam frequentissimi conferant.*

**S**ic vniuersa semper Ecclesia sensit ac docuit; Svelut nuper quoque scripsit Sanctissimus Dominus Pont. Max. PAVLVS V in Bulla de Religiosorum Mendicantium Indulgentijs: *Romanus Pontifex, inquit, in B. Petri Sede constitutus, cui inter alia caelestis INDVLGENTIARVM Theauri dispensandi cura incumbit; sollicitè prospicere debet, ac solerter, vt huiusmodi Indulgentiarum dispensatio, & vsus ad Dei gloriam, & animarum salutē præcipuè dirigatur.* Huc verò quoniam in Fraternitate Rosarij præcipuè earum dirigi vsum summi semper cognouerunt Pontifices; idcirco Sacros Indulgentiarū thesauros manu in eā largissima effuderunt. Quam largitatem Paulus V. non confirmauit tantum; sed & noua insuper adiectione per magna cumulauit: vt capite VIII. videre est.

Hic locus est, qui ob oculos totius Orbis Christiani proponi, demonstrarique postulat causam in cæteris vnam potissimam: *Cur Paulus*

Papa

*Papa V.* postquam omnibus Religiosorum Mendicantium Fraternitatibus concessas aliquando indulgētias ademisset; & nouas quasdam certas contrulisset, *cur inquam, ex speciali fauore Fraternitati Rosarij omnes priores Indulgentias & Præuilegia in solidum, integrum, ac perpetuum restituerit.* Respondeo: Quia ad oculum demonstrare licet, nullā in Fraternitate Rosarij illarū hære culparū aut causarum; ob quas visa fuit in alijs necessaria talis esse reuocatio. Nam *ne ex Indulgentiarū multiplicitate confusio, aut inanis interpretatio exoriat; proinde Clemens VIII. magna cum diligentia, & sollicitudine procurauit Abusum, & Corruptelam tum in Communicando Indulgentiarū thesauros; tum in modo illos Recipiendi irreptos tollere.* Vt ipse Paulus V. scribit verbis totidem. Atqui in Fraternitate harū causarum nulla est. *Non Confusio*: vt patefaciet ordo ac methodus Indulgentiarum subiectas; qua ex potissimæ in certas classes & capita disponuntur. 2. *Non inanis Interpretatio.* Quia expressè, directeque in Fraternitate Rosarij omnes eas collatas esse constat ex Bullis plerisque superius recitatis. 3. *Non Abusus:* Quia de facto nihil fuit, quod ad Cardinalium inquisitionem deferri potuisset aut vnquam alias, aut nuper. 4. *Non Corruptela in comunicando, aut recipiendo:* Quia Pontificū Bullæ in promptu sunt, & loquuntur ipsæ. Ego citabo singulas in singula: vt ante iam factū est Brixia, & typis in Patente exculum cū Superiorū cōsensu, ad instantiā Fraternitatis Rosarij: præmissa diligenti examinatione, & certa approbatione Inquisitorum, Flaminij Torcellæ Vic. Gen. Neap. & M. Phileali Pharaldi Carmelitæ &c

*INDVLGENTIARVM Fraternitatis Rosarij Quantitas, Qualitas, seu modus, opus, Collator, Collationisque Bulla, tempus & locus.*

Cc 5

L. 270-

Integer semper & incorruptus est reperiendus.

Et ad oculum demonstratur.

Vfus & Finis Indulgentiarum Fraternitatis

I. *Pro inscriptione in Fraternalitatem Rosarij.*  
 1. Singulis de Fraternalitate plenariam Indulg. semel in vita, semel in morte concessit *vna voce oraculo Innocentius VIII anno 1484. die 13. Oa.* Successores confirmarunt omnes.

II. Qui, quâ prima vice inscripti fuerint, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aliqua Ecclesia Fraternalitatis perceperint. & vnâ saltem Quinquagenam recitauerint pro Ecclesiæ tranquillitate; ijs est plenaria Indulgentia.

Item qui in mortis articulo constituti, salutaris penitentia, & Viatici Sacramenta muniti fuerint; vtriq; plenam omnium, & singulorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer consequuntur. Ita *Pius V. in Bulla: Constituerunt. anno 1560. die 17. Sept.*

III. Nouissimè de his nominatim. *Gregorius XIII. in duobus Breuib; Vtriusq; initium est: Cum sicut accepimus: Ec. datum prius 25. Maij, alterum 1. Iunij, anno vtriusq; 1579.* Vi horum, ingressus in Fraternalitatem, si penitens, confessusq; communicarit; acquirit plen. indulg. Item semel in vita, quando voluerit, confessusq; communicarit, plenariam indulgentiam. Item tertid, in articulo mortis inuocans corde, vel ore Sanctissimum nomen *IESV*, habet plenariam indulgentiam.

*II. Pro gerentibus secum Rosarium.*

Omni die, quo quis de Fraternalitate Rosarij, secum tulerit palam Rosarium, meretur cc. annos, cc. Quadragenas indulg. *Innocent. VIII in Breui: plenior paterna gloria, Roma. 1488. & Alexander. VI. in Breui: Illius qui perfecta charitas est. Ec. Roma anno 1494.*

*III. Pro deuotè orantibus Rosarium.*

1. Non libet, nec opus est singillatim referre quantum, & quando quisq; in Psalterium totû, aut

aut Rosarium contulerit. Verbo dico: Vix fuit Pontifex à Sixto IV, vsq; ad V, qui datas non confirmarit & auxerit alijs.

II. Solus *Innocentius VIII. & Alexander VI, vbi supra,* confirmauit; contulit vterq; dicenti Psalterium, id est, XV decades, coninnctim, vel diuisim, Indulgentiam annorum trecentorum sexaginta millium. Alij, plures superaddiderunt.

III. *Adrianus VI in Breui: Illius qui Dominum, Ec. anno 1523. die 1. Apr.* dedit indulgentiarû annos L, dicenti Rosarium i. palam vbi videri possit, 2. in templo Fraternalitatis: At *Clemens VII in Breui: Ineffabilia. Ec. an. 1529. 23. Maij,* extêdit hoc ad omne templû, & duplicauit aîos indulgentiarum, vt sint C. Demum *Paulus III. anno 1537. 13. August.* dedit plenariam Indulgentiam.

IV. Quicumq; è Fraternalitate orarit, & quandoq; , & quotiescunq; , Rosarium seu Quinquagenam pro defunctis, is liberat animâ vnâ è purgatorio. *Paulus III. ibidem.*

V. Decentibus Rosarium in certis festis certâ, immensâq; sunt datæ Indulgentia à pluribus.

*IV. Pro confessis & communicantibus.*

I. In festo Annunciationis qui de Fraternalitate Rosarij confessus communicarit, & orarit Rosarium vnum in templo Rosarij, meretur plenariam indulgentiam *Pius V. in Breui: Iniuinctum nobis desuper. Roma anno 1566. 14. Junij.*

II. Item qui eo die etiam alibi confessus comunicarit; visitarit tamen ecclesiam Rosarij, oraritq; pro Concordia Principum Christianorum, pro extirpatione hæresium, pro pace Ecclesiæ is acquirit plenariâ indulg. *Gregorius XIII. in Breui: Cum sicut accepimus, anno 1579. die 1. Junij.*

III. Dominica prima cuiusque mensis, qui præsens processioni, confessus communicarit, plen.

plen. Indulg. commeteretur. *Gregorius XIII. in Brevi: Vniuersi & singulis, Sc. anno 1577. 24. Octob. De hoc inferius.*

IV. Huc refert Stationum indulgentias, plerisque festis fori, multis chori plenarias, aut maximas. Contulit eas *Leo X. in Bulla: Pastoris aterni. Confirmarunt Successores.*

V. Dominica 1. Octobris, in festo Rosarii confessis & communicantibus, orantibus in templo Rosarii, datur plen. Indulgentia. *Gregorius XIII. in Bulla: M. net apostolus, anno 1573. 30. April. Et in Brevi: Exponi nobis, anno 1577. 1. Octobr.*

#### V. Pro Salve Regina.

Quicumq; de Fraternitate interfuerit SALVE REGINA, dum in templo Prædicatorum canitur post Completorium, is meretur XL dies Indulgentiarum. *Alexander Legatus anno 1476. At Paulus V. viua vocis oraculo addidit annos centum, anno 1608. ad petitionem R. Patrum Capituli Generalis, eodem anno Romæ congregati. Quæ de Fraternitate Salve Regina dicta superius commemorauit, libr. 1. cap. 12. inde Letor memoria repetas licet.*

#### VI. Pro opere pio quocunq;.

Qui de Fraternitate Rosarii fecerit quodcunq; opus pium, meretur centum dies Indulgentiarum: *Gregorius per tria Breuia, data anno 1579, primum die 3. Ianuarij: Secundum 25 Maij, tertium 1. Iunij.*

#### VII. Pro Agonizantibus.

I. Qui de Fraternitate in agone versabuntur, ijs plenar. Indulgentiam concessit *Innocentius VIII. ubi supra. Confirmarunt reliqui. 2. Adrianus VI. in Breui: Illius qui dominicum. anno 1523, die 1. Aprilis dedit plenar. Indulgentiam ijs de Frater-*

Fraternitate qui in morte tenuerint candelam benedictam; modò in vita soliti sint orare Rosarium. 3. Qui confessus communicarit ante mortem, habet plenariam indulgentiam: *Pius V. in Bulla: Consequerunt, anno 1569. 17. Sept.*  
4. Qui Sanctissimum nomen IESVS & MARIA, ore aut corde inuocarit: *Gregor. XIII. impertit illi plen. Indulgentiam.*

#### VIII. Pro Processionibus.

I. Quicumq; Christi fideles in festis B. Virginis Mariæ adfuerint Processioni Rosarii, confessi, aut habentes votum confitendi; consequuntur plenariam Indulgentiam, *Pius IV. in Brevi: Dum praelara meritorum, anno 2. Pontificatus, pridie Kal. Martij.*

II. Annos 7. Indulg. & totidem Quadrage-nas præsentis apud menstruas Processiones, & alias Fraternitatis quascunq; dedit *Pius V. Breui: Consequerunt, anno 1569.*

III. Inscriptis in Fraternitatem Rosarii, & præsentibus processioni illius menstruæ, confessis & communicatis in templo Prædicatorum, & orantibus aliquid pro concordia Principum, pro Ecclesia, pro hæresum extirpatione, concessit plenariam Indulgentiam: *Gregorius XIII. in Breui dupl. ce, anno 1578. 8. Nouem. & anno 1579 29 Augusti, & in Brevi: Pastoris aterni, anno 1581. 5. Maij Idem in Brevi: Cuius, &c. anno 1583. 24 Octob. Eandem concedit alibi confessis & communicantibus, si non possint adire ecclesiam Fraternitatis; modò orarint pro dictis punctis Item eandem infirmis largitur domi communicantibus, & aliquid ante imaginem aliquam orantibus, Ita in Brixiana Patente.*

#### IX. Pro Visitantibus templum, aut aram Rosarii.

I. Qui

I Qui inscriptus in Fraternitatem Rosarij, in VII festis Mariæ Virg. Purif. Annun. Visitat. Assumptionis, Nat. Præsent. & Sanctificationis, tēplum aut aram Rosarij deuotè visitarit orando, consequitur plen. indul.; si tamen aut confessus fuerit, aut confitendi votum habuerit. *Pius IV. in Breui. Otum præclara; &c. anno 2. Pontific. 31. & artij, & in altero eiusd. in anni prid. Cal. Maij.*

II. Visitantibus Capellam Rosarij Dominica 3. Aprilis, & 1. Octobris plen. indul. dat *Gregor. XIII. in Breui. Cum sicut anno 1579. 3. Janu. Idem in Breui; Pastoris æterni anno 1581. 5. Maij* dat plenam indulg. orantibus quid in Ecclesia Rosarij in festo Rosarij, Annunciationis Purificationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis MARIÆ, & Dominica post Epiphaniam, Inventionis, exaltationis S. Crucis festo, Coronæ Domini, tribus diebus Paschalibus, triduo Pentecostes, & in die Omnium Sanctorum,

III. *NOTA* Visitanda esse altaria quinque, & ante quodlibet orandū quinquies Pater & Aue: aut ante vnum quinquies quinque. Sic *Leo X. anno 1518, ad instantiam Capituli generalis.* At *Pius V. in Breui.* id limitat: quod orans V. Pater & Aue ante vnum altare semel; sed in Ecclesia Rosarij Prædicatorum; satisfaciatur ad promerendas indulgentias. Teste Patente Brixiana.

X. *Pro non valentibus visitare ecclesiam Rosarij.*

Qui de Fraternitate in prima Dominica mensis, vel in dictis festis, vel in quacunq; processione, aut festiuitate, nequiuertint adesse præsentem; idq; per morbum, aut carceres, aut itinera, aut seruitia aut nauigationem aut alia de causâ iustâ; si tali die orauerint Rosariū vnū, comententur plen. indulg., ac si personaliter præsentem fuissent. *Pius V. inter desiderabilia. ann. 1569. 29. Jun.*

SIXTU

*Sixtus V. in Breui: Dum ineffabilia meritorum. &c. Romæ an 1586. 30. Jun. Item Gregor. XIII. in Breui: Cupientes. &c. anno 1583. 24. Decemb.*

XI. *Pro liberanda è Purgatorio anima.*

I. Quicumq; de Fraternitate curat legi Missam de Rosario; pro defuncto in Fraternitate Rosarij, is liberat animam è purgatorio. *Alexand. VI. in Breui: Illius, qui perfecta. anno 1494. & Paulus III. anno 1537. 13. Augusti.*

II. Quocunq; die aliquis de Fraternitate dixerit Rosarium pro defunctis, vnam is animam liberat è purgatorio, in vigore indulgentiæ plenariæ, quam Paulus III. impertit orantibus Rosarium, vt supra dictum. *Paulus III. in Breui, anno 1537 die 13. Augusti.*

III. Qui Modo supra dicto, feria quarta quacunq; visitarit quinq; altaria in Ecclesia Rosarij, aut vnam aram Rosarij, is eo die liberat animam è purgatorio. Item idem in quacunq; Dominicâ die per annum.

Et in super subiectis diebus istis: 1. In Festo Purificationis MARIÆ; & S. Blasij. 2. Feria 3. post Dominicam Quadragesimæ; 3. Sabbati ante 2. Dominicam in Quadragesima. 4. Feria 6. ante Dominicam Passionis. 5. Feria 4, 5, 7, Maioris hebdomadæ. 6. Die S. Joannis ante Portam Latinam. 6. Maij. Item feria 4 Paschæ: Feria 5, & Sabbato post Pentecost. Item Sabbato 4 temporum in Septemb. Item 27 Januarij, & 27 Decemb. &c. Atq; ista vigore dictæ Bullæ Leonis X, Stationum indulgentias concedentis; & successorum Pontificum concessas nominatim confirmantium. Sic in Patente Brixiana: Quia Romæ omni die visitari aliqua potest Ecclesia, vbi animam è purgatorio liberare licet illam visitanti, & præscripta inibi oranti.

XII. *De Stationum vrbis Romæ & Indulgentijs.*

NOTA;

Nora : Stationum Romanarum Indulgentias exceptas à me esse partim ex libello Romæ impresso, & approbato per Sixtum V, an. 1588, 7 Januarij; partim ex Brixianâ Patente, & tabulâ Neapolitanâ. Verùm ad eas consequendas has obferuare condiciones oportet. 1. Sis in statu gratiæ. 2. Sis in Fraternitatem Rosarij inscriptus. 3. Visites Ecclesiam Rosarij, seu Prædicatorij Ordinis; aut, si hanc non queas, aliam quamcunque. 4. Ores vt minimum quinquies Pater & Aue, pro vniuerso nomine Christiano, *Pius V,*

Sed non ego singulas cuiusq; diei, aut loci in Vrbe recensuero; longum enim nimis, ac tædiosum foret. Neq; eas quisquam nouisse magno perè desiderabit; vbi, præter iam dictas, alias generales quasdam, quotidianas atq; perpetuas cogendit. Cuiusmodi sunt.

1. Quotidie in S. Joanne Lateranensi, si quis voluerit, sexies plenaria Indulgentia.

2. Omni die, in qualibet de septem Vrbs Ecclesijs, semel plenaria Indulgentia.

3. Omni die in alijs cum pluribus longè maximæ indulgentiæ.

4. Omni feria quarta, in S. Laurentio extra muros plen. indulgentia.

5. Quotidie, remissio peccatorum partis terciæ ad Sanctam Praxedem; item terciæ ad S. Potentianam: item septimæ ad Sanctum Matthiam.]

Hæc, omnesq; Vrbs Indulgentias alias concessit Leo X, anno 1518, ad instantiam Patrum Ord. Prædic. in Capitulo Generali, anno eodem Romæ congregatorum. [ *See Brixiana charta.* ] Confirmavit Clemens VII, 8. Maij, anno 2. sui Pontificatus in Breui: *E: si imperatorum cura. Et.* Confirmarunt & cæteri Successores Pontifices.

Tanta

Tanta sunt ista, quibus maiora; tamque certa & testata, quibus certiora nemo vel attulerit, vel expetierit.

*XIII. De Facultate absoluedi inscriptos in Fraternitatem.*

Cùm in Fraternitate Rosarij sit tanta à pœnis solutio (hoc enim est Indulgentia) par est, vt, quãta sit in eadem à culpis absolutio, doceamus. De quo categorica esto & certa assertio ista, *Omnia in Ordine Prædicatorum professus & expositus Confessarius, est priuilegiatus in quantum ei Prior concesserit expressè: saluo Conc: i vid. Idq; dupliciter: I. Nomine Ordinis sui, respectu omnium Christi fidelium. 2. Nomine Fraternitatis singularim, quoad Confratres & Sorores, Rosarij.* De primo dicere, hoc loco nil attinet. De secundo, huc propriè pertinet. Sic igitur de eo Papa Leo X, in Bulla *Pastoris æterni, Et. data anno 1520 pridie Nonas Octob.*

*Omnes prædicti, Fratres, ac Sorores Rosarij, eorumq; singuli in Pascha Resurrectionis, in singulis festiuitatibus prædictis, scilicet in Natiuitate B. V. MARIAE, Annunciatione, Visitatione; Purificatione, Assumptione, ac tribus duobus singulas festiuitatem earundem immediatè præcedentibus, cuiuscunq; Presbytero Ordinis & Domus Prædicatorum Fratris Professo, per eorum singulos pro tempore eligendo peccata sua confiteri valeant. Ipseq; Presbyter, eorum confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos. I. ab omnibus, & singulis Excommunicationibus, Alijsq; Ecclesiasticis Sententijs, Censuris, & Pœnis, à Iure, vel ab homine QUAVIS occasione, vel causa latis, & Promulgatis.*

*II. Nec non sacrilegijs, Incestibus, Adulterijs, Penitentiarum iniunctarum, & Diuinorum Officiõrum, & Ieiuniorum omissionibus, Alijsq; eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumq; grauibus & enormibus in singulis, etiã SEDI APOSTOLICAE RESERVATIS, CASIBVS, Bulla Cœna*

D d

417



duntaxat exceptis: ) absoluerit, & eis pro commissis poenitentiam salutarem iniungere.

III. Ac Iuramenta quacunq; ( sine Iuris alieni praeiudicio, ) relaxare.

IV. Et Vota quacunq; 1. ( Ultramarino, 2. Visitationis liminum B. Petri & Pauli, 3. ac S. Iacobi in Compostella, 4. Nec non Religionis, & 5. Castitatis votis duntaxat exceptis, ) in alia pietatis operâ commutare liberè possit.

V. Ordinarij, & Archidiaconi loci, ac Rectoris parochiani, & cuiusvis alterius licentiâ desuper minimè requisitâ. Hæc ante Concilium Tridentinum Leo X. Eadem Confirmarunt omnes penè successores Pontifices; etiam præfens Sanctissimus Dominus noster PAVLVS. V. Ac Post Concilium Tridentinum primus iterum confirmavit Pius. V. tum reliqui.

Atque ista de facultate Casibus super grauissimis. Quid de venialibus ac quotidianis; quorum ne partem minimam vel in quotidianis Confessionibus sumus enumerando? Ecce & de hisce S. Sedes Apostolica pijsimè prouidit Fraternitati Rosarij. Nam, cum extra Sacramentum remitti queant Venialia quæcunque, Summi Pontifices Autoritate Apostolica tales Indulgentijs clausulas additas sæpè voluerunt: vt cum ijs impenderent simul Remissionem vel Septimam, vel Tertiam, vel dimidiam partem peccatorum, vel omnium: & hoc semper in omnibus prædictis festis, quin alijs etiam quibuscunq; quando cumque sacram adire Synaxin libet in prima cuiusque mensis Dominica, Sic Pius V. & Paulus, V.

præter alios.

Spongia  
Venialium  
peccatorum.

## CAPVT XIII.

De Participatione meritorum Ordinis.

CORELLARIVM TERTIVM.

Totus Ordo Prædicatorum canonicè adsciscit Fraternitatem Rosarij in participationem gratulam omnium meritorum suorum.

Solenne est iam diu religiosi Ordines, vt subinde quosdam sæculares, sui studiosos præclare de se meritos, ad Ordinis beneficia, velut adoptiuos, accipiant. Quæ adoptio minimè quidem religiosum efficit professione; æqualem tamen religioso, ( vt & Alanus superius dicit ) in eorundem Ordinis meritorum participatione. Ad similem planè modum; sicut de Ciuili adoptione legitur in Digestis: a Adoptio non in sanguine; sed agnationis affert.

Mirum! Sed verum. Totius Ordinis Prædicatorum iterato consensu; repetito Generalis Capituli Romani, & b. Venetiani Decreto, Summiq; Pontificis Innocentij VIII approbatione, ac Successorum Confirmatione, vniuersa per orbem Fraternitas Rosarij in partem sortemq; omnium Spiritualium meritorum Ordinis Prædicatorij æternum admissa est. Accipe testimonia e [Ego F. Bartholomæus de Comarijs de Bononia S. Theologie Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magister & seruus, Notum facio vniuersis ac singulis præsentibus; quod, cum anno Dni. clo. CC. C. LXXX, die 13 Octobris essent cum Reuerendis Patribus Prouincialibus Ordinis in Capitulo nostro Generali Romæ, existens ad pedes Sanctissimi Domini Nostri Innocentij VIII; con-

Dd 2

a. ff. de ad-  
opt. l. qui  
adoptat.

b. Cornel.  
Senecus

serm. 15. vel  
edit. alia  
serm. 17.

c. M. Bern.  
Lu. 2. nb.

sub finem  
num. de Ro-  
sario. Item

in ser. 16. de  
Rosario.

Item L. 10. X.  
in Bulla:  
Pastoris æ-  
terni.

cessit sua sanctitas, ad petitionem nostram, vix  
ua vocis oraculo, omnibus qui sunt, & erunt  
de Fraternitate Rosarij, & dicunt per hebdo-  
madam Psalterium Beatæ MARIÆ Virginis,  
plenariam omnium peccatorum Remissionem  
semel in vita, & semel in mortis articulo.

*Similiter Receptit eos per literas ad Beneficia  
Ordinis.*

Quas quidem Indulgentias Sanctissimus Do-  
minus Noster non concessit ratione quæstu,  
sed deuotionis gratia. In cuius concessione  
testimonium, Secretum, seu sigillum meum v-  
suale presentibus imprimi feci. Datum, & a-  
ctum Romæ, anno vt suprâ, die 2. Octobris,  
post nostrum Capitulum Generale.]

Ecce in vno geminum participationis testi-  
monium; vtrumque & sufficientissimum, quia  
Canonicum; & luculentissimum, quia testatuf-  
simum, vt omni exceptione sit maius. Hinc  
vniuersi stat Ordinis consentiens Voluntas,  
inde Pontificia Autoritas. Illa statuendo effi-  
cax; hæc confirmando. Quare, postquam hæc  
altissimæ Potestatis confirmatio illi Constitu-  
tioni superuenit; non iam penes solum stat  
Ordinem vnquam rescindere hanc participa-  
tionem; nisi idem Pontifice fiat approbante.  
Quin & LEO X. eandem participationem, ce-  
teri; post eum Pontifices confirmarunt.

Aliud apud P. Ludouicum Granatensem, in  
suo de Fraternitate libello, editum reperio in-  
strumentum totius capituli, reor, Veneriani  
consensu datum anno, vt P. Cornelio placet, d.  
c. cccc. Lxxx. vii, per Reuerendissimū M. Ge-  
neralem Ordinis Seraphinum Caballum, Ip-  
sum ita habet.

d. Cornel.  
Senekis ser.  
15. de Rosa-  
rio. Edit.  
Paris. Ser-  
mon. 17.

In Dei

*In Dei Filio dilectis vniuersis, vtriusque sexus  
Christi fidelibus, Sanctissimi Rosarij Societatis  
Confratribus, Deiparam Virg. Dominam no-  
stram deuoto hoc venerantibus cultu, Fr. SE-  
RAPHINVS CABALLVS, S. Theologia  
Professor, actorius Ordinis Prædicatorum ha-  
milis Generalis Magister & se. un. Salutem  
& aeternam sanctorum Commu-  
nicationem.*

[Diuini Spiritus Vnitas, (à quo Sancta Ec-  
clesia regitur,) quemadmodum efficit, vt, quic-  
quid in eam collatum est, commune sit omni-  
bus; & quæcunque piè sanctèq; ab vno suscipi-  
untur, ea ad omnes pertineant; & Charitate,  
(quæ non quærit, quæ sua sunt,) omnibus pro-  
fit; Sicutiq; membrum totius corporis parti-  
ceps esse dicimus; sic coniunctum esse omnibus  
timentibus DEVM, & custodientibus mandata  
eius. Ita & vna nostrum communis origo; vni-  
us scilicet Capitis ac Patris nostri Sanctissimi,  
Diui DOMINICI; idem finis ac Institutum, (DEI  
Filium, eiusq; Sacratissimam Genitricem Do-  
mini nostri, diuino hoc singulariq; cultu vene-  
randi in Rosario, atq; colendi,) quemadmodum  
ad inuicem singulari etiam charitatis nexu, tan-  
quam vnius capitis ac corporis membra, coniū-  
gere debent: ita & hoc vnu efficere; vt nihil boni  
a nobis fieri, vel possideri exstimemus, quod  
non omnibus commune esse intelligamus.

Quare Prædecessorum nostrorum vestigia se-  
quentes, & eorū Acta firmantes, de Omnipoten-  
tis Dei misericordia & liberalitate, deq; sacra-  
tissimæ eius Matris MARIÆ Virg. Dni. nostri, &  
Ordinis Nostri singularis Aduocatæ & Patronæ;  
nec non Sanctorū DOMINICI Patris nostri, Petri

Comunio  
Christiana  
est ex vni-  
tate Eccle-  
siæ.

Origo spe-  
cialis com-  
munica-  
tionis in-  
ter Ordi-  
nem & Fra-  
ternitatem  
Rosarij.

D d 3 Marty-

Martyris, Antonini, Thomæ, Vincentij, Catharinæ, & cæterorum Sanctorum & Sanctarum DEI pia intercessione confisi; Omnium Missarum & Sacrificiorum, Orationum, Prædicationum, Studiorum, Vigiliarum, Ieiuniorum, Abstinendarum, Peregrinationum, Obedientiarum, Laborum, cæterorumq; Bonorum ac Meritorum, quæ per Fratres ac Sorores Ordinis nostri diuina Bonitas in mundo fieri dederit vniuerso; COMMVNIONEM & participationem libenter vobis concedimus & elargimur: Vosq; ad ipsius Ordinis Beneficia, & suffragia vniuersa & singula recipimus, admittimusq; in vita pariter, & in morte: Vt multiplici Sanctorum suffragiorum præsidio adiuti, hic augmentum gratiæ, & in futuro gloriam percipiatis æternam. In Nomine PATRIS & FILII, & SPIRITVS SANCTI. Amen.

In quorum fidem his Officij nostri sigillo munis propria manu subscripsimus.

*F. Seraph. Caballus. M. G.*

Causæ quædam speciales Communicati-  
onis.

Factum ergo liquet: Libet nunc factæ participationis nonnullas rationes, seu mori-  
as recedendo duntaxat afferre. Quas equidem tales o-  
pinores fuisse.

I. Quod Ordo & Fraternitas, eiusdem Patris S. Dominici velut duæ quædam germanæ proles sint; altera religiosa; secularis altera. Ex eo simul natæ, ab eo educatæ, & institutis formatæ, docete ipsum, & ei dictante Virg. MARIA: Hanc causam M. General. Seraphinus in suo instrumento adduxit.

II. Quod Fraternitas hæc, quædam sit Spiritus hæreditas, quam S. Dominicus Ordini suo reliquit, & commendauit. Quam Ordo semper conseruauit; auxit, & propagauit; coluit & prædicauit. Quam DEVS & DEIPARA tot ac tantis miraculis illustrauit. Quam S. Sedes Apostolica

CRIM

tam paternè semper procurauit; Indulgentijs ac priuilegijs condecorauit; Ordini soli propriam esse debere adiudicauit; Omnibus Christi fidelibus toties, ac tot nominibus commendauit. Ecce tibi causam vnã, quæ, adinstar papauerini capitis, semen in se continet plurimarum.

III. Addo, Quod Ordo noster, ad succurrendum Ecclesiæ natus & factus, plurimum in hac fructus per Fraternitatem Rosarij fecerit semper; hodieq; efficiat. Vt idcirco noluerit, suum hoc tam viuum & efficax instrumentum suorum exors meritorum relinquere.

IV. Quod Fraternitatis in Ordinem, eleemosynis victitantem, non parua semper gratuita, & voluntaria constiterint beneficia; vt supra lib. 2. cap. 13. declaratum, & infra liquebit amplius. Itaq; velut titulo gratitudinis ipsi pro beneficijs hoc, quod habet & potest, rependit Ordo; secundum Apostoli doctrinam: e. Vt, dum Fratrum Rosarij abundantia, Prædicatorum inopiam supplet; horum quoq; abundantia illorum inopia sit supplementum; vt fiat equalitas, Fraternitas igitur quia Ordini agnata est; quia hæreditaria est; quia benefica; quia gloriosa est; semperque vsui permagno fuit ad bonum publicum Ecclesiæ promouendum: ea propter digna quoque visa est; quæ tanta quanta, hæres & particeps omnium Ordinis meritorum, in vita pariter, & in morte suorum, ritu solemni cooptaretur.

III. Sed obstreper hic, & obstringillar sinistra quædam vel suspicio, vel interpretatio; cui occurrendum videtur. Hanc liberalem Ordinis pietatem, piamq; charitatem interpretabitur forte non nemo ad lucri cupiditatem.

At is mihi, (vt parcè loquar) calumniabitur. Enimuerò, quid est, quod hæc suspicio in Ordinem magis, quam in ipsam S. Sedem Apostolica

Dd:4

CRIM

c. 2. Cor. 8.  
14.

Participatio ea facta est nõ questus causa;

cam cadat? Hæc enim longè ampliora Spiri-  
talia dona in Fraternitatem eandem congestis  
quam Ordo conferre vnquam possit. Nam  
quis Ecclesiæ thesauros, hoc est, merita Chri-  
sti & Sanctorum, quin iunò, vel vnâ inde  
promptam Indulgentiam plenariam, quis, in-  
quam, non intelligit ea bona, Ordinis meri-  
tis omnibus longissimè antecellere? Atq; Sa-  
crum Ecclesiæ Ararium Pontifices aperuerunt  
Fraternitati tantum quantum, hoc est, admise-  
runt omnes, & singulos Rofarij Confratres, &  
Sorores, vt specialiter dilectos, ad specialem  
participationem Meritorum totius Ecclesiæ,  
Christi scilicet & Sanctorum: Vt eorum Con-  
fratrum etiam singuli diebus singulis per to-  
tum annum possint indulgentiam plenariam  
inde sibi vsurpare, ac participare; vt possint quo-  
tidie plenariam, vt ita dica in indulgentiam per  
modum suffragij defuncto applicare; atque ita  
quot diebus vnâ ex igne purgatorio animam  
liberare. Quo quid mirus? quid admirabilius?  
Et verò idem est verissimum; vt liquet capite su-  
periore.

Sed zelo  
animarū.

Jam quæ comparatio tanti meritorum the-  
sauri, quantus est Ecclesiæ, cum Ordinis vnus  
quantusvis etiam meritis iniri poterit? At illa  
Fraternitati largitur Apostolica dispensatio ius-  
sè, canonicè, validè; ex alia cupiditate nulla,  
nisi animarū, & salutis facilius consequendæ.  
Hæc autem merita sua eidem Fraternitati com-  
municat Ordo, quia iustè voluit, & validè po-  
tuit, & canonicè perfecit. Et cum ea id pro-  
testatione perfecit, qua nihil clarius. Nam  
prioris instrumenti verba sunt ista: *Non ratione  
quæ sunt, sed deuotionis gratia.* Alterius sunt ista:  
*Vosq; ad ipsius Ordinis Beneficia & Suffragia vnuer-*

sa &

*sa & singulare recipimus, admittimusq; in vita pari-  
ter, & in morte. Audi finem & intentionem:  
Vt multiplici Sanctorum suffragiorum presidio adiu-  
ri, hic augmentum gratiæ, & in futuro gloriam per-  
cipiatis æternam.*

Quid est igitur, quo videri possit, suspicio cu-  
piditatis alicuius magis cadere in Ordinem mi-  
nora, quàm in Sedem Pontificiam maiora con-  
ferentem Fraternitati? An quòd Ordo profes-  
sionem paupertatis sectetur? Ergone tam san-  
cta professio existere non posse existimabitur;  
quin simul obnoxia sit tam sordidæ cupiditatis  
suspicioni? Jam hoc est ipsam professionem; ip-  
sam perfectionem ex Ecclesia tollere, & malignam  
pro ea suspensionem inuehere, eamq; in lo-  
cum veritatis astruere: Quo quidem nihil fingi  
peruersius potest. Sed alij iam dudum gra-  
uissimi scriptores, Summiq; Pontifices religio-  
sam Paupertatem ab hac calumia vindicarunt;  
nostrum verò Ordinem etiam nominatim ac-  
sèpius; vt libro 2. cap. 13. videre est.

Nec suspen-  
ctanda est  
Ordinis  
professa  
paupertas.

IV. Nec minus ratione Fraternitatis eidem  
& crebrò, & grauiter cautum voluerunt Summi  
Pontifices; & quatenus ab hac Ordini dona aut  
facienda, aut admittenda sint, statuerunt: Sit  
exemplo Leonis X declaratio, quæ talis. e. *Quòd  
PRO RECEPTIONE & INSCRIPTIONE aliquo-  
rum Confratrum siue Confratorum in dicta Con-  
fraternitate nihil omninò temporale EXIGI debeat:  
sed SPONTE OBLATA dumtaxat recipi possint, per-  
petuo statumus; & ordinamus.* Addo Pij V. simile  
Statutum: *Autoritate Apostolica. f. inquit, per  
presentes statumus; quòd nulli licitum existat, &c.* In Frater-  
nitatem *minusq; aliquis Confrater, seu vir, siue mulier ali-*  
*quid eandem Societati pro illius ingressu, vel alia qua-*  
*uis de causa persoluere possit.* Quid idem de Obla-  
tionibus, donationibus, legatis, &c. an benè esse  
aut debet.

c. Leo X. in  
Bulla: Pæ-  
storia a. 1517.  
&c.

Quæ illi,  
& quate-  
nus licita  
sunt.  
f. P. us V. in  
Bulla: Inter  
desiderab-  
lia, &c.  
In Frater-  
nitatem  
inscriptio  
purè gra-  
uita esse  
debet.

Dd 5

aut ipsi Fraternitati; aut ab hac Ordini suo iam Confraterno factis, seu faciendis statuerit; infra capite penultimo proferetur.

Equidem hoc loco omittere non debeo, quod innouatæ Fraternitatis nostræ adiutor præcipuus P. Michael ab Insulis ea super re, in *Quodlibetis* suis vniuersæ Theologicæ Facultati in cæteris quoque disputandum proposuit, in *Materia de Fraternitate Rosarij secunda*. Ibi sic ille. De *Modo Institutionis, vel ingressus huius Fraternitatis sciendum est, Quod Ipsa in sola duntaxat quarundam Orationum liberali communicatione fundata & instituta est: Ita quod in ea nullum temporale dandum est, nec in ingressu, nec in egressu vel in progressu, Vnde si qui, (quod absit,) facerent eam quaestuariam, aut per eam extorquere vellent pecunias; tunc reuera, tanquã & pseudopropheta, sunt vitandi, & excludendi à Fraternitate: Ita: Et ut imo, puniendi ab ipsa gloriosa Virgine Maria: Vt ipse qui Suae Fraternitatis puritatem sic insciunt, vel maculant. Hæc Insulanus grauius & fortiter pronuncians ex suo quondam Magistro B. P. N. Alano de Rupe huc repetiuit, De Manuentione tamè Aræ Fraternitatis, quã diligenter frequens Cardinalium Collegium scripserit; superius cap. 9. recitauit. Ex quibus, quatenus dare, vel acceptare licitum sit, aut vetitum, satis liquet.*

f *Corn. ferm.*  
5. de *Rosario*  
ex *M. Michael. ab*  
*Insulis*  
*Quodlib.*  
*materia 1.*  
*propositione,*  
3.

His addo, quæ Doct. Cornelius Senekis Generatilis Prædicator Rosarij f. ita prodit: in Circa gressu in Fraternitatē tria sunt necessaria: Causa, Modus, Intētio. CAUSA sit purè spiritualis, ad cōmunicandū sibi ipsis bona opera, vt sunt Missæ, vigiliæ, orationes, & eleemosynæ. MODVS, vt, volens intrare, petat ad illam recipi propter DEVM, & in fraternam charitate. Et in tali receptione tūc non debet fieri mentio de dando aliquo per obligationem; sed nudè sit intentio ad salutem animæ.

animæ. Verūm si post receptionem velit quis aliquid dare ad honorem Dei, & Sanctorum; puta ad luminaria, vel ad eleemosynas pauperum, vel ad decorandum altaria, aut huiusmodi; hoc non est prohibitum: sed magis commendabile, & meritorium. Vnde sicut vnus potest inducere alium per eleemosynas corporales ad aliqua spiritalia opera exercenda; puta ad orandum Rosarium, ad dicendam Missam, vel simile quid: ita etiam fratres Fraternitatis possunt se mutuo inducere ad dandum aliquid pro sustentandis, & continuandis oneribus pijs illius Fraternitatis.]

Hæc P. Cornelius. Itaque quod in omni re alia, id in hac quoque dandi accipiendique causa est attendendum, finis nimirum, vt ex Solone Satyricus monet: g.

*Respicere ad longa iussit spatia ultima meta,*

*Et spectare Solon finem docet.*

Et verò finem institutæ Fraternitatis Sanctissimi Rosarij, quisquis ad temporale commodū quocunq; prætextu conuertit; iam eum funditus peruertit, Iudæ, Simonis, Ananiæ, Saphyræ vanissimus confrater Etenim, vt pulchrè S. Augustinus ratiocinatur: h. *Si vanum est propter bonum laudes bona facere: quantum vanius propter adipiscendam pecuniam, vel auerendam, siue retinendam?*

Itaque sicut quisque petitor humilis ac pius Fraternitate donatur gratis; ita se ipse eidem dicitur gratis ad maius bonum suum Spirituale acquirendū, & gloriam Dei exaugendam: Vt tamen liceat ei, cum liber, dare quantum libebit. Illi dixerim cum Quidio. i. Tu ipse quidem.

*Dignus es argento, fuluo quoque dignior auro;*

*Sed Te cum donas: Ista inuare solent.*

Habe-

Finis in  
dante spe-  
ctandus.

g *Inuenalis*  
*Satyra 10.*

h. *S. Aug. in*  
*Psalt. 118.*  
*conione. 22.*

i *Quid. 1. 3.*  
*de Ponte*  
*Eleg. 8.*

Habeant igitur alia quaecunque Fraternalitates, laudabiles eae & canonicae; pactum annuendum ad ingressum pecuniae certae; frequentem quoque certas subinde Collectas, & indicant ad pios usus: Bene haec. Sed *Nos in Fraternalitate ista consuetudinem non habemus.* k. *Quaerit ea, quaerit Ordo primum regnum Dei & cetera adiunguntur ei ad aram manutentionem, adque decorem Domus Dei necessaria. Nec tamen finit fidelis Deus suum mercede dignum operatum Ordinem mercede frustrari.*

V. De cuius Ordinis in Ecclesia meritis ac fructibus eximijs qui iuste aestimauerit, is non poterit non maximi ducere istam meritum suorum communicationem gratuitam, Fraternalitati sollemniter factam Ego, etsi res ipsa omnem orationem superet confessa; vnam tamen Sixti Papae IIII grauissimam attestationem hic reddam. Ea sic habet *m. NOS Ordinis Fratrum Praedicatorum, & personarum eius statum prosperum & tranquillum intensis desideramus affectibus &c. propter vobis fructus, quos Ordo ipse multa praesulgens gloria MERITORVM, & gratia SANCTITATIS, in agro militantis Ecclesia, ad propagationem fidei orthodoxa haec etiam produxit vobis, ac producit; & in futurum producturum fore, spe firma tenemus, palmis suis fructus à mari usque ad mare, & etiam ad barbaras extendendos nationes, Ita Sixtus I. II. anno c. l. o. cccc. lxxv.*

At quia vetus hoc licet non admodum; ne tamen Laconicum istud occinas *F. utimus & cetera*: accipe nouum, & quidem nouissimum à Clemēte VIII in Bulla, data anno. c. l. o. de v. die 23. Martij, Motu proprio, vt ipse testatur: *non ad instantiam, &c. sed ex certa Nostra scientia*: In hac ita testatur Exquo, Ordine Praedicatorum, *uberissimi in Ecclesia Dei fructus ad ipsius Omnipotentis Dei laudem, & Christiana reip. Spirituale communi-*

k. i. Cor. II. 16.

Luc. II. 13.

Ordinis  
Prædic. in  
Ecclesia  
meritum  
& Sancti-  
tas.

in Sixtus  
I. in Bulla  
de re ma-  
gnâ dicta.

q. Cle. VIII.  
in Bulla  
Iniuncti  
nobis Apost.

*modum & utilitatem, ab ipsius Ordinis initio semper prodierunt, & iudic. &c.*

VI. Cum igitur de Ordinis constet meritis, deoque horum gratuita, & canonicè facta communicatione; necesse est non paruam interuenire cōiunctione debere Ordine inter ac Fraternalitatem; Certè haud minorem, atque de cuius adoptione; quæ non *ius sanguis, sed agnationis offert.* Quin, si D. Ambrosio credimus, cum eo dicamus oportet: *o. maior est Fraternalitas Christi, quâ sanguinis sanguinis enim Fraternalitas tantummodo similitudinem corporis: Christi autem Fraternalitas unanimi atem cordis anima que demonstrat: sicut scriptum est: erat autem Credentium cor unum & anima vna.*

Quare cum Ordinis atque Fraternalitatis cōiunctio facta, consistat in communicatione Spiritus, & spiritualium meritum; sequitur eam omni sanguinis, atque fortunarum participatione maiorem esse oportere. Id quod adeo philosophus etiam ethnicus ille Antisthenes quondam agnouit, atque ita testatum prodidit: *p. Vir iustus, inquit, & amicus plurius est faciendus; quam cognatus. Arctiora enim sunt vincula virtutis, quam sanguinis. Et omnis bonus homo, proximo cognatus est; propter animorum similitudinem.* Idem melior autor S. Ambrosius ita expressit *q. Non sanguinis similitudo; sed virtutis cognatio proximos facit.*

Cuius autem potissimum virtutis cognatio Confratres Rosarii fecit Praedicatoribus non proximos tantum; sed intimos Familiare, & coheredes? Plures eae quidem recēseri possent: at hic ego nominabo vnum dūtataxat orandi Rosarii studij & deuotione: vtrique. ita communē, vt propria atque peculiarem, fundatam in charitate frat-

Ordinis &  
Fraternali-  
tatis arcta  
necessitu-  
do est.

S. Amb.  
serm. 59.

Et interior  
Spiritualium  
communicatio.

p Diogenes  
Laertius in  
vitis Philo-  
sophorum li.  
6. c. 1.

q S. Amb.  
super Malachi-  
am.

Mediante  
deuotione  
& charitate.

2 S: *Aug. lib. 2. contra Academ. s Idem cap. 3. Ioan.* fraterna. *Charitas* autem, teste S. Augustino non solum *Frates omnes homines inter se constituit*: sed etiam, ut idem inquit alibi: *s. Charitas cor unum Fratrum multorum facit*. Fecit planè Ordinem inter & Fraternalitè Rosarij. Atq; ita perfecti; ut nò tantù Satisfactionū merita spiritualia cuiusque partis; sed illa etiam, quæ ex Ecclesiæ thesauro diuino Pontifices vtriusque concessissent, haberent inuicem communia.

Peroratio, in communicationem.

1 In Aldi Manuij Chiliadis. i. centuria 1. pro uerbiorum

u Plato lib. 5. de legibus. x. de legibus. x. Arist. lib. 2. Politicorū. Benè & verè Plato. u. Filicem ait, ac beatam forè ciuitatem, in qua non audirentur hac verba: MEVM, & NON MEVM. Volens, inquit eius Auditor, x. ob usum, virtutem, & Societatem ciuiliem, omnia esse communia; iuxta prouerbium.

Vita communis est in natura fundata. y. Au. Gell. Nocturnum

Atque ut intelligatur quàm huius doctrinæ, & Canonice principia, ipsi sint insita naturæ, penitissimèque hæreant; cum existis solius naturæ Magistris atque doctoribus patet; tum ex illo instituto, quod Agellius prodit, y. Pythagoram non solum h. uis sententia parentem (Amicorum communia omnia); verè etiam huiusmodi quamdam

dam vita, ac facultatum communionem induxisset. Qualem Christus, subdit in Chiliade prima Eraclitici. Atticorum li. 1. cap. 9. inus, inter omnes Christianos esse vult. Nam quicumque ab Illo in cohortem illam disciplinarum recepti fuissent; quod quilibet pecunia familiaque haberent, in medium dabant: quod re atque verbo Romane appellatur *Canobium*; nimirum à *vita*, fortunæque *Societate*.

Hæc ille excucullatus Excænobita, & apostata vir inutilis Roterodamus; qui meliora hæc probat, deteriora securus, in æternum dedecus suum, ac damnationem. Malè malis: bonis benè; & diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum. Atqui & ego particeps sum omnium timendum te a. Domine, & custodientium mandata tua Confratrum ipsorum Ordinis, atque Rosarij. Nā si Res amicorum sint communes; maxime conuenit, ut Amicorum item Amici sint communes: ut eleganter Theophrastus philosophus apud Plutarchum. h. Itraque amici Ordinis, censendi sunt & Fraternalitatis amici. Atque ista hic ex occasione de Communionem sufficienti; ex proposito autem de hac alibi fortè pertractabitur, adiuuante Deo, & vita comitante.

z Ro. 3, 28. a Psal. 118.

b Plut in commentarijs sole periphrasit.

CAPVT

DE PRÆROGATIVIS FRATERNI-  
TATIS ROSARII,  
CORELLARIUM QVARTVM.

*Elenchus, & Synopsis plerarumq; Prærogatiua-  
rum Fraternalitatis Rosarij, quibus eavna  
præceteris laudatissimis Frater-  
nitatibus pol-  
let.*

Proposi-  
tio.

**R**Acematio quædam hic à me, facta ex om-  
nibus supra iam dictis, ac doctis, institue-  
tur. iuuabit enim sub oculis collecta videre, quæ  
hactenus sparsim ac fusè demonstrata sunt EX-  
IMIA inesse Fraternalitati nostræ. Quæ quidem  
EXIMIA sunt eiusmodi, vt non iniuria PRÆROGA-  
TIVAS appellare queas; quibus vna illa supra  
omnes alias longè eminent Fraternalitates quas  
aut pro tempore hodie existere vsquam sua ea-  
rum celebritas orbi Christiano prodat; aut ex-  
tistisse vnquam, post primitiua Ecclesiæ fra-  
ternitatem illam communem, vllæ retrò  
literæ recordentur: (Saluâ singularum dig-  
nitate, & absque nostræ vlla iactantia hoc dix-  
erim.)

Necessaria  
occupatio.  
a Platarchus in  
Apoph. Roman.

Dico tamen idem, & constanter affirmo, vt  
Iustum ac Verum. Iustitia quippe postulat suum  
enique reddis; idque ita liberè, cordatè & con-  
stanter; vt nec pro Iustis orare deceat *quingquam*; nec  
pro Injustis exorare *quisquam* debeat: vt aiebat vir  
& Censor grauissimus. M. Cato. a. Quare ista  
Fraternalitati nostræ tribuere & assignare, quæ  
illi verè insunt EXIMIA; cum Iustum sit: (et si in-  
uidiosum fortè cadere, aut videri possit:) idcir-  
cò pro

cò pro re iusta non decet à me orari quingquam;  
vt ne hæc Rosarij prærogatiuas arbitretur suæ,  
aut alterius esse Fraternalitatis derogatiuas. Silere  
autem, vel dissimulare; quæ alterius laudi & orna-  
mento debentur; & ita debentur, vt cognita  
pluribus esse queant emolumento; hoc iam du-  
plici nomine Iniustum est censendum. Quò mi-  
nus debet quisquam iniustum à me silentium, in-  
uidia declinandæ prætexu, impetrare.

I. Hæc igitur præcellunt in Fraternalitate Ro-  
sarij; quæ ipsam antecellere cæteris docent. Sunt  
que ea partim ipsi soli propria; partim, vt non nul-  
la, cum alijs quidem communia; in Ipsa tamen ex  
singulari quapiam nota illustriora. Istius generis  
sunt, quæ subiiciuntur.

I. Eadem ter, & amplius benedicta Virgo  
MARIA, quæ Mater Dei fuit, fuit & Mater Fra-  
ternitatis Rosarij. Nam ipsius instinctu & iussu  
est per S. Dominicum nata; Ipsius instructione  
est certis ritibus ac institutis informata & ob-  
seruata: Ipsius auspicio est latissimè, celerrimèq;  
propagata.

II. Sola est ea omnium Fraternalitas, quæ se-  
cundum Deum ac Deiparam, primordia sua re-  
ferre queat ad eundem Fundatorem & Sui, & Or-  
dinis alicuius religiosi: quæ sese Ordini sacro di-  
cere verè cognatam possit ac debeat; quæ com-  
mune primitus nomen cum Ordine fuerit Sorti-  
ta: quæ professæ Ordinis Paupertati, per quâ-  
uis barbaras etiam nationes, manus munificas &  
auxiliares indefinenter porrexerit; vt eò liberius  
spiritualibus ipse munijs suis, animarum saluti, Ec-  
clesiæque bono publico sese impendere, & lon-  
gius ipsius excurrere valeret industria.

II. Vna ea semper fuit præcipuè Fraternalitas,  
quæ habita est plurimum Ecclesiæ prodesse, siue  
ad Orthodoxorum pietatem, mores ac discipli-

Eximia  
sunt dupli-  
cia in Fra-  
ternitate  
Rosarij.

1. Fraternali-  
tatis Ma-  
ter.

2. Pater. &  
cognatio  
cum ordi-  
ne religio-  
so.

3. Utilitas  
in Ecclesia.



nam siue ad cacodoxorum, hæresumque extirpationem.

4. Miraculis claret. IV. Nulla est laudatissimarum quarumque Fraternitatum, quam Deus tot, tantis, tamque testatis miraculis illustrauerit, atque hanc de Rosario: quæ quidem tam certis Scriptorum monumentis celebretur ad posteritatis memoriam consignata.

5. Commendatur prædicanda. V. Nulla est, quam Fundator alicuius Ordinis adeo ipsius facti sui specie, & exemplo, suo commendari Ordini prædicandam; uti hanc S. Dominicus. Ea causa successores Ipsius, M. Generales, reperiuntur Prædicatores Generales, pro more & instituto creasse, quibus hanc prædicandi functionem singularim demandabant. Reperiuntur, & partim in manibus habentur doctissimorum Prædicatorum Sermones de Rosario, deq; Fraternitate? Reperiuntur à Pontificibus singularia ijs Indulta, & priuilegia esse concessa Reperiuntur tantum non ipsi summi Pontifices ad eam toties Christi fideles inuitasse, hodieque inuitare per tot Bullas tantis commendationibus, ac Indulgentiarum beneficijs refertas.

6. Fraternitas ordinem parit. VII. Nulla est, quæ alicui in Ecclesia Ordini religioso nascendi dederit initium et occasionem; uti hæc de Rosario. A qua *b. Ordo S. Dominici, qui dicitur de Paenitentia, siue de Tertia Regula S. Dominici, primo incepit*: teste Alano, Atque ea erat *Fraternitas de Militia Nomine IE V* dicta, (de qua alibi,) ex Fraternitate hac velut Colonia quædam deducta. Cuius quidem Ordinis hodie reliquum est nihil, quod sciam, præter laicas virgines, viduasue professas de Tertia Regula Prædicatorum.

7. Patrocinium B. V. habet singulare. VI. Nulla est, quæ tam præfens, constantique Patronæ Beatissimæ V. MARIAE præsidium & auxilium in tot aut fuerit exper ta casibus, signis &

& prodigijs; aut expertam sese tot, tantisque factis docere queat.

VIII. Nulla est earum, quæ hodie existunt, Nonstræ par Antiquitate, Successione, Successu, Connuatione, & Celebritate.

IX. Nulla est, quæ ut elanguisset, tam mirandis modis, ac signis fuerit innouata.

X. Nulla est, quæ velut Ordinis patrimonium piû atq; hæreditas, illi soli fuerit vnice, uti propria, perpetuum dicata, canonicè adiudicata, ac solenniter vindicata.

XI. Nulla est, quæ ante eam totius Ordinis alicuius iudicio & voluntate, ac Sedis Apostolicæ autoritate fuerit in sortem ac partem adscripta omnium Spiritualium Meritorum eiusdem Ordinis religiosi, talis ac tanti.

XII. Nulla est Fraternitas pro qua vna tot Pontifices, tot seu Breuia seu Rescripta ediderint: eaque singula qualia, quantaq; testimonia? quot & quanta in vnus gratiam Rosarij Fraternitatis.

XIII. Nulla est, pro qua tot Cardinales, tot Legati Apostolici, totq; Sacri Præsules & Antistites religiosi scripserunt. Nulla de qua tam illustria fuerint omnium Staruum ac Ordinum declarata iudicia; in quam fuerint tam studiosi pijsq; affectus, & amores, & honores demonstrati; atque huic Nostræ obtigerant.

XIV. Nulla est, ad quam tantum non maior; ut nec par fuerit vnquâ accursus hominū omnis ætatis, sexus, ordinis, status, conditionis (ut à nemine satis apprehendi animo estimariq; vixdum credi possit tantus, quantum vel ex vna Coloniensis Conuentus Matricula Fraternitatis, exempli causa, superius demonstraui. Neque verò ea hominum numero; quam amplitudine, dignitate, potentia, & religione fuit frequentior &, venerabilior: Et hoc vsque eò

8. Est antiquissima Et celeberrima omnium.

9. Renouatur mire.

10. Appropriatur Ordini.

11. Fit confors merito rum Ordinis.

12. Testimonia habet & encomia Pontificia.

13. Ecclesiastica, Religiosa, & Politica.

14. Numero frequentissima.



*Dei Oblatio munda*: tam latè patet Prædicato-  
rum Ordo: tam latè cum eodem progressa confi-  
sit Fraternitas.

Quare sicut iugis Sacrificij in Ecclesia est per-  
petua quædam diurna, nocturnaque continua-  
tio, abique vlla intermissione, & temporis à sacra  
Litatione vacui intercapedine (nam diu noctuq;  
momentum non est, quo sol oriens non aliam  
semper atque aliam Ecclesiæ oram perlustrans  
aperiat, & Christos Domini ad aris operandum  
euocet.) Ita quoque non esse punctum temporis  
existimo; quo non aliqua ad Rosarium preces  
Deo fundantur. Hocque id amplius censeo; quò  
& plures sunt Rosarij oratores, quam Sacerdo-  
tes, & quò ad illud accedere facilius est, & repe-  
tere id sæpius licet; quam Sacrum Missæ officii.

XXIII. Nulla est, quæ vel plures, & celebriores,  
vel populosiores conuentus agitare queat ita  
passim per vrbes; atque hæc generalissima no-  
stra; quippe qua nõ alia sit frequentior de facto.

XXIV. Nulla est, à qua non tantum Ecclesia  
plura habeat orationũ præsidia; sed singuli qui-  
que Confratres etiam ac Sorores; atque in tan-  
tæ Fraternitatis nostræ communicatione, quæ  
vel in solis (vt cætera fileam) sit litatis ac hebdo-  
madarijs trium Rosariorum orationibus.

XXV. Nulla denique esse videtur Fraternitas,  
cuius solius tituli professio simul ipsa & Fidei  
Orthodoxæ tam certa sit professio eadem, quam  
certam solam facit signum Rosarij. Inter hære-  
cos es? Rosarium gere, prome Rosarium, aut vo-  
ce profiterere in Rosarij Fraternitate cultorem  
gloriosissimæ V. Mariæ censeris: iam continuo  
Romanensis audies; iam papicola cum cachinnis  
& conuitijs proclamaberis; iam verus veræ Con-  
fessor Fidei coram hominibus factus & agnitus  
mereberis quæ & Autor Fidei CHRISTVS IESVS co-

ram

ram Patre suo confiteatur. Inter Catholicos ver-  
saberis? Idem exhibe Rosarium, id ora, id lauda;  
vel ad eius te cultores Fratres accensero; conti-  
nuò qui præsentés adfuerint, aliam longè de te  
opinionem tacitis concipient animis rectè in Fi-  
desentientes. & humilibus consentientes: te illi  
pium, modestum grauem iuxta & comem; ver-  
bo, *Virum bonum* esse sibi persuadebunt; certè  
talem minimè, qualem mundi zizaniosus ager  
in maligno positus, efferre passim consuevit.

II. Hæcenus è proprijs Fraternitati Corona-  
riæ prærogatiuis nonnullas recensendo dunta-  
xat excurre; reliquum foret, vt alteram earum  
classim explicarem, & ostenderem quas illa in  
se plurimas continet cum alijs quidem atq; alijs  
communes Fraternitatibus; Sed ita tamen com-  
munes; vt modo quodam singulari cernatur in Fra-  
ternitate Rosarij illustriores. Quòd ipsi, si minus  
vt propriæ, at certè vt singulares, eximiaq; in ea  
Nota sunt adscribendæ. Quas ego singulas enu-  
merando longum me faciam; paucas vno tantum  
fasciculo dabo. Sunt itaq; Eximia quædam pro-  
pe singularia in Fraternitate Rosarij cum alia,  
tum ista.

I. Quòd ad tam præclarum Fraternitatis insti-  
tutum admissio, & inscriptio non tantum sit, sed  
& esse debeat prorsus gratuita: Cum ad alias ple-  
rasque Fraternitates aditus aut sit ære patefaci-  
endus; aut, si vltro patuerit, postmodum statis,  
aut alijs sit Collectis inargentandus. De hoc  
Beysseus ita: *Quæ Sodales cum tam præiosa, ac  
tam sacra sit, ut nullo possit terreno pretio estimari,  
est tamen tam vilis atque familiaris, vt sola possit vo-  
luntate haberi. Gratuitum cunctis ingressum præbet.*

2. Quòd ea sit tanti instituti forma, atque  
conditio; vt nihil præcipiat, nullius rei obli-  
gationè cuiquã imponat: Sit proinde ipsius causa

Et 4 nemi-

Eximia  
quædam &  
propè sin-  
gularia in  
Fraternita-  
te Rosarij,

Admissio  
gratuita.

2. Nulla  
obligatio  
aut culpæ  
metus.

23. Est in  
conuenti-  
bus agen-  
dis multa.

24. Est, quæ  
plurimum  
orat.

25. Eius  
symbolum  
est realis  
professio  
Fidei.

nemini ab vlla vel culpa, vel pœna suæ conscientia metuendum. De hoc sic B. Beyselius: *Ingressos propria libertati derelinquit. Observantem legitimum virum munerat præmijs; Non observantem ne quidem leuissimè reprehendit. Non facit noxios homines; quia nec obnoxios: nunitat omnes, obligat neminè. Meliorem facere conditionem potest; deteriore non potest.* Sic ille. Testantur sequentia.

3. Hæreditas spiritalis immensa.

3. Vnumquemque primo ingressu sui in eam die, in immensam præsentissimorum spiritualium bonorum hæreditatè accipit, & consortem adscribit. Quæ quidem tanta sunt bona, vt haud sciam, an in vllius Ordinis sacri Religionis (si votorum professionem, & à mundo sequestrationè exceperis) possint aut alia plura, aut eadem maiora cuiquam obuenire.

4. Remissio culparum & pœnarum omnium.

4. Enimverdò in primo ad Fraternitatem aditu, ecce tibi, prima adest ritè integra remissio omnium peccatorum, quæ non culpam tantum; sed omnem quoque pœnam reliquam funditus exhauriat; velut alter quidam baptismus. Illud namque potest Sacramentum; hoc autem efficit Sacramentale indulgentiarum.

5. Iugis pœnitentiæ status.

5. Reliquus inde vitæ cursus, ab tali expiatione sui que in nouatione ductus, & constanter per ductus, quid esse censendus est aliud, nisi stadiū quoddam iugis pœnitentiæ, vitæque in melius emendatæ, iter per vias planas tendentis; *d. que retrò sunt obliuiscens; ad ea vero, qua sunt priora, exteudentis seipsam, ad destinatum branium superna vocationis Dei in Christo IESV.*

d. Philp. 3. v. 13.

6. Commoditas vacandi Deo.

6. Adhæc in tali proposito, vitæque instituto, sub tali tantæ Patronæ auspicio, in tanto tot Cōfratrum auxilio spiritali mutuo, atque exemplo conspicuo, quæ abesse vacandi Deo cōmoditas potest? Quæ esse facultas exequendi in omnibus diuinam voluntatem? Quæ voluntas tam du-

12

ra, & peruersa vt non aliquantum se flecti sinat in viâ mandatorum Dei decurrendam? Quod ceteram acerbis asperum odij, aut iris exulceratum, aut laceratū iniurijs; vt non vel ad nomen, aut recordationè solâ FRATERNITATIS, & velut profectæ in ea Fraternali Charitatis, emollescere queat?

7. Adde quod illa tantarum orationum Fraternalitas, quædam sit cæterarum velut schola virtutum earum, quæ ministræ comitesque; vnius esse orationis debent & Charitatis.

8. Hæ autem orationes in Fraternalitate quidem tam sunt frequentes tam feruentes, tam assiduæ; vt nunquam intermissæ cessent. Tot quoque comitatæ stipantur virtutibus, quibus semper è terris in cælum versus incedunt; vt homines inter ac Deum semper commutare non desinant; sicque illam regiam cælorum viam peruiam ac apertam teneant, per quam influxus diuinarum gratiarum depluat in subiecta illa, & collecta in vnum, charæ Fraternalitatis, & fraternali Charitatis Capita: Quis est, qui vel mente & cogitatione concipere valeat, quam latis ille campis, & quantus influxus gratiæ super Cōfratres descendat? Quantus fluminis impetus lætificet illam ciuitatè Dei, & sanctificet tabernacula sua Altissimi; hoc est; suorum corda fidelium & sui amoris in eis ignem accendat: Ita nimirum, ita renouatur facies terræ, & fratrum habitantiū in vnū.

9. Meritum verdò, quod consequens est, quantum inde in horrea cælestia condatur; quantum in thesauros Dei deponatur; nemo satis vnquam estimare poterit, præter vnum eorum Largitorum Deum.

Sunt hi Fraternalitatis, in primis Nostræ tantæ ac talis fructus, & ij planè tam certissimi, quam amplissimi. Sed quis vel spicilegium istorum dicendo aut scribendo colligat; quos ager ille

Ee 5 Frater.

7. Schola virtutum

8. Influxus gratiarum.

9. Accumulatio meritorum.

Fraternitatis, in tanta perpetua; messe sua, posteris semper alijs super alios venientibus ad collectionem relinquit adeo vberes; vt si predecessores nihil demessuissent, aut vnam metendo spicam centum sparsissent alias? O felix, vereq; beatum spicilegium! Ecce enim, 10, quantus est optimorum exemplorum fructus? Quando plures in Fraternitate nos antecedunt, & decedunt; tantò post se plura nobis exempla relinquunt, & impressa virtutum vestigia, quæ certi sequamur.

10. Copia  
exemplo-  
rum.

11. Vnio a-  
nimorum.

11. Atq; vt contentius sequamur, facit Vnitatis illa summa connexio; Confratrum inter se in archissima charitate.

13. Opitu-  
lacio labo-  
rancium.

12. Quæ charitas, ne defecta viribus aliquando excidat, suis ecce ipsa hac in Fraternitate fructibus alitur opipare, & corroboratur; Illa nimirum sua mutua omnia bonorum operum communione.

13. Quin & ope mutuâ, operibusq; charitatis atq; misericordiæ, (si quando res manus postulet auxiliares,) inuicè Confratres, vel hoc nomine suo persuasi, libentius sibi & liberalius opirantur.

e. Psal. 122.  
14. Securi-  
tas mortis.

14. Quæ omnia sicut vitam iucundam faciunt, vereq; vitam, secundum illud: *e. Quam bonum & iucundum, habitare Fratres in vnum: quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam in seculum:* ita quoq; morti afferunt securitatem & tranquillitatem tantam, quantam maximam sibi quisquam in hac vita præparare queat, aut fortè sperare audeat.

15. Signū  
prædesti-  
nationis.

15. Quod enim homini sæculari diuina signū prædestinationis suæ in vitam obuenire illudrius possit, quam recordari, in eam sese Fraternitatem, miserante Deo, Deiparâ adiuuante, vocatum esse; in ea sese versatum constanter; in ea saluam

saluam se seruasse suam, aut confanasse sapius conscientiam; fretum tot deprecatoribus, quot in orbe Confratribus; non suis nixum meritis; sed fraternæ charitatis communicatione in Deo fidentes; atq; nunc deniq; in eadem se animam agere, eamque reddere Factori suo plenam spe bona?

16. Magna hæc, & efficacia! At illud quantum? Certeus Marris Misericordiæ tibi, Fratri suo, atq; in tali re ac tempore patrocinium; quam tibi illi tuum præstiteris famulitiū. Jam quæ Mater accipit & amplectitur; hunc quæ admodum Iudex Filii abijciat?

16. Patro-  
cinium B.  
V. Mariæ.

17. Qui per tam frequentem & dignum Sacramentorum usum, (qualis in Fraternitate esse consuevit,) vitam suam traduxit: qui pacis & concordie fraternæ membrum semper viuus esse studuit; qui benè beatèq; hic viuere instituit; hunc, quasi infidelis, Deus æternâ vitâ & gloriâ destituat? Quis igitur, quam, & vnde speram aliam sibi fingat atq; concipiat vitæ?

17. Vfus  
dignior Sa-  
cramento-  
rum.

18. Quod si tamen debitorum, quàm merito- rum pondus maius animæ ex humanis decedenti incumberet; quod eam in carcere ac profundo loci depressam teneret diutius; non iam est in terris, vnde maiorem ac certiore illa sui releuationem expectare, ac sperare queat; atque à Fraternitate Rosarij. Ausim dicere; & affirmo etiam: Non Principem, non Regem, non Imperatorem, nec Papam maiora animæ suæ posse prouidere suffragiorum præsidia; quàm in Fraternitate cuius parata sint, ac præstentur defuncto. Libet ea, velut in medium coniecta, ostendere? Principio quælibet in Fraternitate defuncti anima potuit in agone participare plenariam indulgentiam, & relaxationem ab omnibus pænis, simul remissionem omnium peccatorum.

18. Suffra-  
gia defun-  
ctorum.

2. Si minus hoc ex aliquo neglectu factum; particeps tamen sit omnium & Fraternalitatis totius, & Ordinis satisfactionum, per modum suffragij. Jam & hæc quanta sunt? Et in hoc quantum Religiosorum; in Illa quantum Confratrum est numerus? Quis, quibus opibus sibi tot comparare potest deprecatores? Vtrobique sunt stata quædam & solennia animabus in Purgatorio existentibus suffragiorum auxilia; & illa tum communia, tum singularia. Singularia sunt, iusta ea quæ cuiusque loci Fraternalitas exsoluit ipso die depositionis, in Sacrificijs, in Rosariorum precibus, in oblatis elemosynis. Ad hæc quot mensuris conuentibus solenniter fit commendatio eorum nominatim in officio Missæ, in precibus præsentium; qui intra elapsum mensem diem suum vltimum obierunt.

4. Communia sunt; Anniuersaria quatuor, quæ ab vniuersa Fraternalitate quot annis post die Purificationis, Annunciationis, Assumptionis & Natiuitatis MARIE toto orbe celebrantur pro defunctis eiusdem Fraternalitatis.

5. Item Anniuersaria totidem, quæ Ordo Prædicatorum pro Suis ex Instituto consuevit obire. Quorum æque participes sunt defuncti in Fraternalitate, atque in Ordine. ob dictam superius Communicationem meritorum.

6. Quotidiana seu Sacra, quæ peraguntur in ordine pro defunctis indies; seu precum suffragia, quæ à Fraternalitate quotidie Deo offeruntur; ea omnia & singula, sub certa sorte & quota, vt aiunt, redundant in defunctos.

7. Indulgentiæ per modum suffragij vitæ functis in Fraternalitate quantæ, quamque facili negotio, & quoties applicari queant, satis est superius demonstratum;

Atque

Atque hæc è multis pauca, pro exempli gratia sufficiant; ad cognoscendum, quantæ sint in Rosarij Fraternalitate aut incomparabiles prærogatiuæ, aut alia Singularia, planeque Eximia: quæ vel hostem, si non in amorem Fraternalitatis inducere; at certe in iustam admirationem rapere possunt. Materiem verò concionum de Fraternalitatis Instituto ad populum instituendarum quam amplam, quam vtilem, eruditis quoque auribus non indignam ista Prædicatoribus offerant; nemo est qui non intelligat. Sed de hisce vt singularim à me quondam, si vixero tractetur, animo sedet: calamoque rudis iam facta delineatio est. Dedit qui velle & incipere; Deus & perficere dabit.

#### CAPVT XV.

#### DE FRUCTIBVS FRATERNITATIS ROSARI.

#### CORELLARIVM QVINTVM.

*De eximis quibusdam effectibus, ac fructibus  
Fraternalitatis atque Rosarij, ex P. Alano  
de Rupe, & alijs.*

**R**ecensitis, ac in breuem coniectis elencum ipsi, quæ in Fraternalitate nostra eminent Eximia, perquam aptum facturus videor, si ijs hoc loco subiecero *mirabiles effectus*, à *Alan. lib. de dignit. Psal. B. V. M. c. c. sub medium.* Vfus Rosarij in Ordine Prædicatorum. *1. [Hortatione B. Dominici, cuncti Fratres & Sorores Ordinis sui Prædicatorum infallibiliter,*

liter, & ineffabiliter summa cum deuotione Mihi famulabantur, & Filio meo in hoc Trinitatis Psalterio, vt ad minus quilibet Frater die omni diceret Psalterium integrum, Quam diu durauit hoc Psalterium in tali Ordine Sancto, tam diu scientia, sapientia, obseruantia, miraculorum fama & gloria apud DEVM & homines in immensum floruit. Quando verò defecit hoc Psalterium, Ordo Prædicatorum in quam plurimis defecit: Vt iam parietes, & picturæ, & libri, & Epitaphia defunctorum produunt, et si linguæ hominum hoc dicere nollent. Quin imò diebus illis, si quis dimisisset hoc Psalterium die aliquo; totam diem ipsam æstimabat esse perditam. Per hoc quoq; Psalterium in ipso Ordine sacro contigerunt prodigia & signa mirabilia in tam immenso numero; vt maximus liber de his fieri potuisset; absq; alijs innumeris, quæ in regnis Hispaniarum, in Italia & Francia contigerunt.

Effectus  
mirandi in  
ordine.

Interq;  
Christia-  
nos Pœni-  
tentia.  
Innocen-  
tia vitæ.  
Victoriæ.  
Eleemofy-  
næ.

1. Per hoc enim scelesti peccatores & mulieres in sanctam vitam mox conuertebantur; gemitusq; & fletus dabantur in abundantia.

2. Pœnitentiæ fiebant, causa huius Psalterij, etiam a puellis & pueris, incredibiles.

3. Deuotionis ardor in Me, & erga Filium meum per hoc sic florebat, vt Angelos in terras venisse ferè putares.

4. Fides quoq; sic roborabatur, vt pleriq; libé-  
tissimè cuperent mori pro fide, & contra hære-  
ticos debellare. Quin imò Dominum Simonem  
Montis fortis Comitem cum suo exercitu dice-  
re hoc Psalterium B. Dominicus edocuit. Cuius  
virtute incredibiles, & inæstimabiles victoriæ  
præfato Comiti cælitus sunt collatæ: vt aliquâ-  
do quingenti de suis fugarent decem millia hæ-  
reticorum in terra Albigensium. Quin imò tri-  
ginta

ginta de suis aliquando fugarunt tria millia ali-  
orum: Et tria millia de suis magnum Regem  
Arragoniæ cum plusquam viginti hæreticorum  
millibus debellarunt occisum. Erantq; tunc fi-  
deles sæpius inermes; & tamen inuulnerabiles,  
Imò centum de parte Comitis visi sunt ab ad-  
uersarijs ferè totam terram cooperire, ex Ange-  
lorum assistentia, terrorq; minimi ipsorum fi-  
delium contra hæreticos erat vt terror imma-  
nissimi & fortissimi gigantis Sicq; Oratione  
S. Dominici vna cum virtute Psalterij terræ hæ-  
reticorum subiugata sunt Ecclesiæ.

5. Huius Psalterij virtute multæ fiebant elee-  
mosynæ; fundebantur Ecclesiæ, hospitalia ædi-  
ficabantur casta & honesta: fiebantq; mirabi-  
les reuelationes, mirabiliaq; alia plura.

Honestas  
morum &  
pax.

6. Sanctitas etiam maxima, & contemptus  
mundi, honor Ecclesiæ, iustitia Principum; pax  
ciuium, honestas cum unitarum & domorum sic  
vigeat, vt nullus possit dicere sufficienter.

7. Quin imò laboratores manuales non pri-  
us opera attendebant, quam B. Virginē in Psal-  
terio salutassent: Nec dormiebant, nisi prius  
genibus flexis deuoti in hoc ipsi fuissent. Imò si  
casu dormientes se non dixisse Psalterium die  
illa deprehendissent; mox de latere coniugis  
prosiliebant, & deuotius pœnitendo se saluta-  
bant.

Zelus orã-  
di Rosariū  
inter sacu-  
lares.

8. Neq; nunc de rerum mundanarum prospe-  
ro euentu, qui Virginis famulis semper affuit,  
opus est dicere: Verum tanta fuit istius Psal-  
terij fama, vt, si qui fuissent deuoti, mox ab om-  
nibus suspicabantur esse Fratres Psalterij. Si  
verò aliquis peccator, aut blasphemus videba-  
tur, de illo in prouerbio dicebatur: Iste non est  
de Fratribus Dominici.

Rosarium  
est nota  
deuotariū.

9. Es

Zelus o-  
randi rosa-  
rium in  
Ordine.

9. Et quod magis: tanta fuit in hoc Psalterio deuotio, vt Fratres Dominici citius reperirentur in Ecclesia, aut in choro, causa huius Psalterij dicendi, quam in Dormitorio, vel studio. Tantaq; huius Psalterij in hoc Ordine Prædicatorum volitabat fama: vt si quempiam quis vidisset in aliquo negligenter agere, confidenter negligenti tali aiebat: O frater, certissime Psalterium non dicitis Virginis MARIÆ, aut saltem dicitis indeuotè, &c.

Miraculo-  
rum edi-  
tio.

10. Quanta prodigia peregit S. Virgo in diuersis terrarum climatibus per hoc Psalterium, cum S. Dominicus Confratriam Psalterij prædicaret? Postmodum sui Fratres per orbem vadiq; sermocinando præconisarent? Quantas pestilentias vniuersales per idem sedauit eadem Virgo? Quantas guerras regias & horribiles pacauit? Febres, sanguinis fluxum, & huiusmodi nociua corporum hoc Psalterio promerente penitus propulsauit. Certè mundus tunc MARIÆ gaudebat donis; cœlestes angeli istis iucundabantur Psalterijs: tota Trinitas in his lætabatur: Filius Dei tanto encœnio plurimum fruebatur: & virgo MARIA omnibus bona providebat, & iucundata gaudebat, &c.

Cœlitum  
læticia.

Fructus  
XXX. Fra-  
ternitatis.

Sed vt cognoscant omnes, quantæ vtilitates in hac Confratria publica sint; triginta fructus eiusdem manifestabo. Primus est, esse sine quacunq; auaritia, Sacrilegio & Symonia. Secundus. Amor proximorum cœlestis ex ea proueniens. Tertius. pax villarum, & Communitatum concordia. Quartus, Communicatio orationis ad Christum, & eius Genitricem. Quintus, Offensas proximis quaslibet puro corde indulgere. Sextus, Corporalis elemosyna. Septimus, Bonum Consilium proximorum, & egregium documentum. Octauus, Correctio fra-

terna.

terna. 9. Conscientiarum puritas per Confessionem. 10. Satisfactio pro peccatis, ratione communicationis in bonis.

11. Est in Purgatorio animarum liberatio. 12. Ducere Apostolicam vitam, simul Angelicam & Deinam, per sanctam bonorum communicationem. 13. Subleuario spei per abundantiam bonorum in ipsa factorum, singularissime in miseris peccatoribus. 14. Augmentatio meritorum, singulariter in imperfectis. 15. Charitativa consolatio tristium & dolentium. 16. Sancta religiositas, cunctos faciēs quasi religiosos per bonorum sanctam communionem. 17. Dispositio ad omnia bona, ratione Confessionis. 18. Introductio ad omnia bona mundi causa charitatis fraternæ. 19. Fortitudo contra tentationes diaboli, carnis ac mundi. 20. Gaudium spiritale de gratiosa societate bonorum, & communicatione magna sanctorum.

21. Securitas conscientiarum: cum hæc Confratria ad nullum obliget peccatum mortale aut veniale; sed tantum ad poenam præactam,] de priuatione scilicet communicationis orationum Fraternitatis, tempore omissionis factarum in ea; 22. Infantium & puerorum dispositio ad vniuersam bonitatis viam, per inceptionem debitam diuini seruitij tempore iuuentutis. 23. A communibus tribulationibus huius mundi, vt sunt guerra, fames, pestilentia, & huiusmodi liberatio, per communicationem peccantium cum bonis. 24. A mala morte præseruatio, causa bonæ vitæ præcedentis. 25. Quod hæc Confraternitas quasi impropotionaliter excedit omnes alias Confratrias, sicut tota hominis vita excedit vnâ solam eius operationem.

26. Pauperum saluatio, carentium pecunijs pro ingressu aliarum Confratriarum.

Ff

27. Quod



27. Quod in hac Confraternitate est maior amor, quam inter parentes, & amicos carnales, rarior communicationis meritorum. 28. Timere Deum. 29. Perfectio vitæ actiuæ, in ordine ad proximum. 30. Deuotio vitæ cõtemplatiuæ, respectu Dei, Sanctorum & virtutum. Quorum XXX. bonorum, secundum Augustinum, minimum plus valet toto mundo corporeo; & tamen mirabile est, quod pro huiusmodi nihil temporale exigitur; nisi quantum deu otio suggerit cuique datur in pios vsus, aut causas] Hæc B. Alanus noster ex ore B. V. Mariæ obseruata retulit in secreta aduersaria & Commentaria sua, planèque prædicauit.

II. Ad cumulum hisce adijciam, quæ vir doctissimus, & scriptor iuxta grauissimus Joannes Trithemius, in suo de Fraternitate S. Annæ libello, enumerat admirandamortalibus beneficia à Deo præstari solita per Deiparæ parentem, in eiusdem Fraternitate cultam ritè Patronam, & inuocatam. Verum hic te meminisse volo, quæ superius de ortu huiusce Fraternitatis ex M. Michael de Intulis prodidi; ipsam nimirum cum Rosarij Societate renata natam Colonia ab vno cœpisse autore: nec alio precum vsam ritu, vel penso, quam in illa Rosarij solitum fuit vsurpari. Quare filialis ea Fraternitas quam accepit ab illa Rosarij Matre sua precandi gratiam; ad eandem quoque libens & grata referet impetrandi efficaciam. Vt, ynde hauserit donum; eò refundat & meritum. Quos ego de Fraternitate Matrice Filix commemoro; eos ille de Filiali Societate matris enumerat fructus, verbis istis, verbo à me vno duntaxat immutato. Sic scribit ille.

Trith. lib.  
diçto 6. 14.

[Nemo intelligit, nemo credit, nemo capit, quanta Deus amatoribus S. Mariæ quotidie benefi-

beneficia conferat: nisi quem deuota experientia informat.

Scimus autem per inuocationem S. MARIÆ multos viros potentes, eruditos, nobiles & ignobiles, virgines & mulieres, iuuenes & senes. Beneficia B. Mariæ in suis Cultores.

1. à maximis tribulationibus sæpè liberatos:

2. A periculis ereptos:

3. In necessitatibus mirabiliter adiutos.

4. Multos etiam vtriusq; sexus homines religiosos & sæculares à grauissimis tentationibus carnis & Spiritus, meritis S. MARIÆ multoties comperimus liberatos.

5. Alios in egestate & paupertate constitutos, per S. Mariæ suffragia inopinatè abundè prouisos:

6. Alios de graui infirmitate esse curatos.

7. Quis enumeret, quanti à perniciofa mentis tristitia & melancholia pijssimæ Matris adiutorio sanati sint?

8. Quanti quoq; inter aduersa securi?

9. Inter hostes ac latrones impauidi?

10. Inter maris pericula tuti euaserunt? Maria Mater Sanctissima multos sibi deuotos à diuersis tentationibus consuevit eripere:

11. A pestilentia contagione liberare.

12. A varijs quoq; infirmitatibus curare.

13. Quis enarrat, quanto à pessima desperatione ad spem misericordia reduxerit?

14. Quantos à durissima peccati consuetudine ad penitentia semitas recauit?

15. Quantos in Religione, & extra tepidè conuersantes igne diuini amoris inflammauit?

16. Eius meritis & suffragijs in partu mulieres à periculis, alioquin vicina mortis liberatae sunt.

17. Multi etiam à sententia perpetuæ damnationis, sicut legimus, erepti.

18. Deniq; nonnullos cultores suos ab infamæ opprobrio custodiuisse dicitur.

19. Alios à desperata ægritudine.

20. Nonnullos à vinculis & carceribus.

21. Quosdam etiam à mortis imminentis periculis liberasse memoratur.

22. Legimus etiam meritis eius ad vitam nonnullos de morte reuocatos:

23. Alios in mortis articulo per eam clementissimè visitatos: & antequam relinquerent mundum, factos iam de celo securos.

24. Sæpè etiam obtusa quorundam ingenia illuminasse dicitur; vt, qui sine eruditione prius despecti fuerant; multis postea fierent in administrationem.

25. Oratores quoq; in dicendo sæpè lapsos in tantum inuocata roborasse dicitur; vt non solum constantes, sed etiam inuenirent se factos in perorando promptiores.

26. Amissa deniq; per eius inuocationem legimus mirabiliter esse inuenta.

Sed quid nitor in immensum? Nam si mihi ferrea vox esset, linguæq; centum; non omnia eius beneficia percurrere possem; quibus suis consuevit subuenire cultoribus: Tot verd eius inueniuntur beneficia: quot humanæ vitæ extant incommoda. De quacunque tribulatione cum deuotione quis clamauerit; potens est impetrare auxilium. Pergrinantes ad patriam reducit: Omnia dare nouit; quæ Christianum hominem petere lice tantum: y deuota fides commendat orantem. De omnibus verò, quæ in genere commemorando demeraxat perstrinxerimus; exempla specialiter facta in promptu habemus: quibus non incerta scribere;

scribere; sed facta in veritate possemus enarrare.

Verum non est nostri propositi historiam texere: sed laudes Diuæ Matris, quanta poterimus simplicitate, declarare. Neque enim propter miracula colendam dixerim: sed in DEVM pietatem. Omnium miraculorum maximum est; si meritis eius compunctionem, veniamque peccatorum nostrorum mereamur accipere: Si malam consuetudinem vincere; si ad æternam vitam peruenire. In hunc finem nobis, & non alium colenda est. [Ista Trithemius. Qui Abbas Spanhemensis nomen fuit, totiusque Conuentus sui nomina singula Coloniam miserat iam pridem in Rosarij Fraternalitatem inscribenda; velut M. S. C. Colonienfis hodieq; testatur.

Potèrò idem libro eodem à multis eam fructibus & magnis ita commendat. [Multa ex huius felicissimæ Fraternalitatis celebratione bona deuotis hominibus preueniunt: quibus ab ea extranei plerumque vacui sunt. 1. Ad charitatem DEI & proximi cultores suos allicit. 2. Fraternali dilectionis concordiam facit. 3. A vitij & peccatis reuocat. 4. Ad supernæ felicitatis amorem desiderium inflammat. 5. Transio, quot Missæ, quot orationes, quot elemosinæ, quot sancta opera in hac Fraternalitate quotidie fiunt; quæ alioquin penitus intermitterentur.

Vnam Omnipotens omnium Christianorum corda ad similia deuotionis exercitia illuminet. Vtinam ad hanc Fraternalitatem ritè consentam omnium mentes inflammet: quanta deuotio, quanta pax, quantaq; in Ecclesia Catholica concordia redundare possit.

Enimuerò si omnes in hanc Fraternitatem concurrerent; fieri posset, vt amore Sanctæ MARIÆ à mutuis iniurijs desisterent; & in obseruantia mandatorum DEI alacriores redderentur.

Vera fraternitas & concors.

Vera etenim Fraternitas fratrum colit, & nutrit amorem: nec deuotio patitur esse dissimiles; quos obseruantia tantæ Congregationis in amore fecerit esse concordēs. O quis det, vt hæc Sancta Fraternitas per totum Christianum orbem diffusa celebretur. Vt omnes Fideles in amorem Diuæ MARIÆ rapiantur: & dum se in vnitatem Sanctam præueniunt, à bellis, & contumelijs mutuis, ob tantæ Patronæ reuerentiam, quiescant. Vtilis planè, ac semper honoranda Fraternitas; quæ fidem operibus format: spem erigit: charitatem excitat: deuotionem inflammat. Per eam namq; torpor à mentibus fidelium excutitur: & feruor sanctæ nouitatis inspiratur. Qui hanc oppugnat; insanit.] Hæc ibi. Cætera ex eodem alibi.

III. Tertium his addam præconem modè modestissimum, M. Michaëlem ab Insulis, B. Alani discipulum. Is in Conclusionē Quodlibetorum de Fraternitate Rosarij ita determinat. [Quam igitur vtile fuerit hanc Fraternitatem instituere; vel in eam intrare, est facile dicere.

Institutio Fraternitatis quantum sit bonum publicum.

Hæc conclusio satis patet ex prædictis. Pro cuius tamen intimiore intellectu nota Correlationem, Primum est ex parte Institutentis: Quòd videlicet Nationi Germanicæ, imò toti militanti Ecclesie; & præcipuè CIVITATI COLONIENSI, (in qua Auctor ea scribat, prædicabatque tum, cum acciderant illa; anno 1375) maius bonum præstitit: quam si maximum & penè infinitum temporalem thesaurum obtulisset. Vnde, sicut de Arrio dicit

dicit Ambrosius, quòd pœna eius nondum finita est; sed vsq; ad diem iudicij, secundum augmentum erroris sui, augetur. Sic erit de gloria huius, saltem accidentali, secundum augmentum Confratrum, & Bonorum, vt pote Salutationum, quæ continuè fiunt; & fient, Deo dante, amplius in futurum in hac Fraternitate. Quia multi multoties iam virginem saluant, inuocant, & laudant, qui prius non faciebant.

Secundum est ex parte ingredientis, seu hanc Fraternitatem acceptantis. Qui quanta bona in hac Fraternitate consequatur, patet ex dictis. Omnia simul comprehendam. Quòd videlicet ille, qui ex corde ad seruendum Virgini in hac Fraternitate se obrulerit, & eam virtutibus deuotè salutauerit, finaliter non peribit: Imò, secundum Anselmum, impossibile est eum perire. Ita enim idem Anselmus ipsam Virginem MARIAM affatur. [Sicut, inquit, à te auersus, ô Virgo MARIÀ, necesse est, vt pereat: Sic ad te conuersus impossibile est, vt pereat. Ad Virginem autem conuerti, nihil aliud est, quàm eam deuotè salutare. Taceo de miraculis, & exemplis, quæ dudum contigerunt ex hac Fraternitate vel deuotione, &c.] Hæc ibi Insulanus.

At in Compendio de Psalterio Sanctissimæ Trinitatis cap. 3. breuiter idem ista. [Per hanc guerra fugatur, discordia perit, &c. pauperibus subuenitur; captiuis indulgetur; & de hominibus terrenis filij DEI, & tanquam Angeli DEI efficiuntur.

Quin imò per hanc omne bonum præstatur, & omne malum enitatur: populusque Christianus ad DEI laudem, & Christi amorem, & Virginis venerationem gratissimè atrahit.

trahitur, atque ad puritatem, & iustitiam vinculo clementiæ perducitur. Quæ omnia ex laude Charitatis & Misericordiæ per Paulum, & Doctores Sanctos comprobantur.

O verè beata, & super beata Fraternalitas, concordiaq; non diuitiarum terrenarum, non carnalitatis, non vanitatis: sed animorum, meritorum, & virtutum totius Spiritualitatis. Quæ bona, secundum Augustinum, inimmensum excedunt quæcumq; Mundi terrena. Unde liquidò patet, quòd maius bonum homini confertur, cum ad istam Confratritiam recipitur; quam si mundus aureus, vel regnum argenteum ei donaretur, &c.

Idcirco, o charitatis amatores, accipere dignemini hanc Confraternitatem, tanquam anulum cælestis desponsationis: & veluti ornamenta regalis maiestatis: & sicut ferculum Salomonis ferculis reconditum, vniuersisque completum apothecis] cælestis recreationis & consolationis.] Et paulò superius idem. *O beata concordia, quasi nouella religio sanctissima charitatis. O verè sancta amicitia, per quam Dominus IESVS & MARIA in parentes recipiuntur; fraternitasq; filiales sub ea acquiritur; & dignitas diuinitatis mirisidè participatur. Beatus erit ille, qui permanserit in eo!* Hæc ille.

Atq; satis ista de inexplicabili Fraternalitatis Rosariiq; fructu. Quem quidem nemo mihi infitiabitur; mirabitur magis, ac etiam venerabitur; qui piè crediderit, quod de vnius Salutationis pretio ac merito, *misericordiæ & pietatis Regina piissima MARIA reuelauit B. Ana-* (verbis vtor Michaelis Insulan.) *Non est, aiebat, verè vniuersi Psalterio hoc, quod non plus valeat, quam vniuersi mundus aureus. Et quoties, inquit*

Fraternalitas est quasi religio.

Salutationis pretiū.

In Compendio de Psalterio Trinit. ca. p. 5.

quit ipse, *hæc verba dicimus; toties plus quam mundi aureos Christo & Virgini MARIA offerimus.* Ista Insulanus. Vide plura ex Alano in Clauis prædicandi, lib. 2 cap. 4.

## CAPVT XVI.

## CORELLARIVM SEXTVM.

*De Prædicatoribus Rosarij atq; Fraternalitatis.*

**R**es, & vocabulum Psalterij atque Rosarij, sunt inuicem discernenda, vt liquidò cognoscatur. 1. Vocabulo: *Rosarium*: ætatem asserere & vsum antiquiorem haud possum; quam vt ad annos retrò ducentos fortè, nec altius ascendat. Psalterium vulgariter appellabatur, aut Patrilogium. Quare & is precandi ritus per ætatem eam non sub rosarij, sed Psalterij nomine Prædicatores habebat.

Rosarium de nomine fortè non verus est.

2. Si tamen Magistro nostro Clementi Loffau, fides habenda est; (cur autem non sit, haud video:) altior isti vocabulo: *Rosarium*, debetur ætas. Quippe qua ad præcos eremi incolas sese referat: viros plerosque rudes idiotas, ac laicos pios; qui multum orabant pro populo DEI. Hofce inter Anachoretas culta quidem Fraternalitas fuit: fuit & precum vsum ad Rosarium plurimus: de nomine tamen illa Fraternalitas Rosarij haud quaquam appellata fuit. Sed nec prædicata ijs in desertis audiebatur. Nimirum vbi altissimum silentium, & factorum potius vox oculis, quam dictorum auriat vlturpari consueffet.

a. Loff. ser. de Rosario.

At in re est par Euan- gelio, ha- buitque eosdē prādicato- res.

3. Rem ipsam, quæ Rosario efficitur, si (nomi- ne prætermisso) consideres, iam illi tanta debe- tur antiquitas, vt originem ad Archangelum, ad Iesum Christum, adque Apostolos referat. Quo significatu Rosarium eosdem ac tot habuisse præ- dicatores dicendum est; quos vel Autores, vel præcones Orationis Dominicæ, Salutationis Ange- licæ, symbolique Apostolici fuisse nouimus, ac veneramur. Enimuerd & Patrum Sanctitas, & Ecclesiasticarum antiquitas omnis tota fuit in Oratione suadenda, commenda, euehenda. At vulgus Christianum, præter iam dictas præcan- di formulas, alias habebat nullas; precarios li- bellos nesciebat; quales reperta calcographia ex- trudit & vulgat, vt multis è manibus effluant Rosaria; quin & animis quidam penè fastidiant, velut anilia.

Ipsi offi- ciunt li- belli pre- cum.

5. Reor, iam fortè libellaticæ preces hominū, ad inescandum factæ & composiæ, simplices il- las, ac diuinas Dei, Angelorum ac Sanctorum ad Rosarium ab exordio Ecclesiæ vsurpari consue- tas, penè in fastium vocassent: aut certè Rosarij vsum ac memoriã aboleffent: si non diuino acci- didisset beneficio, Psalterium seu Rosarium tantæ, & sic commendari Fraternitati custodiendum; antequam inuecta ars typographica suis cum papyraceis preculis volitate, seque venditare cœpisset.

Hoc in- stantius prædicādū Rosarium est.

Quò diligentioribus hodie Rosarij prædica- toribus opus est: qui non Rem solum, sed & ri- tum illum præcandi peruerstum ac Sanctum in manus piorum restituant, & afferant; ac plantæ doceant, vnam Salutationem Angelicam, vnam Dominicam Orationem vniuersum omnes istas libellorum ac precum farragines centoneas lō- giffimè superare. Fecerint isti rem suo dignam officio; dignam nomine prædicatoris Rosarij dignam

dignam maioribus, Patribusque Sanctis.

Abfit tamen omnis in istiusmodi libellos in- Exemplo iuria. Etenim suum & ipsi pretium est. Attamen S. S. Pa- quos S. Patres minimè nouerunt. Quare verus trum. Orationis prædicator ita mihi cum S. Cypriano b Cyp ser. 6. prædicet. *b. Quæ potest magis Spiritus esse oratio; de Orat. quæ qua à CHRISTO nobis data est; à quo nobis Spi- Dom. ritus Sanctus missus est? Quæ vera magis apud Patrē precatio, quàm quæ à Filio, qui est Veritas, de eius ore prolata est? Vt aliter orare, quàm docuit, non igno- rantia sola sit; sed et culpa. Quando Ipse docuerit, & dixerit: Reijciis mandatum Dei, vt traditionem ve- stram stantis. Oremus igitur, Fratres dilectissimi, si- cut Magister Deus docuit. Sic ille, Et iterum: Cum dicat: quia quodcumque petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis: quanto efficacius impetramus, quoda- petimus in CHRISTI Nomine, si petamus Ipsius O- ratione?*

c Chry. tom ult. hom. de orat.

NB.

Porrò Rosarij prædicator ita mihi cū S. Chryso- stomo distinguar. *c. ista est oratio propria; alia Do- minica. Utud eiusdē inculcare non dubitet. d. Qui non sic orat, ut docuit Christus; non est Christi disci- pulus. Nec Pater libenter orationem exaudit, quàm Filius non dictauit. Cognoscit enim Pater sensum Fi- lii. & NON RECIPIIT VERBA, QUÆ HVMANA COGI- TATIO EXCOGITAVIT; sed qua sapientia Christi ex- posuit.* Sic apud Corneliū reperio. Huc illa seruiēt Rosarij Prædicatoribus quæ magnifica, quæ ad- miranda, quæ tantū nō diuina in librū primū Cla- uis Præcandi de; Rosario congeffi & pertractaui. Istis Rosarij preces commendari queunt vt cibi ac missus dapfiles, qui valent ad alendum: libel- lorum verò, vt cibi aspectabiles, qui oculos dum- taxat pascant inanes. Verū nos hic Prædicatores non informare; sed inquirere ac commemorare propositum habemus.

Duplex o- ratio est.

d Chr. super 6. Matt.

Psalte-

Psalterij  
prædicator  
primus.

Psalterij Prædicatorem quem primum ac principem dabimus? Quem Deus, inquam, dedit, atque Deipara; S. Dominicum. Neq; obstat, quod B. Alanus. ex Ioanne de Monte S. Domini comite tradit: quod *Fraternitas Psalterij*, (quæ ipsius sunt verba: *e. dudum fuit inuocata per sanctos Patres: quod Communitatem istam renouauit S. Dominicus. Vera ista: Verum dicit idem, quod signanter B. Dominicus id prædicarit, quod ad hoc cum signis & portentis mirabilibus missus fuerit. Qualis igitur idem fuit Psalterij & desiti reuocator, & indistincti ordinator, & additis mysterijs auctor, & vulgari prædicator: talis & eiusdẽ exiit Fraternitatis partim Restitutor, partim Institutor, auctor & propagator. Quippe qui & mädantis & mittētis Dei auspicio, ex professo ac vocationis Instituto prædicaret Psalteriũ, prædicaret & Eremitatẽ. Qua de re aliũ dare attestãre, q̃ memet scribẽtẽ malo. Ioan is Bonif. est, Hæc in q̃d Rosarij præcationẽ diuini Dominicus omnium maxime celebrauit: qui ex præscripto immaculata Virgine summos, infimos, patricos, plebeios; diuites, inopes; senes, pueros; uirum ac feminas ad hanc pietatẽ in formauit. c. Rosarium centum & quinquaginta Saluationum Angelicarum & Ferdinandus Castellæ & salterij Davidici imitationem, Magistra Dupanloup Fideles docuit; & eo se contra Albigenses, Beata Virginia bestes armavit. Idem prætorios globulos, gratias distribuit; quorum Paulus Lybeticus, quatuordecim Abbas Monachorum, ut Ecclesiastica tradidit hystoria inuentor fuit. Ciam enim trecentas Domino quoties preces offerret, (Anno hæc Psalteria conficunt) ne de bono numero qui quam detraberet, rem vocabat adiacentibus; singulasq; deprecationes singulis lapillis notabat, & certò sciebat. Et hac quidẽ de forma Rosarij, Sic ille ac rursus. *Et hæc arefcẽtes hominũ**

c Ala. in A-  
polog. ca. 10.

est primus  
Fraternita-  
tis prædica-  
tor.

d Bonif. tit.  
2. de vita  
& Miracu-  
lis Diuæ  
Virg.  
e Ferdinan-  
dus Castelli  
lib. 1. c. 11. de  
vita S. Do-  
minici.  
f Castodo-  
rus in Tri-  
partita lib. 3  
cap. 1.  
Paulus Eri-  
mita simi-  
lizer erat  
ad nume-  
rum.

curia flores, Diui Dominici aquis irrigatos & fontibus ad pristinam viriditatem ac pulchritudinem tandem aliquando rediisse ex Alano confirmat.

Quid igitur, inquires, de Petro Eremita Hispano proditur, ipsũ prædicasse Psalteriũ. Primò errorẽ de hoc ipso monebo: rẽ dein enarrabo. Errat Polydorus g. adscribẽs ipsi primã Rosarij adinuentionẽ. Errat Bonifaci⁹ in suo 1. editionis Virginali cum in margine affirmat, Petrũ sexdecadeci Rosarij primũ exitisse doctore. Hic monuit: dõ cebo alibi. Cæterũ de eodẽ ista sic prodũt historice, b. Dicitur Petrus iſt⁹ amore, & honore ductus aduersus terrã Sanctã ex voto peregrinãdi eadẽ petiuit, ac venerabũdus obiuit: deniq; sedẽ in ea sibi dilegit, & vitã egit eremiticã diu ac sanctã. Hic illi radẽ Seruator Christus apparuit, mädauit: rediret in Occidẽtis orbẽ, Cruci prædicãdẽ ad Palestinã è Saracenorũ tyrannidẽ vindicãdã. Iã annos gẽs ea trux nonaginta supra quadringẽtos Ciuitatẽ sanctã vi & armis tenebat. Anno clo. xcv Petrus Romam iter intẽdit; datũ sibi à Christo negotium ad Eiuſdem Vicarium Vrbaniũ perfert, ac totum id humiliter vni deferẽs, illius se arbitrio submittit ac permittit. Põ titef auditis omnibus diligẽter, & maturẽ deliberatis, Cõcilium Claremontanũ indicit. Ab hoc post multa decernitur prædicatio Crucis. Quo in manere tulit facillẽ Petrus is primas; Prædicator nec; diu: & tantum hominum voluntariõrũ Cruce signatur; vt inuictissimus Dux Codefridus Bulhonius cũ sexies centenis millibus trãsfretaret. Sed tantẽ res precib⁹ apud Deũ, quã ferro in Palestinã gerebatur, Clero edicit Cõcilium dictum, vt Horas de B. V. Mariæ præter Canonicas Sabbatinis solenniter concuerent aut dicerent; Virginis Opitulatricis patrociniõ demerendo, Laicis verò Petrus ille Rosarij preces impensẽ commendatas prædicabat;

g Palyd. l. 5.  
de Inuent:  
reum ca. 9.  
h. Guil. Ty-  
risse l. 1. de  
sacro bello  
c. 11. & 12.  
i. Molanus de  
Natiuitate  
Sanctorum  
Belgij 15.  
l. 1. 1. 1.

Petrus His-  
panus à  
Christo  
iussus.

A Papa  
missus præ-  
dicat Cru-  
cem.

Et Rosari-  
um, hoc est  
orandi stu-  
dium.

eadem

eidem Diuæ ritè conciliandæ. Hunc idem comprecandi modum ab Palæstinæ Eremiculis acceperat; consuetum illis inde iam diu Laicum Psalterium. Cuius prædicationis nouitas; & feruor prædicantis; & fructus, in vulgus effecerunt: ut is Petrus eiusdem orandi ritus autor ac inuentor crederetur. Inde nimirum Polydorus ipsi Rosarij inuentionem adscribit, sententiis ut multi. Sed lapsus errore vulgi est; quod alioquin & certior illius inuentorem alium nesciret: nec fortè in sacrotum origine ritum indaganda tantopere laborare proposuisset: quæque de cæterarum inuentionibus. Qua de quaestione plura nos in Rosario exemplorum.

*f. Psal. Virg. de rerum inuentione lib. 5. cap. 9. g. ala in Apolog. cap. 15.*

Rosarium est prædicandum omnibus.

Quia ipsum est Euangelium.

NB.

*In Sisyra eodem lib. cap. 4. 5.*

III. Cæterum, quæ apud Alanum nostrum de prædicando Rosario & Fraternitate reperio; hic reddidisse totidè verbis sat habeo lèmatissimum ad marg. nè adiectis. Sic igitur ille in Apolog. pro sua prædicatione Rosarij scripto ad Reuerendissimum Ferricū de Cluniaco. Episcopum Tornacensem g. [imitator Apostolorum Christi, Præful ingenuæ; Iustitia nunc requirit, ut inspicatur de utilitate doctrinæ, siue Prædicationis Psalterij. Pro quo Verbum Domini accipio Marci ultimo: Eunte; in mundum vniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ. Hæc autem propositio æquiualeat vniuersali in Logica. Sed Psalterium Virg. MARIÆ est Euangelium; cum constet ex duobus Euangelij, quibus, implicite complectuntur cuncta Euangelia, secundum Doctorem dicta magnorum. Ergo debet prædicari ab eis, qui gerunt vices Apostolorum, omni creaturæ; hoc est, omni statui Ecclesiæ. Nec numerus appositus in Euangelij istis est repugnans Euangelio; sed magis facit ad laudem Euangelij, meritum, & honorem; ut paruit. b. Signanter verò Fratres Ordinis Prædicatorum

rum singulariter hoc debent prædicare; cum habeant ex professione, & nomine atque institutione, esse Euangelij prædicatores, imitando Patris sui Dominici vestigia: qui, (vt temporibus modernis reuelauit) maximam partem suarum prædicationum, consiliorum, exemplorumque secundum hanc prædicationem ordinauit: quod & in libro magni cuiusdam viri reperi. Vnde videntur mandato Domini repugnare; qui conantur prædicationem suffragij huius impugnam.

Sed quid amplius referam? 1. Cum prædicationes sint propter utilitatem & fidelium salutem, quid vtilius poterit prædicari populis simplicibus; quàm Euangelium, per quod summa mundo utilitas est collata? 2. Insuper, cum prædicatio sit propter medicinam animarum; & ibi sunt duæ maximæ Euangeliorum medicinae: patet quòd hæc debeant prædicari. 3. Vt uterque prædicatio debet mundum illuminare: hæc verò sunt sacræ Paginæ magna luminaria; secundum Anselmum in quodam sermone. 4. Consequenter, prædicatio Euangelica debet ad virtutes Ecclesiam permouere; secundum August. lib. de doctrina Christiana: hoc autem fit summè in istis; secundum eundem, & Bernardum. 5. Dein, Prædicatio est ad vitiorum extirpationem, secundum Fulgentium sermone de peccatis: hæc autem duo sunt media ad faciendum ista. 6. Exin, Prædicatio est ad Fidem corroborandam, secundum Maximum in serm. hoc autem maximè fit in istis Euangelij quæ sunt duo Fidei fundamenta; secundum Fidem Catholicam. 7. Præterea prædicatio fit ad inimicum naturæ humanæ debellandum & ad erigendum homines ad Deum, cognoscendum atque laudandum; quæ sunt in istis; secundum Anselmum. 8. Similiter, prædicatio

Prædicationum est maximè à Prædicato-ribus exemplo S. Dominici.

Propter effectus & fines prædicationis, qui in Rosario continentur inque Patet & Auc.

catio ordinatur ad fugiendam damnationem, malā mortem, & consequendam æternam gloriam; quæ horum sunt medios; ex dictis Odilonis Cluniacensis. 9. Postmodum, prædicatio ordinatur singulariter ad Christum venerandum; quod fit per ista. Sicque discurrendo per omnes effectus prædicationis, & fines. inuenimus, quod in his duobus vniuersa lex pendet & prophetas, ex dictis Augu. & Bernardi.

Prædicatio  
ea non est  
vilipen-  
dendum.

Pleriq; tamen verentur ista prædicare, reputantes se vilipendi ex tali prædicatione. O superbia! ô vesania! Si quærunt, alta, si subtilia, quid quæto his reperiri poterit excellentius? si verba, aoua, Scientifica & dirissima; quid amplius his esse poterit, per quæ Nouus nouorum, & Sicientiarum, ac Diues diuitum venit in mundum? Ibi enim Trinitas Sanctissima est inclusa, maximè in mysterio Incarnationis; & cuncta implicite Fidei documenta sunt contenta veluti in duobus epithalamijs Sponsi & Sponsæ. Verè ergo hæc sunt prædicanda, ab illis signanter qui curam habent animarum. 1. Cùm enim Oratio sit summum remedium ad omne bonum obtinendum, & omne malum fugiendum, secundum Ambro; populares sunt maximè ad orandum excitandi. 2. Etiam, cùm ipsa oratio sit vna de summis pœnitentiæ partibus, à qua Baptista & Christus prædicationes primas inchoauerunt, clamantes. Pœnitentiam agite: Inde tota pagina antiqua Synagogam incessanter ad orandum exhortatur. 3. Et remedium contra omnia antiqui Testamenti pericula summum fuit oratio deuota. 4. Verùm & in nouo Testamento Christus mandauit semper orare: Et Apostolus ait. Sine intermissione orate. 5. Inde Ecclesia sciens, secundum August. maximum orationis esse bonum. cuncta facit orando opera, Imò omnes Religiones, secundum

Prædicandum est  
propter  
orationis  
necessitatem & utilitates.

PRAEDICATORIBVS CAP. XVI. 465  
cundum odilonem, vacare habent singulatissime in oratione sancta: 7. Inde Iura omnia vniuersos maximè ad hanc hortantur.

Cùm igitur oratio sit tantum necessaria Ecclesiæ, & Synagogæ; quid quæso dicendum erit de, communi populorum cœtu Ecclesiæ? Maximè igitur fideles Christiani sunt admonendi ad Orandum. 8. Inde quantò aliqui fuerunt Sancti; eò amplius fuerunt orationibus dediti. 9. Iude cum Sancti miracula fecerunt, aut aliqua magna; semper fuerunt orationibus muniti. Doceri igitur debent populares à Prælatris Ecclesiæ maximè vt sint Orationibus deuoti.

Sed quam orabunt quæso orationem aliam, quam prius dictam; qui penitus nullam sciunt aliam? Et cùm sit conueniens eos orare per vnam horam in die; quæ occupatur per Psalteriū Virg. Mariæ, quod ipsi sciunt; videtur conueniens esse. vt, cum audiunt Missam, hoc debeant orare. Quin imò prædicare hoc Psalterium, est trahere populum ad deuotionem, pœnitentiam, mundi contemptum, Ecclesiæ reuerentiam & humilitatem. Quoniam impossibile est fere, hanc orationem manere in homine sine mutatione dexterae Excelsi: quod erit in maximum bonum totius mundi, & in reformationē sæculi: prout aliquoties pia Virgo Maria reuelauit. Et vidimus hoc contigisse terris in multis maximā per experientiam, vt etiam Domini Plebani cum gaudio fatebantur.

Propter  
vitæ emē-  
dationem:

Si etiam parentes filios suos ad hoc hortarentur, optimos haberent filios moribus, & vita, & fortuna à Domino benedictos. Sicut faciebat Domina Iohanna S. Dominici mater ex Britannia oriunda comitissa de Goesman in Hispania, Domini etiam haberent seruos obediētes, si in Psalterio isto cogèrent eos esse MARIÆ VIRGINIS Famulantes. Inde

Mater S.  
Dominica



Confessarij propœnitentijs deberent hoc iniungere, non per obligationem ad peccatū; sed ad deuotionem & meritum augendum: sicut S. Dominicus faciebat. Certum enim est, quod omnia benè eueniēt, quæ sunt per MARIAM disposita. Videant igitur animarum Pastores ista diligenter, & prædicent Psalterium Virg. MARIAE.] Subijcit exemplum facti, de quo nos alibi, dein ita pergit:

Simplicitas in prædicando commendatur.

[Melius est ergo prædicare grossa, ponendo in manibus hominum Psalterium Mariæ, quod intelligunt: iuxta illud Pauli: Tanquam paruulis in Christo lac vobis porum dedi, non escam; quæ alta prædicare, quæ intrant per vnam aurem, & exeunt per aliam. Miscere tamen materias qualibet congruas cum hac materia, congruum est: non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.

Corellariū de Rosarij antiquitate & deuotione.

Propterea vnum addo satis singulare. Mirum videretur, quomodo, his ita visis, maximi viti in Ecclesia ignorare possunt virtutem Psalterij Virg. Mariæ: cū tamen agnoscant virtutem Dominicæ Orationis, & Angelicæ Salutationis: Et quis dicere audebit, quod sancti viti & Doctores Ecclesiæ ignorauerint ista, quæ nos certò cognoscimus? Quod si probatur, quia agnouerunt; non dubium est, quin hæc amauerint, & in deuotione ampliori habuerint.] Hæc Alanus. Progreditur inde, & summam Salutationis Angelicæ docet reuerentiā; ipsi eam Deiparæ, Apostolis, Angelis, Christo etiam sacrosanctam fuisse, ac vsurpatam.

i Alan. in Apolog. rito c. 19. Prædicare, an orare Rosarium sit melius?

IV. Idem Alanus mouet alibi tale Quæsitum; atque responder ad idem *i. Vtrum melius est, prædicare Psalterium; an perorare* [Dico ad hoc, cæteris paribus, quod est melius hoc prædicare; quam orare. Quia bonum quantò est communius & vtilius

vtilius; tantò melius est secundum Thomam Veruntamen quantum ad feruorem deuotionis; longè est melius orare, quam prædicare.

2. *Vtrum tamen melius sit dictare aliqua pertinentia ad Psalterium; an prædicare?* Ex dictis D. Thomæ satis haberi potest; quod melius est dictare, quam prædicare. Eò, quod Dictator, est Doctor doctorū; qui postea simplices ad prædicandū edocebūt. Et quia ibi est maior contèplatio, magis pertinens ad vitam contemplatiuam; quæ sit in prædicatione; quæ pertinet ad vitam actiuam. Vnde scriba est tanquam Moyses reuelans Aaroni verbum Domini: sed prædicatores sunt velut Aaron, in verbo Moyfi subiectus. Quamuis tamen ex parte laboris, vel charitatis, aut ex parte alicuius singularis charitatis prædicare, posset esse magis meritorium, quam dictare

3. *Similiter quæritur: Vtrum scribere sub dictante sit magis meritorium; quam orare Psalterium?* Ad hoc dico ex dictis Alberti Magni, quod Scriptores S. Doctorum, si fuerint in gratia, debent habere laureolam Doctorum, & locij esse in gloria cum ipsis; quamuis non æquali cū gloria. Isti sunt doctores prædicantium, & causa sunt salutis animarum salutarum; participantque in meritis omnibus, quæ vnquam fient per eorum scripta. Quod verum est, si scribant ex pura deuotione; & non solum librorum, vel pecuniæ auiditate. Pariq; modo magni sunt meriti, qui scripta talia communicabunt, & promulgabunt: Isti enim sunt aurigæ, secundum August. quibus vasa doctrinæ Spiritus S. deferuntur in mundum. Tales autem omnes meritò habent esse in Cōfratria Virg. Mariæ; quamuis non omnes orarent Psalterium suum in facto, orant tamen omnes isti in voto, vel in æquiualenti opere bono.] Ista Alanus. V. Terrium huc addo ex eodē

Scribere de Rosario an prædicare sit melius?

Describere scripta de Rosario quanti sit meriti.

ista verbatim. k. [Altissime Præsul terris in istis; Amplius cōgruit audire Promotorum atq; Defensorū laudes Psalterij **MARIÆ**, & etiā Prædicatorum, ex S. paginæ figuris. 1. Huiusmodi enim sunt, velut Angeli Dei maiores *l.*, qui minores in cælo illuminauerunt; vt starent in amore & laude Creatoris: alij, oppositum facientibus. ad inferna ruentibus; ex dictis Dionysij. 2. Sunt etiam tamquam *m.* bonus Abel' culturam Dei, & tamquam *n.* Seth, nomen Domini promouentes. 3. Quin imò sunt. *o.* alter Noe, in arca suæ potentia & charitatis multas saluantes animas à peccatorum multorum diluuijs. Eriguntq; arcam fæderis in signum pacis *p.* pro reis; & *q.* mittunt ad tentatos columbam ferentem ramum oliuæ pietatis.

4. Sunt etiam tanquam Abraham *r.* populos liberans de manu gentium, hoc est, peccatorū eruntq; multorū filiorū patres in deuotione Sancta. *s.* Sed & isti fodiunt *s.* puteos gratiæ benedictionis cum Isaac: 6. Eriguntq; scala. *r.* Psalterij **MARIÆ** V. cum Iacob, per quam peccatores in cælum ascendunt. 7. Seminant cū Iacob agros animarum, & vberriam colligent frugē; manipuliq; aliorū horū adorabunt manipulos *u.* cum Ioseph Patriarcha. 8. Imò isti tanquam Ioseph, sunt mundi Saluatores, frumenta satiationis & deuotionis distribuendo in populis.

9. Amabiles etiam hi sunt, tanquam Moyses, *y.* pascentes fidelium oues: qui cum virga sua miranda faciunt; hoc est, cum potentia sua **Ægyptum**, idest, cuncta genera peccatorum & dæmonū plagis Dei per hoc Psalteriū percutiēdo, liberādoq; electos Dei de captiuitate **Ægypti**. 10. Hi trahunt populū Domini ad desertū penitentia: *b.* Afferunt etiam esurienti populo aues cælestiū virtutū; & educunt de petra peccatorū fœt lacry

lacrymarum; *c.* ducendo filios Iesv Christi ad montem Garizim *d.* supernæ benedictionis. 10. *c.* **Exo. 16. c.** Nobiles etiam hi veritatis defensores sunt tamquam *e.* Ioseph, qui filios Israel ducens in terram *d.* **Deut. 27.** promissionis; diuiduntq; *f.* Iordanem, faciendo, *v.* 12. populum transire per compunctionem; ponent *e.* **Iosue. 1. f.** do. *g.* XII lapides in Iordanis medio, retrahuntq; *g.* 4. populū Dei deuiantem *h.*, ad verum Dei cultum *h.* **Iosue. 22.** 11. Veri etiam sunt pugiles Christi, tanquā Sami *i.* **Reg. 7.** uel, filios *i.* Israel reducens ad veram Dei notitiā. *k.* 1. **Reg. 17.** 12. Imo sunt David forrissimus, qui cū funda, *k.* 13. **Reg. 18.** idest, Psalterio suo Goliath, idest diabolū interm *l.* **Reg. 4.** ficiunt 13. Suntque tanquam Helias Zelantes *m.* 4. **7. 13.** zelum legis. *l.* ignem charitatis in multorum *n.* **Ierem. 28:** cordibus seminando, & errores infidelium detestando, & extirpando *o.* 14. Sunt Helisæus etiam. *p.* 1. **Esdræ. 3.** *m.* miracula multa faciendo in signis & præ *q.* **Eccle. 44.** digijs conuersionis animarum. 15. Strenuissimi etiam hi vasalli Christi & Mariæ Virginis sunt tanquā Ieremias Propheta *n.* cathenam ferentes in collo Psalterij **MARIÆ** Virg. mundum à peccatis reuocando per penitentiam. 16. Sunt & Daniel. *o.* magnus orator, & populi Dei singularis patrocinator 17. Imò sunt Zorobabel, *p.* e ducendo filios Christi de captiuitate Babilonica. Quid dicam amplius? 18. Hi sunt Domini Prophetæ, verba Dei annunciantes, *r.* & populos illuminantes. 19. Hi sunt Gabrielis focij Annunciationem Dominicam iterum mundo annunciantes. O gloria singularis? 20. Isti sunt discipuli Christi, & Apostoli, Euangelium prædicantes & defendentes. Sed & **CHRISTVM** imitatur Euangeliorū suorū summa oracula amātes, laudantes, & benedicentes, Perseuerent igitur tales vsque in finem, & salui erunt. Hæc, & plurima alia reperi in libro Ioannis de Mōte, quæ fuerunt

runt dicta S. Dominico ab eadem Virgine MA-  
RIA, pro ipsius animatione ad Psalterium hoc fa-  
cilius prædicandum ] Hucusque Alanus de  
Rosarij Prædicatoribus, atque defensoribus.  
Quæ idem, quæ alij passim ad hoc propositum  
exempla prodiderunt miranda item ac memo-  
randa, ea licet pleraque collecta videre in nostro  
Exemplorum Rosario, lib. 3. cap. 4.

## CAP. VII.

CORELLARIUM SEPTIMUM.  
DE TENTATIONIBVS FRA-  
TERNITATIS

Sive.

De attentationibus & impugnationibus varij  
aduersus eandem.

PER superiorum temporum memoriam terro-  
mihiredeunti; & perpeffas Fraternitatis in-  
festationes colligenti singulas, in mentem venit  
admirari diuinam protectionem, ac patrocini-  
um Deiparæ singulare erga semel institutam Si-  
bi, & sub Sanctissimi Rosarij signum vocatam  
Fraternitatem. Quippe quàm non solum mira-  
bilitium Patratof Deus, Deique Parens MARIA  
multis & magnis semper fecerunt inlyram  
miraculis & admirandam: vsq; ed; vt vel hostibus  
idcirco veneranda videri potuisset; tantòq; mi-  
nus infestanda: Verùm etiam quod summis in  
terra Pastoribus CHRISTI Vicaris illius  
curam in animos inspirauit idem Deus omninò  
singularem, planè que paternam. Quam Ipsi tam  
illustribus argumentis, certisque literarum mo-  
numentis & orbi declararunt, & prodiderunt  
posteritati: vt impugnationes, aduersus Frater-  
nitatè exortas inuestiganti nusquam alicunde  
certius colligere liceat, & intelligere; quàm ex ip-  
sis Pontificiarum defensionum scriptis.

Atque

Atque hanc ego viam secutus, multas, vari as,  
subinde graues etiam reperio sustinuisse eam  
impugnationes. Quas ita mihi dispertiri posse  
videor; vt earum appellem alias Generales; Par-  
ticulares seu Locales alias. *Generalis* voco eas; quæ  
vniuersam per orbem Fraternitatem appetebat.  
*Particulares seu prouatas*; quas certorum duntaxat  
locorum Fraternitates sentire contigit, ac susti-  
nere. Has refodere obrutas, ac persequi non li-  
bet. Quòd. *a. In iuriam obliuisci gloriosum & b. In-  
iuriarum remedium, obliuio sit*: quòdque intelligam  
ipsis Fraternitatibus plerisque, secundum Gre-  
gorium, e. visum, & verè, fuisse *gloriosus: iniuriam  
tacendo fugere; quàm respondendo superare.*

Generales autem duplicis generis temporibus  
diuersis extiterunt. Indirectæ nimirum, & dire-  
ctæ. *Indirectæ in Fraternitatè Attentationes* erant,  
quæ directè & principaliter instruebantur ad-  
uersus ipsum Prædicatorum Ordinem, eiusque  
sanctas Instituti functiones ad animarum salu-  
tem spectantes: indirectè verò, ad fideles fun-  
ctionibus Ordinis subtrahendos parabatur. *Di-  
rectæ* autem ipsam nominatim Fraternitatem  
Rosarij terere, ac in consuetis pijs exercitationi-  
bus perturbare moliebantur. Neque tamen  
earum genus vtrumque molitionum, eo-  
dem simul tempore in Fraternitatem arietabāt;  
neque diuersis alternatim aut mixtim irruerāt:  
sed illæ quidem indirectæ à latere Fraternitatè,  
à fronte ordinè impetentes, primo ferè sæculo  
ortus earum, ipsas exercuerunt: secundo partim il-  
læ sopitæ quieuerunt; partim Fraternitas calami-  
tate miserabili velut intermortua ferè occidit.  
At postquam suo sæculæ tertio diuinitus ex sus-  
citatata reuixit, & restoruit; simul nouis exercita-  
tionibus & directè petita, Pontificum de-  
fensione indiguit; ac perstitit seipsa robustior.

Attentatio-  
nes' dupli-  
ces gene-  
rales &  
particul.

a. S. Aug.  
serm. 16 de  
verbis Do-  
mini.  
b. Publius  
Mimus.  
c. S. Greg. li.  
30. Moral.  
ral. in Iob.  
Generales  
indirectæ.

Et Directæ  
in Frater-  
nitatem.

2. Papa  
scriptis.

Iam quartum ab ortu suo felix sæculum tristitia inter & læta constanter decurrit. Itaque ex ordine temporum Generalium dumtaxat aliquas; & harum quidem indirectas primùm; dein postea directas; vtrarumque simul origenes, & suppresiones enarrabo.

Cùm Ordo noster Prædicatorius, sub annum Christi clo. cc. xv. primus existeret Cõfirmatus, qui nouo Monastices Instituto clausuram omittet; ac foras se daret ad prædicandum, ad conuersandũ, ad informandos Orthodoxos, hæreticos conuertendos aut confutandos; ad Pœnitentiæ & Eucharistiæ Sacramenta ministranda, cæteraque salutis animarum necessaria, seu oportuna: eaq; gereret spiritu planè Apostolico, zelo pari ac fructu; cum grata omnium admurmuratione, iuxta & accursu: Cùmque simul, vsu, pra docui, pro S. Patris sui Dominici exemplo ac iussu ad Rosarij preces sacras populum induceret frequentissimum, excitatis passim Fraternitatibus, quæ tamquam comites erant sociæq; Conuentuum: Tum accedit, vt insuetæ Monachis an te hac functiones eæ, tã feruenter! & constanter obitæ, querelas, nonnullorum, atq; etiam inuidias, vimque excitarent; quã vel earum sisti potuisse cursus; aut hominum ad eas accursus auertit: nisi quæ altior media intercessisset potestas. Itaq; modo nascens perebatur Ordo; & simul patiebatur adnascens Fraternitas. Ille ex aduerso; hæc ex obliquo partim ab hæreticis, partim ab Catholicis imperebatur.

*Prima* illi ab Albigenfi prauitate extirrit hostilitas. Hęc inimica Crucis à Crucis Prædicatoribus, Dominicanis exagitur diu, ad vlque extirpationem internecinar. Hęc inimica orationis ab orationis Dominicæ & Angelicæ Fraternitate spirituali-

Indirecta  
impugnatio, i. ab  
hæreticis.

spiritualibus armis enervabatur; vt demum occideret. Plures enim orationum vi, quàm ferro & armis fufas fugatasq; hæreticorũ copias fuisse Alanus sapius ex Ioanne de Monte, & Thoma de Templo testatur; qui, quæ præsentibus conspexerunt ipsi Prædicatores Rosarij. eadẽ & literis consignarunt. Quibus autem diris hæretici illos & autores Fraternitatum, & cultores Rosarij fuerint profecuti; multis iisdem produnt exemplis, & ex ipsis Alanus describit. de quibus à me alibi: proinde modò non plura. Occidit hæretica illa prauitas: viuit autem Fraternitas.

*Alterna attentatio* aduersus Fraternitatem, cæterosq; Christi fideles Ordini addiçtiores, à Catholicis, adeoq; à Pastoribus Ecclesiæ oriebatur. Nimirum suos hi subditos nolebant aures præbere hominibus nouis Prædicatoribus: nolebãt iisdem confiteri Parochianos: dolebat nonnullis horum in eos munifica liberalitas, quin & diuturnior hospitalitas.

Milerat S. Dominicus in omnes orbis oras Prædicatores, Confessor: que: & licet Honorius III pontificiæ missionis suæ, & autoritatis addidisset literas: Quia tamen 1. id munus in Monachis nouum erat; prisca iuris amulatores concessam prædicandi facultatem refusare quidem nequibant; at populum tamen quidam abarcebant. 2. Adhæc, quia in Sacris Canonibus nihil hætenº de Monachis; sed Parochis tantũ Cõfessarijs ordinarijs decretũ legebatur: illi mercenario rû loco habebãtur; vt absoluedi potestas eorũ in dubiũ vocaretur. 3. Deniq; quòd primi essent Mendicantes religiosi, vulgi pietas suis Prædicatoribus & Confessarijs affatim elemosynarum affundebat. Quod hucusque incognitum religiosæ Paupertatis genus apud multos cupiditatis suspicione laborabat. Vnde

2 Delicentia  
Confutendi non  
parochis.  
&c.

querelarum turbo passim & in Operarios, & in Messeri incubuit.

At huic, & illis iuxta consulens Pontifex Gregorius IX. ita edixit Ecclesijs: *Quoniam abundavit iniquitas, &c.* cætera libr. 2. cap. 12 recitavi. Atque isto ictu succisa est ea tentatio, quæ Fidelium libertatem constringere, quò minus Prædicatorum vteretur operâ, moliebatur.

*Tertia* fuit tentatio, nata occasione concursus plurimi ad templa Prædicatorum. Erat hæc cum altera illa permixta, sed nominatim minus expressa; proinde nec oppressa. Existit igitur sola, hocq; acriores suas exeruit vires ad ciendam tempestatem: sed malo suo, bonoq; communi. Erenim mox illam idem Gregorius IX dissipavit tali decreto: *Cum tanquam veri & fideles, &c.* reliqua in cap. 11. lib. 2. vbi & de Fraternitatis studio in Patres suos cumplura dicta reperies.

Ibidem quoq; intelliges quæ fuerit *quarta tentatio*, quæ *quinta*, aduersus Ordinem præcipue, ex consequenti verò etiam in Fraternitatem.

Hi namq; templa, quæ frequentabant, Patres & Conuentus, quos obseruabant, oblaris, donationibus, legatis ornabant: ibi quoq; locum suæ depositionis eligebant, & quietis, qui deuotionis atq; pietatis eis palæstra fuerat Neutrum satis liberum eis relinquebatur; molestantur mota ob hoc Ordini impugnatione. Sed hunc Pontifices propugnabant, & vincebat Pietas. Inter hæc primum Ordinis & Fraternitatis sæculum excurrebat. Tempora inde consecuta sunt vtriq; tranquilliora, ad annum vsq; ccc. L. Hactenus Ordo potissimum iactatus fuit, & eius impugnatae functiones: in quibus quia Fraternitas semper præcipua exitit; necesse erat eandem quoq; in ipsam infestationes redundare.

VI. TENTATIO. *Alium genus tentationum*

erat earum, quas *Directas* appello; eò nimirum, quòd non obliquatis flexibus: nec transuersis ictibus; nec iam per latera Ordinis petebant Fraternitatem; sed rectâ viâ in eam incurrebant. Inter hæc aduersitates illa mihi prima tempore censetur, quam nulla ipsi hominum inflixit malignitas; sed communis intulit omnium calamitas: nempe generalis illa totius Europæ depopulatrix pestilentia. De qua tantò hîc pauciora, quantò plura superius. Exhausti ea lues Ordinem, Patres illius ac Fratres pleròq; abstulit: quòd Fraternitatem à præfidibus suis nudari, ac velut orbem destitui necesse fuit. Depasta est eadem omnem Europam; nationes depopulauit; regna & prouincias euastauit; vrbes aliquot totas, totos pagos multos, ac villas stirpitus ab hominibus euacuauit; domos inanes stare, iacere desertos agros fecit. Quam ad vastitatem populorum, Fraternitatis quoq; non labefactatio tantum; sed ruina fuit consecuta. Fuit omninò tunc Fraternitas non aliorum modò circum se cadaueribus mortuorum; sed suis ipsius funeribus obruta. Suum ipsi templum vertit vbiq; locorum in sepulcrum. Quid, quòd nostræ Prædicatorum Basilicæ, quæ viuenti vigentiq; Fraternitati ad suorum exercitiorum vlturam & culturam pietatis antè fuerant amplissimæ; eadem tunc in mortalitate illa ad extinctorum corporum sepulturam essent angustæ, angusta peristylia, cæmeteria nimis angusta: quin multa passim inhumata iacebant ac desertæ corpora. c. Ad eò viui quoq; iam deerant, qui mortuos sepelirent. O saeuam, omniumque grauissimam Fraternitatis tentationem! an exterminationem potius dixerim? Sed vt vxoris ac liberorum omnium extinctio superstiti S. Jobo tentatio fuit: ita Fraternitati suum illud

à communi peste & mortalitate.

c. Testes vide supra lib. 2. cap. 15.

3. de Concurfu ad templa Prædicatorum.

4. de datis & legatis.  
5. de sepulchris.

De directis impugnationibus in Fraternitatem.  
VI. Aduersitas Fraternitatis

istud Confratrum ac sororum excidium & iactura, similis omninò fuit tentatio, non extinctio.

Nam luis illud diluuium haud ita omnem quiuit animam suffocare; quin pauca aliqua in arca Fraternitatis superstites animæ saluarentur. Quidam enim velut alter exitit Noë, Alanus noster de Rupe, qui prisca illa Fraternitate renouatâ, & cum paucis inita, eandem latè post propagauit, *d. & consolatus est eam ab operibus & laboribus manuum suarum* in terra cui maledixerat prius Dominus. Et iam resurrexerat Fraternitas Rosarij: Sed à tentatione pax illi non sterit diuturna.

d. Genes. 5.  
v. 29.

VII. Tribu-  
kario mul-  
tiplex.  
c. Oculi. l. r.  
Tristitium.

VII. Surgunt noui motus contra innouationem eiusdem. Typhones superbiæ & inflatæificentiae transuersi in vela simplicis doctrinæ ipsius incurrunt. Discordes venti maleuolentiæ, cursum eius prosperum auertere nituntur, & *e aduersa prælia fronte gerunt*. Fulgura emicant maledicentiæ, ad nitorem famæ ac nominis ipsius vstulatione quadam afflandum & obscurandû. Eliduntur quoq; fulmina subinde accusationû ac minarum, ad latera nauiculæ quatienda, ad campages Fraternitatis coalitæ dissoluendas. Multa vndique, & vbiq; sæua erat iactatio. Non erat in Naui tabula totius Exercitij; non clauus Iustituri; non malus veteris Consuetudinis piæ, non rudens Rosarij; non remorum, hoc est, calculorum in rosario ordines ac numerus; non remigum, hoc est, deuotè orantium in comprehendendo studium & contentio; nihil deniq; erat in ea Naui, quod non pertentaretur. Quod qui clarius amat cognoscere, is redeat in memoriam eorum, quæ superius libro 2. capitis 18. initio, & ad calcem capitis decimi septimi, sum executus.

Sed

Sed quem hæc tam multiplex impugnatio euentum sortita est? Hunc ex istis ad Alanum verbis grauissimis CHRISTI in Eucharistia, ita loquentis, æstimare licet: *e. Prædica Psalterium meum; ne timeas. Quia ego tibi iuro, quòd Ego pugnabo contra omnes, te pro ista materia impugnares*. Eundem æstima ex impugnantium subitibus mortibus, aut morbis, aut alijs plagis. *f. Alanus certe quàm constanter eam Prædicarit, voce & stylo propugnari; ipsius Apologeticus liber satis testatur; & plagas, mortelque hostium exempla terribilia apud eundem loquuntur.*

c. Alan. lib.  
de dignit.  
Psal. B. V.  
M. cap. 13.  
f. Rosarium  
Exemplorû.  
li. 1. cap. 15.

OCTAVA Fraternitatis impugnatio in Rosarium seu Psalterium ipsius, tela vibrabat; sed icuiritto. Erant qui in circulis & sermonibus; erant qui pro concionibus quoque seu nomen *Psalterium Mariæ*; seu numerum, seu ordinem, seu mysteriorum additionem, seu vtilitatem ac præstantiam, aut aliud ipsius cauillabantur. Rosarium risus erat illis ac ludibrium: Fraternitas Rosarij ipsius vanitas delirij appellabatur. Absterrebantur igitur nonnulli infirmi, quò minus aut in istam sua nomina darent, aut hoc vsurerent, tanquam precandi ritum ac genus, necdum in Ecclesia à S. Sede Apostolica expressè approbatum.

viii. Impugnatio  
contra  
Psalterium  
B. V. M.

Aduersus quam tentationem P. Alanus, quoad viuebat, satis prædicatione, atq; etiam miraculis valebat: At postquam ille ex humanis e-reprus, & Fraternitas tanto esset propugnatore viduata; Ecce Deus excitat Jacobum Sprengerrum, Fridericum III: totumq; penè Imperium Rom. Illustrissimum Britannia Ducem Franciscum, & Coniugem eius MARGARETAM, aliosq; fideles; qui omnes Sanctæ Sedis Apostolicæ autoritatem & protectionem implorant;

g. Crisp-

g. Sixtus IV in Bulla: Ea qua fidelium.

g. Cupiunt ac supplicat modum orandi predictum, ad obstruendum ora aliquorum detrahentium, per Sedem Apostolicam approbati, aliq; super premissis oportunè prouideri: ut ipse Pontifex loquitur Sixtus IV. Qui datâ Bulla Pfalterium definiuit; vehementer approbavit & commendauit: simul eam tentationis molestiam à Fraternitate perturbauit, & obtriuuit, anno cō. cccc. LXXIX. Bullam vide cap. 6. lib. 2.

9. Contra indulgentias, & confessionum absolu-  
tiones:

NONA TENTATIO nascebatur, quando Lutheri hæresis coorta progrediebatur. Illa concessas pridem Fraternitati, ac sæpius auctas indulgentias in dubium vocabat: dubiam illa absoluendi potestatem plurimis in Fraternitate consentientibus faciebat. illa, (et si haud nominatim fraternitari,) sed vniuerso religiosæ pietatis exercitio, turpis lucri quæsiti notam impingebat. Quare amplissimi viri maturè prouidendum censebant, neu quid inde detrimenti Fraternitas caperet.

Supplices ergo ad communem Ecclesiæ Patrem Leonem Papam X confugiunt, Joannes Dux Juliacenſis cum Ducissa Maria coniuge sua, Joannes Ingenuinckel Præpositus Xantenſis, similesq; viri nobiles & clarissimi. Quid Pontifex? Non solum concessas confirmat, sed omnes etiam adijcit Stationum & Urbis Indulgentias: confert amplissimas absoluendi in Fraternitate facultates: decernit, quod pro inscriptione nihil omnino exigi debeat; sed sponte oblata dumtaxat recipi possint. Hæc item omnes consecuti Pontifices perpetuum robur habere iusserunt.

10. Contra Capellas Fraternit. erigendas.

DECIMA TENTATIO Fraternitatis limites persumpebat; eius velut agros, possessionem & iura iruadebat: ac sibi vendicabat, idq; sub an-

num

num cō D LX. Fuerat ipsa hæctenus inde vsq; ab origine sua constans Ordinis nostri patrimonium, hæreditasq; perpetua: fuerat quasi manuum altera: fuerat illius indiuidua societas, comessq;: fuerat in Prædicatorum templis innutrita, corroborata, & ad omnem religionem ac virtutem exercita: sedem suam propriam, patriumq; domicilium, ac palæstram suorum exercitiorum nostris in Ecclesijs semper habuerat: Hac demum ætate nouissima noui quidam exstebant nostræ Fraternitatis inuafores, audaci pietatis promouendæ prætextu: Illam ad sese trahunt; nullo iure, nisi libidinis suæ, eam sibi vendicant, instituunt, administrant. Audax molitio! Hocque etiam impudencior, quod nec prius super hoc quenquam Superiorem Ordinis Prædicatorum appellassent: Post nec contractum sodalitiū Fraternitati nostræ sese sisterent: Nec eam vilo agnitionis indicio respectarent. Ita namq; h. Vir vanus in superbiam erigitur, Et tanquam pullum onagri SE LIBERVM natum putat.

Quis istis sese attentatoribus obijciebat? Tu autem, Pie V, firmasti Cor Tuum; Et expandisti ad eos Manus Tuas. Tuum hoc est Sanctissimum in eos decretum: i. *Autoritate apostolica per Præ-*

istis autem attentatoribus inuadendæ, sibiq; vsurpandæ Fraternitatis alienæ fuisse causa poterat

h. Job. II. v. 12.

i. Pium V. in Bulla: inter desiderabilia.

Nos enim omnes premissis controueniētes, Indulgentijs & peccatorum remissionibus eis concessis priuamus, Et priuatos esse indignos effici decernimus. Cetera pete ex lib. 2 capite 7.

Occasione huius attentationis prima.

terat præcipuè similis illi Dauidicæ: Nam cum  
 k nunciatum est Regi Dauid, quod benedixisset Ho-  
 minibus Obed-edom, & omnia eius, propter arcam  
 Dei; dixit Dauid: Ibo, & reducam arcam cum be-  
 nedictione in domum meam. Ita quoq; propter ar-  
 cam Fraternitatis benedixit Dominus Domi-  
 bus & Ordini Prædicatorum. Id quod tamen si  
 res sit ipsa restata fatis, vnum tamen Deiparæ a-  
 pud P. Alanum testimonium verbis totidè ad-  
 scribam, licet antè iam sæpius recitatum. l.

l. Alan. lib.  
 de dignit.  
 Psal. B. V.  
 M. cap. 16.  
 Rosarij &  
 Fraternita-  
 tis obser-  
 uantia for-  
 tunat Or-  
 dini.

Hortatione B. Dominici cuncti Fratres & Sorores  
 Ordinis sui Prædicatorum infallibiliter, & incessabi-  
 liter, summa cum deuotione dñi famulabantur &  
 Filio meo in hoc Trinitatis Psalterio; ut ad minus  
 quilibet Frater die omni diceret Psalterium integrũ,  
 Hæc de vsu & deuotione Rosarij Oratio. Jam  
 de Prædicaci etiam & obseruati vtilitate summa  
 ita subdit: Quam diu durauit hoc Psalterium in  
 tali Ordine sancto; tam diu scientia, sapientia, obser-  
 uantia, miraculorum fama & gloria apud DEVM  
 & homines immensum floruit. Quando verò de-  
 fecit hoc Psalterium; Ordo Prædicatorum in plurimis  
 defecit; cætera in capite 14. &c.

Non alijs  
 item.

Hac tam certâ, præsentî ac multiplice bene-  
 dictione DEI a plerisq; obseruatâ; quæ ex Dei-  
 paræ per Fraternitatem & Rosarium cultu in  
 Ordinem cælitus dimanabat; consilium fuit  
 nonnullis idem, quod Dauidi; vt statueret secum  
 alius alubi, suo quisq; in loco: Ibo, & reducam  
 arcam Fraternitatis Rosarij cum benedictione in  
 domum meam.

Verùm hic illis conatus non ita fortunauit  
 bene, sicut Dauidi suis. Quod ab hoc iustitia;  
 cum illis quædam staret iniustitia, ex præiudi-  
 cio & damno tertij. Ex namq; Ordini debeba-  
 tur diuinitus hæreditas & adornanda Spat-  
 tha.

Proinde

Proinde S. Sedes Apostolica hanc functio-  
 nem Fraternitatis, omnibus abiudicauit alijs;  
 & solis adiudicauit Prædicatoribus propriam.  
 Euenit itaque attentatoribus istis, quod Iose-  
 pho & Azariæ principibus, qui in audientes res  
 bene gestas, & prælia quæ facta sunt à Iuda & Iona-  
 tha; dixerunt: Faciamus & ipsi vobis nomen, & eni-  
 mus pugnare aduersus gentes. Abierunt Iamniam:  
 Exiit Gorgias in pugnam: fugati sunt illi, & ceci-  
 derunt de populo Israël duo millia viri, & facta est  
 plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam &  
 fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ipsi au-  
 tem. NON ERANT DE SEMINE virorum  
 illorum, per quos salus facta est in Israël: Ita S. Do-  
 minici Semen, & Ordo Prædicatorum est, per  
 quos iam à CCCC. annis, & amplius, salus facta  
 est in Ecclesia, inque Fraternitate Rosarij  
 tanta, quantam superius nosster Alanus adum-  
 brauit: & hic Tractatus libris duobus demon-  
 strauit. De quibus ne quidquam in maius, mi-  
 nusuedici à me quæri vllus possit; faciam lo-  
 quentem alium, & annis abhinc duodequadra-  
 ginta supra centum scribentem ac concio-

nantem B. Patrem nostrum

Alanum de  
 Rupe.



Hh

CAPVT



## CAP V T XIIX.

## CORËLLARIVM OCTAVVM.

De *Obtrectatoribus Fraternitatis Rosarij.*

Anactpha-  
leosis, siue  
recapitula-  
tio dictorū  
libris tri-  
bus, cum  
remporis  
calculatio-  
ne.

**S**pectaculum Deo & hominibus facta est Fra-  
ternitas. Huiusce Comediæ velut Actus dedi-  
quinos, libris duobus. Nam primus liber vni-  
uersum ritè præfatus, vt Prologus prolusit. *Actum*  
autem *primus* in Scenam quasi produxit  
cum *autore suo* principe *Orum, Prærogatus, Pro-*  
*gressum, Statumq; Fraternitatis*, capitibus libri se-  
cundi quatuordecim, annos centum complexus  
& quinquaginta: Numero scilicet totidem in  
Psalterio Salutationibus Angelicis sacro atque  
solenni.

*Alter eiusdem* ex epidymica depopulatione  
*Lapsus* memorabilem simul & miserabilem ex-  
hibuit, scenis capitum duū; annis decem supra  
centum comprehensis: Nempe qui numerus  
Quinquagenas salutationum duas in Psalterio,  
Decadesque denas cum denis Domini Oratio-  
nibus æquat.

*Tertius Prouincialem Fraternitatis Innouationem,*  
velut eiusdem è mortuis suscitationem, cum *Re-*  
*nouatore suo B. Alano de Rupe*, dedit spectandam;  
in scenis capitum trium; annorum cum decursu  
non amplius quindenū. Nimirum ternis re-  
spondens totius Psalterij Quinquagenis, & O-  
rationibus in eodem Dominicis quindenis.

*Actus quartus Renouationem* proposuit *Genera-*  
*lem*, cum totius Sacri Imperij Romani Maiesta-  
te, ac pietate graui Germanorum; & imprimis  
cum illustri exemplo, inclytoque ad perpetuam  
memoriam Nomine Agrippinatum. Hæcque  
scenis capitum quinis executus est.

Quintus

*Quintus*, in Orchestram dat *Actus Summos*  
*Pensives Romanos*, cum vniuerso apparatu,  
que ad incomparabilem vnius Fraternitatis  
huiusce Præcellentiam magis magisq; illustran-  
dam alius super alium certatim contulerunt.  
Atq; ista capitibus rursus alijs quinque, annos  
complexentibus supra centum vndequadra-  
ginta. Extitit itaq; Fraternitas hæc Rosarij an-  
nis adhuc vniuersum quatuordecim supra qua-  
dringentos.

OLLI de nostris annis DEVS AVGEAT AN-  
NOS!

Deniq; Epilogus, (quasi dicens: *Titare, coge*  
*pecus, venit Hesperus;*) reliqua reliquis sep-  
tem capitibus colligit dispersa: neu quid per-  
eat. Et, si rectè ratiocinabere, videbis plane-  
que intelliges, Collectaneorum sportulationem  
& multitudinem, & magnitudine, & amplitudi-  
ne sua quæ Gratia, qua Gloriæ antecessentium  
admiracionem rerum auctario benè magno ex-  
uperare: Quæ DEI est Bonitas, & Pietas in nos  
MARIAE. Ergo plausum damus. Silet theatrum;  
obducto sipario, cardineq; verso clausa stat Sce-  
na. Vox præconis missa sonat: *Actum: Illicet,*  
*Lambos tollite: S: Sultis, claudite.*

Ad vltimum tamen, ecce tibi, omnes nostræ  
Actores Comediæ productos oculis nunc pel-  
lege. Vbi, inquires, qui agmen claudant, mo-  
riones conspicio? Vbi seruitia, mendicabula, li-  
xas, calones, laruas, mimos, momos, ima; de  
vulgi fece homullos vbi conspicio?

In huius, inquam vltima capitis vltimi Stati-  
one locum post principia tenent ij *Fraternitatis*  
*Obtrectatores* liuidi. Quandoquidem & ipsis  
suo pre ad maledicendum libidinis impetu, in  
nostram hanc Fraternitatem placuit transuer-  
sum actis incurfare.

Hh 2

Quare

Actus Fra-  
ternitatis.Collectæ  
Sportulan-  
tis Epilo-  
gi.Frattum-  
mastyges  
cornicu-  
lantes.

Quare & ipsi SPECTARI gestiunt, digito- que monstrari, & dicier: *Hi sunt*. Nec enim ho- die que desunt. At non ego: verum alij ipsos indice monstrent. Monstrauit Alanus, Trithemius, Insulanus: Sileo cæteros. Quare horum hic dicta scriptaq; reddam: Ne quæ me vlla querela pulset.

1. *B. Alanus de Rupe in Apologetico suo cap. 22. ad Episcopum Tornacensem*, quodam ita scribebar. [Defensor fortissime fraternalis filiorum Christi. Firma licet sint satis apud sanè intelligentes iam dicta: tamen calumniam sustinere poterunt, aut à maleuolis, aut ab imperitis, siue ab vtrisque. 1. Quoniam talia nunquam fuerunt sine aliqua resistentia.

1. Inde ait S. Augustinus: Falsitas, & malitia, ignorantia & curiositas non cessarunt ab initio mundi veritatem impugnare Dei; nec demitterent vsq; in finem sæculi. 2. Vnde pagina sancta ab hæreticis & Judæis est impugnata. 3. Veritateq; Sanctorum indies vsque nunc impugnantur; nec solum moribus malè viuentium, sed etiam linguis eorum serpentinis. Qualis enim quisq; est in vita; talis & iudicat, & loquitur. 4. Vnde habituati in malis semper iudicabunt diuina & sancta modo humano. Vnde Richardus; 5. Sicut Legistæ iudicant Ecclesiæ Jura modo Legum humanarum: & Medici carnales de factis mirandis DEI in natura modonaturarum: Sic & mundani iudicant ea, quæ sunt Dei, modo mudi. Et Hieron: Qualiter vnusquisque in se afficitur; taliter opinatur, & loquitur.

Vnde secundum Albertum: Sicut per humanam rationem est impossibile attingere fidem: sic est etiam impossibile per ipsam venire ad notitiam diuinarum prophetiarum, vel miraculorum. 1. Vnde Isaias contra tales inclamat: Excæca cor populi

A Munda-  
nis semper  
contradici  
spirituali-  
bus.

Sed errant  
excæcati.

populi huius, & aures ipsius aggraua; vt non intelligant, & non videant.

2. Vnde Pharisei & Scribæ errauerunt in cognitione DEI Filij, scilicet Christi, & errant per omnia excæcati; etiam in miraculis manifestè visis, dicentes: In Beelzebub Principe dæmoniorum eijcit dæmonia: & petentes ab eo signa. 3. Sicq; nec Sanctis crediderunt Apostolis, vt patet in Actibus. Et vsque in hodiernum diem oculos habent, & non vident; aures habent, & non audiunt.

Nihilominus tamen quæ sunt, (de Fraternalitate) dicta, non inuituntur reuelationi. Posto enim casu, quod nulla esset reuelatio: iam adhuc manerent Veritates hæcenus confirmatæ. Et quia vltèrius hæc sic rationibus, & dictis Doctorum firmata, adhuc pati possunt calumniam: idcirco mouendæ sunt nunc talium obiectiones.

II. Remordet igitur lingua quorundam, di- Fraterni-  
cens: 1. *Confratriam hanc: Psalterij esse nouitatem*, tas non est  
non approbatam; supersticiosam, & præsumtu- noua, sed  
osam. *Respondeo*: Hoc fit iam nouum in reno- innouata.  
uatione: tamen antiquum est in fundatione & origine. Sicut & de reformationibus Religio-  
num: quæ sunt nouæ in reformando; antiquæ tamen in instituendo.

II. *Dices: Non esse approbatam. Respondeo*: Hæc Confratria non est aliud, quam Confratria in Annunciatione Dominica. Psalterium enim hoc idem est, quod Annunciatio Dominica. Sed nunquid non MARIÆ est approbata ab Ecclesia, & Angelica Annunciatio; de qua fit tantum festum, tanquam de exordio humanæ redemptionis. Secundum Bedam. Verum & per Ecclesiam DEI innumeris in locis sunt Confrat- Re, & seip-  
ria in die Annunciationis Virginis MARIÆ. sa est ap-  
Et eti- probata,  
Hh 3

Et etiam diebus eiusdem Dominae Ecclesia hoc approbat; quod tu negas. Quod si minimè sunt ab Ecclesia approbata: puta communicatio aliorum hominù in aliquibus Missis in festo Annunciationis: cur non magis Ecclesia approbavit Confraternitatem omnium meritorum in Psalterio isto vsq; in æternum? Approbato enim quod minus, videtur esse approbandum magis quod amplius est. Quia hæc Societas se habet vt torum ad Societatem aliorum, qui non habent Societatem, nisi in Missis quibusdam; & non in cunctis meritis. Insuper confirmari videtur Christi Autoritate, & Euangelij mandatis: Date, & dabitur vobis, Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Et etiam autoritate Juris naturalis, dicentis: Hoc fac alijs, quod tibi vis fieri. Vellem ergo participare aliorum merita, & stare in eorum sancta communicatiua: ergo etiam debere velle, vt sint & ipsi mecum pari modo.

III. *Dicitur Superstitiosam esse. Parcat tibi Dominus de iniuria.* Et vtinam non sit blasphemia contra charitatem Christianam, diuinam Mariam, & contra diuinam laudem.

IV. *Dicitur esse præsumptuosam.* Salua reuerentia, scilicet in te apparet præsumtionem vel maximè regnare; cum præsumis in tuum, & aliorum detrimentum tanta bona impugnare. Si non vis bona facere; rogo tua præsumptione ne impedias volentes bona facere. Sicut Elymas magus; qui Paulo resistebat; idè cæcitate percussus est.

V. *Amplius dicitur.* fortè quidam: Jam per tale medium, (Psalterij,) homines dimittent alias orationes & pœnitentias sibi iniunctas. Vili pendunt Ecclesiastici Horas Canonicas: & sic tandem peribit deuotio in Clero, & populo. Tali ratione, inquam, suaderes, quod nullus deberet in

Inq; Euangelio.  
Et in iure naturæ.

ret in mundo orare Orationem Dominicam, & Rosarij Salutationem Angelicam extra pœnitentias, vel Horas Canonicas. Nullus autem Fratrum obligatur ad orandum Psalterium V. MARIÆ, nisi ex pura deuotione: non ergo propter hæc oracula obligantia omittent: Vnde secundum Bernardum: Priuata Oracula iuuant nos, vt frequentius, sanctius & vtilius oremus communia Ecclesie suffragia.

VI. *Dicitur: si habeant inscribisset diuisione, schisma & turbatio communitatum.* Timeo, ne tu hoc dicendo facias schisma, homines diuidendo à charitate. Vnio charitatis diuinæ non potest facere diuisionem. Ego autem laboro ad vniionem cum B. V. MARIÆ, & ad amorem proximorum. Qui ergo sic colligit; non dispergit. Quia qui est cum Christo, non diuiditur ab illo. Nec permittet B. MARIA inscriptos amoris suo ad profana trahi aut malo, & contra bonum commune repugnantia. Cum sit boni communis Aduocata. Secundum Bernardum. *Rursum dicitur alius.* Phantasia sunt, quæ audio, & somnia. Qui sic dicit, deuotioni non est affectus, sed magis vanitati deditus. Quibus cum omni pietate respondeo, ad hoc credendum nullam cogere volo.

Qui enim potest capere capiat. Omnes maleuoli, vt ait Basilius, possunt alijs iniuriari etiam iustis, vt Judæi fecerunt Saluatori; nequaquam tamen poterunt virtutem interimere, aut veritatem corrumpere; licet possint hæc denigrare, & diffamare. Sed hæc veri Sancti Apostoli & Prophetæ vsq; ad mortem non timuerunt, pro veritate, & virtute viribus totis decertantes. Dicam ergo talibus: Etsi hæc tibi nō sunt bona; tamen sunt alijs vtilissima. Vt herba non

Vniionem faciunt, non scissionem.

sunt vtilis carpentario, vel lanifici: attamē sunt valde vtilis Medico & Chyrurgo.

VII. Dicis. Vos apponitis multas reuelationes in isto Psalterio, quæ nō sunt approbatæ ab Ecclesia; sed nouellæ quædam sunt. Audi me patienter. Posito casu, &c.] Cætera vide superius lib. 2. cap. 18. sub medium.

2. Porro quas alibi superius passim Christi, ac Deiparæ minas aduersum maleuolos, quas parrnas, quas mortes obtrektorū ex eodem subinde per occasione retuli; hic non repeto: monico tantum. Vnum dico. In illa quondam impiā Iconomachia Græcorū multa & magna; mirāda & horrenda mirabiliū Operator Devs & iustus Vindex Statuit pœnarū exempla, & miracula designauit aduersus Iconoclastas hæreticos; teste Nono Annalium Tomo Illustris. Cæsaris Baroniij. Non ego dixerim minora, aut pauciora, minusq; admiranda æquē & horrenda in & profraternitate ab eodem Deo patrata fuisse. Testatur vel ea sola, quæ tres mihi iustos libros confecere. Certè, vt magni Deo semper, Diuis, Ecclesiæq; fuerit Imaginū cultus seu pictarū, seu sculptarū: multo tñ maximi sunt illis viuę mortaliū imagines; & eorum in primis hominū fidelīū, quorum in charitate Fraternitatis est cor vnū, & anima vna: præsertim quorum Vnio, cōmuniōq; in tali Fraternitate, qualem de Rosario esse docuimus, sub Auspicio ac Nomine IESV CHRISTI, ac MARIÆ instituta diuinitus viger floretque, ad innumerabilium animarum salutem. Non sinit hanc insultant Devs. Non, Proinde viderint; qui tantum pupillam oculi Eius.

II. B. Alano Joan. Trithemiū sufficio: Prædicatore illo haud paulò acriorē Benedictinū aduersus maledicos. Planè fœnum is in cornu gerit: ferit ille; caueto. Sic autem stringit calamum.

Rosario-  
mastyges  
puniuntur  
à Deo vt I-  
conoclastæ

num. *Inueniuntur* inquit, [huius Venerandæ Fraternitatis, sicut ab initio omnis boni, Detractores; qui eam impio dente lacerant: perditâ præsumptione impugnant. Quid vobis in hac Fraternitate sanctissima displicet; O profani detractores? Quid contra eam habetis? Proferte, vt audiamus. Dicitis. 1. Superstitiosa sunt istæ Fraternitates. 2. Quoniam fidem Catholicam infirmam reddunt. 3. Debitum Deo cultū subtrahunt. 4. Obedientiam ecclesiarum parochialium contemnunt. 5. Insuper, inquit, oblationes consuetas ac debitas suis Sacerdotibus negant: 6. Monachis & Fraternitatibus suis cepiosa munera offerunt: 7. Et ecclesias suas matrices vacuas & ruinosas derelinquunt. Hæc sunt capita partis aduersæ; crimina accusationis iniqua; obiecta detractionis sceleratæ.

His per ordinem nos breuiter respondemus. 1. Fraternitas ista non est superstitiosa; sicut vos dicitis: ò impij calumniatores: sed est vera, est recta, est sancta. 3. In qua Dei cultus non minuitur; sed augetur. 4. Obedientia non spernitur; sed commendatur. 5. Fides etiam catholica non infirmatur per sanctam Fraternitatē istam, sicut vos putatis; sed renouatur, & defenditur: dū per sanctæ charitatis exercitia, vt formata sit, illustratur. 7. Quod verò parochiales ecclesias desertas gemitis; vestris est non mediocriter imputandū delictis: qui lac & lanam de Ouibus Domini exigitis; ipsas tamen Oues non pascitis, vt oportuerat in primis, neq; custoditis. 6. Quid vobis oblationes negari fingitis, qui multis diuitijs abundatis: *Omnīū Pastor Pastorum Vicarius Christi est: si fideles voluerit esse in audiendo Missis liberis; non est, qui valeat eum prohibere.* Vos Monachorum priuilegia non omnia vidistis: neq; videbitis.

H h 5

Quis

Quis nesciat quòd pro marsupijs vestris bellum contra sanctas fraternitates geritis : & Monachos non amore Dei ; sed auri laceratis. Ecce summus Pontifex Fraternitatem istam confirmit : & vos insipientes adhuc murmuratis? Cessate obsecro , cessate ab hac stultitia : & nolite reprehendere ; quòd tantos Pontifices cognoscitis approbasse. Credite mihi : non est bonum contra Sanctos Dei linguam extendere Non est bonum tantorum hominum deuotionem velle prohibere. Confusioni maximè appropriat ; qui os suum contra Sanctam laxat. Si verbis meis non creditis : obseruate eos , qui tales sunt ; & vera me dixisse experiencià cognoscetis. Temerarium est reprehendere bonum ; quòd ad salutem multis cernitur provenire. Qui Fraternitatem hanc oppugnat ; insanit : qui contra eam loquitur ; demente dementior est : qui illam destruere nititur , salutem inuidet Christianam. Quæ autem in aduersarios eius à me dicta sunt ; non iuuehendi animo , sed corrigendi , emendandique intentione sunt prolata. ] Hactenus ista Spanhemensis Abbas Ioannes Trithemius anno 1494. vna complexus elencho exhibet ; perbreui quæ superius caput prolixè demonstrauit.

III. Addam isti pau'ò superiorem ætate , autoritate haud paulò ; Michaellem ab Insulis : qui quæ anno 1476. coram Academicis Doctoribus Agrippinis perorans dixit , eadem quoque anno 1479. scripsit ac edidit. In quibus ista b. [ Multi contra hanc Fraternitatem peccant : vel peccare possunt multipliciter.

Primo namq; peccant peccato præsumptionis ; qui instituentes , vel intrantes eam sinistrè diiudicant. Quia de indifferentibus non licet sic iudicare multò minus de operibus bonis , ad laudem Dei & Virginis ordinatis. Secundo peccant pec-

Admonitio.

NB.

Sub finem.  
Quodlibetorum de Fraternitate ac Rosario.  
Deiata detractorum.

peccato sacrilegij , eam irridentes , & inuilem reputantes : Amplius verò eam superstitionem esse dicentes. Quia Sacrilegium dicitur quasi lædens sacrum Hæc verò Fraternitas est de numero Spiritualium & Sacrorum , vt patet, Tertio, super omnes grauius peccant , qui alios ab hac Fraternitate retrahunt ; vel in suis Salutationibus impediunt. Contra quos potest allegari istud S. Bernardi in sermone de Epiphania Domini. Herodiana , inquit , malitia , & Babylonica peruersitas est , nascentem velle extinguere religionem. Quicquid enim ad salutem pertinens vel ad religionem oritur , si quis resistit , paruulos Israelitici germinis necare conatur ; & cum Herode nascentem persequitur Saluatorem. Ex quo patet quòd talium peccatum ad homicidium reducit. Quarto Non sunt etiam laudandi ; sed magis vituperandi ; qui sola pigritia , pusillanimitate , vel verecundià tam securam & facilem , atq; utilissimam fraternitatem suscipere formidant. Non sic igitur , quæso , faciamus : sed tantæ Virginis deuotionis Fratres efficiamur : vt illud Genes. 12. Dic , obsecro , quòd , Soror mea sis ; vt benè sit mihi propter te , & viuat anima mea ob gratiam tuam : ei dignè offerre possimus : & sic tandem meritis eiusdem Virginis , ad gloriam peruenire valeamus. Amen. ] Ita Apologieticus Quædlibetarius Fraternitatis Michael ab Insulis.

III. Huius verò in Theologia Magister B. Alanus in sua pro Rosario & Fraternitate Apologia ad Episcopum Tornacensem perscripta , capite 24. talia contra detractores [ Demum videndum est de ijs , qui impugnant ipsius Psalterij virginis MARIAE sanctam Sociationem ; atque deprauant ex ipsorum certa malitia , inuidia , vel ignorantia affectata , crassa & supina. Quia nolunt scire ista ; nec dignantur agnoscere : sed prom-

Peccata detractorum.

promti vel proni sunt hæc impugnare omnia, in pusillorum scandalum, & turbationem deuorum. Quid dicam de istis? Non autem de his, qui impugnant ex humana fragilitate, vel pro ampliori certificatione. Sed de istis proteruis rebellibus grauisima dicam.

a Apo. 12.

Hi sunt *a*. DRACO scilicet magnus, faciens bellum contra Mulierem: hoc est: contra Virginem Mariam. Qui cauda suæ opinionis trahit tertiam partem stellarum cæli; hoc est: deuorum, & mittit illas in terram scandali, & in deuotionis. Dicam enim vnum hinc terribilissimum. Plus potest de prædicare vel destruere mala lingua in vna hora; quam posset prædicare aliquis Fratrum in vna Quadragesima. Quia homines sunt proni ad mala; difficiles autem ad bona. Secundum Augustinum.

b Gen. 3.

2. Sunt etiam *b*. SERPENS, sua lingua seducens primos parentes. Et sunt EVA fatua, per sapientiam Mundi deuotos quosque de Paradiso expellentes: hoc est: de contemplatione, & deuotione Virginis Mariæ. Quoniam per eandem Mundi sapientiam hoc facis; qua impugnas Numerum Psalterij Virginis Mariæ: hoc est, centum & quinquaginta AVE Maria, & xv Pater noster.

c Gen. 33.

3. Etiam hi sunt *c*. tanquam fera pessima inuidiæ, & zeli, & malignitatis totius; quæ deuorauit Ioseph, & vendidit in Ægyptum: expellendo prædicantes de terra sua, (si qui sunt tales) vel prohibendo ipsis potestatem laudandi in hoc Psalterio Mariam Virginem.

d Num. 7.

4. Regalis etiam Orationis hi impeditores sunt nuncij filiorum Israel *d*. qui circumcunt promissionis terram, & falsè nunciant, quæ videntur: Sic populus moritur in deserto. Hi sunt magni viti Terram promissionis sacre Paginæ agnoscetes; tamen suis malis verbis, exemplis-

que

que populares ad errorem, & mortem, (heu) perducentes.

6. Verùm (heu?) isti sunt *e*. Achor cupiens aliquid de anathemate Iericho, per dolositatem cupiditatis, & sinistrae intentionis. Idcirco totum Domini populum turbant. Timeant ergo comburi, & lapidari cum omnibus suis, 7. Veritatis etiam impugnatores, pro dolor, sunt tanquam *f*. Phenenna vxor Helcanæ; quæ irridebat Sociam suam Annam, deuotam oratricem & prophetissam. Vnde illa maledictionem accepit.

e Ios. 7.

f Iud. 1.

8. Imò isti sunt tanquam *g*. Heli; qui orantem istam Annam suspicatus est ebriam esse, & filiam Belial. Sic isti deprauatores existimant huiusmodi Psalteres Mariæ Virginis inuolatæ esse fatuos, & deliros, siue superstitiosos. Caueant ergo de morte subita. Nihil enim aliud orationum habent populares, quàm duo Oracula Evangelica; hoc est: Pater noster, & Ave Maria. Et cū de facili, imò facilimè possint & turbari à sua deuotione, si audierint parumper dici contra hæc; eorum peribit deuotio, & salus tota. Vt arguit S. Augustinus. Nec enim populares scientiam habent tantam, vt sciant soluere dubia à maioribus eis proposita, & tanquam vera affirmari. Ideò caueant sibi, ne mala morte in bello moriantur. Verè isti inuafores tangunt Virginem Mariam valdè impiè, impediendo suam laudem, & laudis suæ præcones. Propterea turbabunt populum in suo casu & impediunt, ne Arca Domini veniat in Ierusalem: sed manebit in domo Obededum Gerhæi.

g Iud. 1.  
Solæ vulgi preces sunt Rosarium.

h 2. Reg. 6.

Pietatis ergo hi perturbatores sunt Monastes, occi-

h 2. Reg. 6. h. occidens Prophtas, & Legem Dei subuertens,  
 h 4. Reg. 21. to Sunt etiam Nabuchodonosor; subuertens  
 i 4. Reg. 25. Ciuitatē sanctam, & Templū: quia Christum, &  
 Mariam Virginem persequuntur: interficiuntq;  
 populū Domini suis verbis & exemplis, & capti-  
 uum ducunt in Babyloniam: hoc est: in damna-  
 nationem æternam. Pœnitentiam ergo agant de  
 sua nequitia; aut ignorantia ne subitò præ-  
 cupati morte, quærant pœnitentiæ spatium, &  
 inuenire non valeant.

k Mat. 2.

ii Æternæ Sapientiæ etiam isti deprauatores  
 in duobus Euangelij pulcherrimis sunt veluti ipse  
 Herodes k paruulorū interceptor, tugans Christi  
 & Mariam in Ægyptum. Quoniam suis malis  
 verbis & exemplis puillos scandalizando; inter-  
 ficiunt, & fugant ab eis Christum IESVM & Ma-  
 riam virginem quia ab istis impediunt deuotio-  
 nem terribilissimè,

l. Apoc. 9.

12. Hi etiam sunt puteus Abyssi, l. fumo vani-  
 raris suæ Mundum replens; inde locustas erro-  
 rum, & malorum exemplorum contra seruos Dei  
 emittendo.

De his autem omnibus iam dictis singillatim  
 exēpla pulcherrima apposuisse: sed breuitatis cau-  
 sa hæc omisi Quoniā plurima in substantia com-  
 prehendere volui, multorum pro salute; sciens  
 libros de hac materia factos maiores, quàm sint  
 Decretales. Et quia ego promptus sum, & præ-  
 stid, atque paratus, de omni puncto in libello  
 hoc dicto similem facere librum.

m psal. 2.

n psal. 91.

o ps. 32. 39.

63. 95. 97.

143. 149.

l. a. 5. 42.

Mich. 2.

Ex quibus omnibus conclusiue inferitur;  
 quod conueniens est, & valde vtile Ecclesiæ, vt  
 Dominus IESVS Christus, & Maria in Psalterio  
 suo à Fidelibus laudentur: iuxta illud m. Laudate  
 eum in Psalterio. Vnde Propheta alubi dicitur.  
 In Psalterio Decachordo psallam tibi. Et alubi  
 cecinit dicens. Cantate Domino Canticum  
 No-

Nouum, cantate! Domino omnis terra: hoc est:  
 omnis homo. Canticum verò nouum est Noui  
 Testamenti Canticum. Quod singularissimè est  
 verum de Oratione Dominica, & Salutatione  
 Angelica.

Verè pro victoria per Dominum IESVM Chri-  
 stum facta, in sua Vita & Passione; per quam, dia-  
 bolum, Mundum, & Carnem superauit; iustissi-  
 mè & meritò dicenda est ipsi Oratio Dominica.  
 Et pro beneficijs nobis per Mariam Virginem  
 impensis, Virgo tanta meritò est salutanda in Sa-  
 lutatione Angelica. Vt sic verbum Pauli ad quos-  
 dam loquentis p. verificetur: Salutate Mariam,  
 quæ multum laborauit in nobis Laudate igitur  
 Sponsum & Sponsam in Psalterio, tanquam  
 Cantores in Tabernaculo Moyfis, & in Templo  
 Salomonis; hîc per gratiam vt tandem laude-  
 ris eos in cælis, cū omnibus Angelis & Sanctis  
 Dei Vniuersis. Præstante eodem Domino nostro  
 IESV CHRISTO per MARIAM VIRGINEM; qui est  
 Benedictus Animarum Sponsus, regnans in sæ-  
 cula sæculorum. AMEN ] Hæc B Alanus.

p. Phil.

F  
 I N I  
 S.

GLORIA SIT PATRI, ET GNATO, CVM PNEV-  
 MATE SANCTO.

GLORIA SIT MATRI IESV PER SÆCVLA GYN-  
 CTA.

GLORIA SIT DIVIS: SCRIPTORI GRATIA  
 CHRISTI.

Si quando est lapsus, Veniam de Candida Læter.

Quod probat, aut reprobat IYDEX ECCLESIAE  
 LAYDO.

APPEN-

Bullarum Pontificiarum de

## F R A T E R N I T A T E I E S V .

In Bullario Romano Laertij ad Sixtum V. 101.  
Constitutione Pij IIII. pag. 804.PIVS PAPA IIII. AD PERPETVAM  
REI MEMORIAM.

**F**raternitas Iesv ortus  
**V**nicum Institutum  
**F**ructus Institutii.  
**F**avor. Pont. in cam.

**I** Niunctum Nobis Apostolicæ Seruitutis Officium NOS admonet, vt animarum salutis; (quantum cum DEO possumus) etiam multiplicatis Gratijs, omni ratione consulamus. Hodie siquidem per NOS accepto, quod in Burgenſi, & pluribus alijs Hispaniarum ciuitatibus, & alijs locis vna saluberrima CONFRATERNITAS sub vocabulo Nominis Iesv instituta erat: Cuius Confratrum partes potissimum essent; *Diligenter Cauere, ne vel ipsi, vel alij coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam, iurarent: & contrafacientes modestè admonerent.* Quoddque ipsi Confraternitati plurimi Christi fideles se conscribifererant; quorum operâ & studio blasphemiarum, periuriam, & alias illicita iuramenta commodè prohibebantur.

NOS, vt ipsa Confraternitas in maiori semper reuerentia habeatur; & Christi fideles eolibentius illam ingrediantur; quo Ipsa amphoribus decorata Spiritualium Gratiarum donis, & Apostolicis fuerit suffulta priuilegijs: de Omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Autoritate confisi; omnibus & singulis dictæ Confraternitatis vbi-

vis terrarum & locorum, nunc & pro tempore Conditio-  
 diffusa, vtriusq; sexus Confratribus, in illa nunc Indul-  
 & pro tempore descriptis, vbilibet constitutis; gentiæ  
 (sive sub eiusdem Confraternitatis regula prius plen. in  
 edita; siue sub alia simili comprehendatur;) qui Circum-  
 verè pœnitentes & confessi die festo Circumcissionis  
 sionis Domini nostri IESV CHRISTI, annis sin. festo.  
 gulis in perpetuū sacrosanctum Eucharistiæ Sa-  
 cramentum susceperint; & solennitatis; (per ipsam  
 Confraternitatē in dicto die festo, vbiuis locorū  
 pro tempore celebrari solitæ) in toto, vel in parte  
 interfuerint; quoties id egerint, toties pro quolibet  
 die festo huiusmodi plenariam omnium, &  
 singulorum, ac quorumcunq; peccatorū suorū  
 Indulgentiam, Remissionem, & Absolutionem  
 Autoritate Apostolica, tenore præsentium conce-  
 dimus, & elargimur.

Illis vero dictæ Confraternitatis Confratri- II.  
 bus, qui qualibet prima die Dominica cuiusq; Menstruæ  
 mensis totius anni similiter in perpetuū ad Mil Missæ au-  
 sam; (quàm ipsi Confratres audire tenentur) au ditioni.  
 diendam conuenerint; quotiescunque id ege- X. anni  
 rint; decem annos. Ind.

Qui verò temerè iurantem, aut aliàs diuinum III.  
 Nomen blasphemantem modestè & charitari- Iurari im-  
 uè quandocunque admonuerint; pro qualibet pedienti-  
 vice centum dies. bus, 100;

Et cuiusque Verbi Dei Prædicatori sæcu- dies.  
 lari, vel cuiusvis Ordinis Regulari; qui Christi IV.  
 fideles, vt à Iuramentorum abusibus caueant, & Prædica-  
 hanc dictæ Confraternitatis Regulam ample toribus X.  
 ctantur, hortatus fuerit; decem annos de iniun- anni.  
 ctis sibi pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta Facultas  
 misericorditer in Domino relaxamus. eligendi

Et vt ipsi Confratres dictæ indulgentiæ plen. Confessæ-  
 Deo propitio, facilius efficiantur participes; illi-rij cuius-  
 lis, & eorum singulis Indulgentiam huiusmodi cunq;



Facultas  
absoluen-  
di.

consequi volentibus, vt dicto die festo Circum-  
cisionis occurrente, quoscunq; sibi bene visos;  
idoneos Presbyteros seculares, vel cuiusvis Or-  
dinis Regulares, per Ordinarium loci approbā-  
dos, in suos possint eligere Confessarios; Qui  
confessionibus ipsorum diligenter auditis; Quos  
& eorum quemlibet ab omni & quacunque Ex-  
communicationis etiam Maioris, & ab omni-  
bus & quibusvis alijs Ecclesiasticis Sententijs,  
Censuris & Pœnis à Iure, vel ab homine, aut mix-  
tims; quavis occasione vel causâ latis; (saluo ta-  
men iure tertij); Nec non ab omnibus & singulis  
eorum peccatis, criminibus excessibus & deli-  
ctis quantumcunque grauib; & enormibus; e-  
tiam locorum Ordinarijs, ac sedi Apostolica re-  
seruatis (præterquam in Bulla die Ganæ Domi-  
ni legi consuetâ contentis:) dicta Autoritate A-  
postolica absolueret; eisq; pro commissis pen-  
nitentiam salutarem iniungere: Ac Vota quæcun-  
que (Ierusalemitano, Visitationibus Luminum  
Beatorum Apostolorum Petri & Pauli prædi-  
ctorum de Vrbe; ac Iacobi in Compostella: nec  
non Castitatis, & Religionis Votis duntaxat ex-  
ceptis:) in alia pietatis opera commutare vale-  
ant; similiter Autoritate, & tenore præmissis per-  
petuò concedimus & indulgemus.

Commen-  
datur Fra-  
ternitas  
Prælati  
Ecclesiæ.

Mandantes vniuersis & singulis Venerabili-  
bus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis,  
& Episcopis, ac dilectis Filijs cæteris Eccle-  
siarum Prælati, & locorum Ordinarijs, vbilibet  
constitutis, eorumque Generalibus Spirituali-  
bus Vicarijs, & Officialibus; quòd vbi, & quan-  
do opus fuerit, ac quoties pro Confratrum præ-  
dictorum parte fuerint requisiti; eidem Con-  
fraternitati prædictæ pro posse faueant; fauora-  
biliter assistant, & Illam promouere procurent.

Præsentibus, quas nunquam etiam per  
NOS

NOS, aut alios Romanos Pontifices, Successo-  
res nostros, vel Sedem præfatam, aut alios quos-  
cunque quomodolibet reuocari, suspendi, limi-  
tari, reduci, modificari, aut eis in aliquo dero-  
gari posse; Neque sub quibusvis illarum, aut si-  
milium, vel dissimilium Indulgentiarum & Gra-  
tiarum reuocationibus, suspensionibus, altera-  
tionibus, modificationibus, limitationibus,  
derogationibus, aut alijs contrarijs dispositio-  
nibus in genere, vel specie, per NOS, vel Succes-  
sores nostros, aut Sedem præfatos, seu quosvis &  
ex quibuscunque etiam vrgentissimis, & necessa-  
rijs causis etiam pro fabrica basilicæ Principis  
Apostolorum de Vrbe: Cruciatâ Sanctâ, vel Ex-  
peditione contra infideles etiam ad Imperato-  
ris, Regum, Reginarum, Ducum, Princi-  
pum, vel aliorum instantiam, seu eorum  
contemplatione, vel etiam Motu proprio, &  
ex Certa Scientia, ac alias quomodolibet ca-  
nonicè, vel de facto nunc, & pro tempore im-  
positis, & factis vllatenus vnquam comprehen-  
sas, sed semper ab illis exceptas: Et quoties il-  
læ emanabunt, toties in pristinum & validissi-  
mum statum restituras, & de nouo concessas fo-  
reac censeri decernimus perpetuis futuris tem-  
poribus duraturis.

Instituitur  
& confir-  
matur in-  
curabiliter

Vt autem ipsi Confratres maiorem à Nobis  
gratiam reportasse lærentur, ipsdem Confessori-  
bus Confratribus iuramenta quælibet, sine alte-  
rius præiudicio relaxare.

Facultas  
circa Iura  
menta re-  
laxanda.

2. Et præterea eidem Confraternitati, illiusq;  
Confratribus ac Ecclesijs, Capellis & Altaribus  
eiusdem, vbilibet constitutis, quòd, quocunque  
tempore cuiusvis Interdicti, & Cessationis à Di-  
uinis, videlicet dicto die festo Circumcisionis à  
primis Vesperis vsque ad occasum solis eiusdem  
Interdicti quoad ex-  
ercitia di-  
fici

Priuegiū  
tempore  
Interdicti  
quoad ex-  
ercitia di-  
fici

facia in ipsius Confraternitati Eclesijs Alteribus, ac Capellis solemniter & publicè celebratis;  
 3. Qualiber verò prima die Dominica cuiuslibet mensis priuati Confratres priuatam eorum Missam ex eiusdem Confraternitatis Instituto celebrari solitam celebrari facere, illique interesse;  
 4. Ac insuper semel in mense Dominicum Corpus suscipere; Et quoties aliquem vel aliquos ex ipsis Confratribus quocumq; tempore Interdicti, seu Cessationis à Diuinis huiusmodi moti contigerit, (dummodo causam non diderit Interdicto, eorum cadauera cum moderata pompa sepeliri liberè & licirè valeant. Et interim Interdicta & Cessationes à Diuinis huiusmodi, quæcunque sint ad effectum præmissum omninò suspendantur, & suspensa esse censeantur, Autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

**Derogatoriarum derogationibus,** sub quibusuis reuocationibus, derogationibus, vel limitationibus similibus gratiarum per Nos, vel successores Nostros in genere, vel specie, ex quibusuis etiam urgentissimis causis, etiam ad Imperatoris, Regum, & aliorum Principū instantiam pro tempore quomodolibet emanatis nullatenus comprehendis, sed semper ab illis exceptas fore; Et ita per quoscunque Iudices & Commissarios quauis autoritate fungentes, sublata eis & eorū cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi autoritate & facultate iudicari, & diffiniri debere. 7. Ac quicquid fecus à quoquam quauis Autoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Non obstantibus quibusuis Apostolis, ac in provincialibus & synodalibus Consiliis edictis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordi-

Ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis; Nec non etiam iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis & Consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem (ne Confratres ipsi, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita committenda;) quòd si à sinceritate Fidei & Veritate S.R. Ecclesiæ ac Obedientia & deuotione Nostri, vel successorum Nostrorum Romanorum Pontificum, canonicè intrantium destiterint; Aut confidentia eiusdem gratiæ aliqua commiserint: Gratia & literæ, quoad eligendum Confessorem huiusmodi illis nullatenus suffragentur.

Volumus autem, quòd si aliqua alia Indulgentia fuerit per Nos in aliquo loco eiusdem Confraternitati concessa; præsentibus, quoad locum huiusmodi, nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, anno Incarnationis Dominicæ 1564. Idibus April. Pontificatus Nostri anno quinto.

*G. Transiensis.*

ALIA BVLLA

*Ex Bullario Romano Laerij Constitutione*

833. Pij. V. Pag. 1129.

PIVS P. P. V. PERPETVAM REI MEMORIAM.

**D**Ecet Romanum Pontificem, Equi, & Boni supremum Assertorem ita cuncta prouido suo iudicio discutere, vt & scandalis quibuslibet obuietur, & ea quæ in diuini Nominis gloriam sunt stabilita, votiuum suscipiant incrementum. Accepimus sanè

Autores  
Fraternita-  
tis IESV  
Prædica-  
tores.

Alieni V-  
supatores  
eiusdem  
vel similis.

Appropria-  
tur solis  
F.F. Præ-  
dicatori-  
bus.

Permitti-  
tur & alijs,  
sed cum li-  
centia  
Prædica-  
torum.

nuper, quod SOCIETAS NOMINIS DEI, siue Iuramentorum originem & ortum habuerit ab Ordine Prædicatorum; eò quòd ab eiusdem Ordinis Professoribus fuerit instituta & aucta; nec non interuentu dilectorum Filiorum Fratrum dicti Ordinis multæ Indulgentiæ, aliaque Priuilegia & Fauores dictæ Societati ab Apostolica Sede fuerint concessa.

Tamen multi Clerici, & Parochi in suis ecclesijs dictam Societatem erigere student; ita ut aliquando sint plures in eadem ciuitate Societates, seu Confraternitates dictæ inuocationis Nominis Dei, seu Iuramentorum, in diminutionem Obseruantia, & Deuotionis, quæ ex frequentia conuenientium oriri solet; & non sine aliqua confusione, quæ ob præfatam causam in die Circumcisionis Domini, quando festum prædictæ Societatis, seu Confraternitatis celebrari debet, accidere consuevit.

Nos in præmissis pro nostri Pastoralis Officij debito oportunè prouidere volentes, MOTU PROPRIO; Non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed ex mera deliberatione, & Certa Scièntia nostra, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine; quòd in ciuitatibus oppidis, & locis totius orbis Christiani, in quibus fuerint Ecclesiæ Ordinis Prædicatorum; ibi tantum vel in huiusmodi ciuitatibus, oppidis & locis, & in dictis Ecclesijs Prædicatorum duntaxat, dicta Societas seu Confraternitas huiusmodi instituatur. In ciuitatibus, oppidis aut locis, in quibus non fuerit dicti Ordinis Domus, aut in finitimis ecclesijs, absq; licentia Prioris Provincialis, seu Conuentualis dicti Ordinis, in cuius districtu sita fuerit Ecclesia, in quadam Confraternitas seu Societas est, vel erit erigenda.

Quòd si secus factum fuerit, Confratres taliter admissi

admissi dictæ Confraternitatis seu Societatis Indulgentias non consequantur; nec Fauoribus, aut Priuilegijs gaudeant. quæ Confratribus legitime adscriptis per Sedem præfatam conceduntur, Apostolica Autoritate, tenore Præsentiũ perpetuò Statuimus & Ordinamus, ac etiã districtius inhihemus; sicq; Volumus, & præcipimus.

Et nihilominus dilectis Filijs Conseruatoribus dicti Ordinis per Præsentes MORTU simili mandamus, vt Contradictores seu Attèntantes Autoritate nostra prohibeant, ac etiam per censuras Ecclesiasticas, aliasq; pœnas, etiam pecuniarias, ac cætera iuris, & Facti remedia oportuna, appellatione postposita, comescant, ac reprimant: Super quibus Illis Facultatem, Potestatem, & Autoritatem eiusdem Autoritate & tenore concedimus, & impertimur.

Decernentes præsentis Literas de surreptionis, vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, seu alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus vnquam posse: Eas semper validas & efficaces existere, suosq; plenarios effectus sortiri, & obtinere: Nec non ab omnibus, quos Illæ coacernunt inuiolabiter perpetuò obseruari. Sicque in præmissis ab omnibus censi, & ita per quoscunq; Iudices, & Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatij nostri Apostolici Causarũ Auditores, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his à quocunq; quauis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Pœnæ se-  
cus eam  
sibi vsur-  
pantium.

Mandatur  
Ecclesiæ  
Prælati vt  
Fraternita-  
tem tuean-  
tur.

Derogato-  
riarum de-  
rogatoriæ.

Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri. De vna, & Concilij Generalis de duabus Dietis; demum modo non vltra tres ad iudiciũ, vigore presentium, nõ rrahatur, & alijs Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus nec non dicti Ordinis iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Consuetudinibus, Priuilegijs quoq; Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac eum quibusuis etiam Derogatoriarum Derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis Clausulis, etia Motv & Scientia similibus etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, ac innouatis, quibus omnibus etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua & expressa mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata insererentur Præsentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dup taxat specialiter, & expresso derogamus, Contrarijs quibuscunque; aut si aliquibus communiter, vel diuissimè prædicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Transumpti  
licentia.

Ceterum, quia difficile foret presentes litteras ad singula quæq; loca, vbi necessarium fuerit, deferre. Volumus quod Illarũ Transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ, in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ Præsentibus adhibere-

fi

si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 21. Iunij, Pontificatus Nostri anno sexto.

B. Melchiorius B. De Castro.  
Reductio

ALIA BVLLA.

In Bullarij eodem, Constitutione 79. Gregorij.  
pagina 1314.

GREGORIVS XIII. EPICOPVS SERV-  
VVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM ME-  
MORIAM.

Alias per fel. recordationis Piũ Papam III. prædecessorem Nostrum accepto, quod in Burgensi, & pluribus alijs Hispaniarum Ciuitatibus, & alijs locis vna saluberrima Confraternitas sub Vocabulo Sanctissimi Nominis Dei instituta erat; Cuius Confratrum Partes potissimũ essent *Diligenter cauere, ne Ipsi vel alij Coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam iurarent, & contra facientes modeste admonerent.* Quædque ipsi Cõfraternitati plurimi Christi fideles se conscribi fecerant, quorum opera & studio blasphemix, periuria, & alias illicita iuramenta prohibeantur, dictus prædecessor omnibus, & singulis dictæ Confraternitatis vbiuis terrarũ pro tẽpore diffusæ, vtriusq; sexus Cõfratribus in illa pro tẽpore descriptis, qui verè penitentes, & confessi die festo Circumcisionis D. N. IESV CHRISTI, annis singulis Sacratissimũ Eucharistiæ Sacramentũ susciperent, & Solennitati per ipsã Cõfraternitatẽ dicto die festo, vbiuis locorũ pro tempore celebrari solitæ in tota vel in parte

Repetitia  
summaria  
superiorũ  
Bullarum,  
Pijnarum.

li s inter-

intereſſent, quoties id agerent toties pro tempore celebratiſſimæ in toto vel in parte peccatorum ſuorum Indulgentiam & Remiſſionem conceſſit: illis verò dictæ Confraternitatis Confratribus, qui qualibet prima die Dominica cuiusq; menſis totius anni ad Miſſam, quam ipſi Confratres audire tenerentur, audiendam conuenirent, quotiescunq; id agerent; X. annos; Qui, vero temerè iurantem, aut alias diuinum nomen blaſphemantem modeſtè, charitatiuè admonerent, pro qualibet vice centum dies: Et euicunq; Prædicatori Verbi Dei, Sæculari vel cuiusuis Ordinis Regulari, qui Chriſti fideles, vt à iuramentorum abuſibus cauere, & hanc dictæ Fraternitatis regulam amplecterentur, hortatus fuerit; X annos de iniunctis ei pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, &c.] Inferit potrò ad verbum penè ambas Pijnas ſuperiores: ac demum ita ſubiicit.

[Quare pro parte dilectorum filiorum Confratrum Confraternitatis Sanctiſſimi Nominis Dei, in eccleſia B. MARIE ſupra Mineruam de Vrbe canonicè inſtitute, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Literis prædictis robur Apoſtolicæ Confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur dictos Confratres à quibuſuis Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis Sententijs, Cenſuris & Pœnitentia Jure vel ab Homine quauis occasione vel cauſa latis, vel quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; nec non Tenores dictarum Literarum Præſentibus pro expreſſis habentes huiusmodi ſupplicationibus inclinati Literis prædi-

Confirma-  
tio earun-  
dem toti-  
uſq; Inſti-  
tuti.

prædictis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis Apoſtolica Autoritate tenore Præſentium ex certa Noſtra Scientia robur Apoſtolicæ Confirmationis adijcimus, illoſq; approbamus, & confirmamus.

Vt autem Chriſti fideles eò libentius dictam Confraternitatem ingrediatur, quò exinde dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberius eſſe Ad inſcrip-  
reſectos; de Omnipotentis DEI Miſericordia, tionem vel  
ac Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum Eius ingreſſum  
Autoritate conſiſſi, omnibus, & ſingulis vtriuſq; in Frater-  
ſexus Chriſti fidelibus, qui verè Pœnitentes & nitarem  
confeſſi, ac ſacra Communione reſecti dictam plenaria  
Confraternitatem ingredientur, in die primi Indulg.  
lorum ingreſſus, ac in mortis articulo plenari-  
am omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum  
Indulgentiam & Remiſſionem Apoſtolica Au-  
toritate, tenore præſentium elargimur.

Non obſtantibus quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omni Derogato-  
bus illis, quæ in dictis Literis expreſſam eſt non riæ.  
obſtare: Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

Cæterum, quia difficile foret præſentes Literas ad ſingula quæq; loca, vbi necesse fuerit, de-  
ferre; Volumus quod illarum Transumptis ma-  
nu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo alicuius perſonæ indignitate Eccleſiaſtica  
conſtituta munitis eadem proſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ad-  
hiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſatoris, die 9. Julij, anno M. D. LXXX, Pontificatus  
noſtri, anno nono. Transumpti  
licentia.

GREGORIVS XIII. *Ad perpetuam  
rei memoriam.*

Alias felic. record. Prvs Papa IIII, Prædeceſ-  
ſor

Repetitio de Missa menstrua Dominica. for Noster, vt Fraternitas Nominis DEI nuncupata in maiori semper reuerentia haberetur, & Christi fideles illam libentius ingrederentur, plurimis spiritualium Gratiarum donis insigniuit; & inter cætera omnibus, & singulis dictæ Confraternitatis vbiuis locorum tunc, & pro tempore descriptis, qui qualibet prima die Dominica cuiuscunque mensis totius anni in perpetuum ad Missam, quam ipsi Confratres audire tenentur, audiendam conuenirent, quotiescunq; id agerent, decem annos de iniunctis eis pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Domino relaxauit; pro vt in eiusdem Pij Prædecessoris Literis plenius continetur.

Licentia eius in aliâ quamcunq; Dominicam transferendâ. Cùm autem, (sicut accepimus) maior pars ciuitatum, & oppidorum Dominica prima mensis ob Solemnitatem Rosarij impedita sit; NOS huic incommodo prouidere volentes, dictæ Missæ celebrationem ex prima in secundam, vel aliam, quoties in dicta secunda legitimum aliquod adfuerit impedimentum, cuiuslibet mensis Dominicam Apostolica Autoritate, tenore Præsentium, vnâ cum relaxatione pœnitentiarum, vt præfertur, perpetuò transferimus, ac translata esse decernimus.

Ad Processionem mensurâ datur cõmunicantibus plen. Indulg. Præterea omnibus, & singulis Confratribus præfatis, qui Processioni solenni per eos in mense semel celebrandæ verè Pœnitentes & confessi, ac Sanctissima Communione refecti deuotè interfuerint; & ibi pro pace inter Christianos Principes conseruanda, ac hæresum extirpatione, Sanctæq; Matris Ecclesiæ exaltatione pijs ad DEVM preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domi-

Domino perpetuò concedimus, & elargimur: Contrarijs non obstantibus quibuscunq;. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, D. V. Septembr. M. D. LXXX. Pontificatus Nostri, anno nono.

B V L L A A L I A.

PAVLVS PAPA V.

*Ad perpetuam rei memoriã,*

**P**ias Christi fidelium confraternitates ad pietatis, & Christianæ charitatis opera exercenda Canonice institutas, vt in eorundem operum exercitio quotidie magis Confoeantur, Spiritualibus muneribus, Indulgentijs videlicet, & peccatorum Remissionibus non prætermittimus inuitare, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cùm itaque, sicut accepimus, dilecti Filij Confratres Confraternitatum in ecclesijs Fratrum Ordinis Prædicatorum vbiq; canonicè, sub inuocatione Nominis JESV institutarum, ex antiquo ipsarum Confraternitatum instituto, Secunda Dominica cuiuslibet mensis solennem Processionem peragere soleant:

NOS ipsas Confraternitates, quibus certas Indulgentias, & peccatorum Remissiones per alias nostras litteras in huiusmodi forma Breuis expeditas olim concessimus, ampliori dono decorari volentes, ac Litterarum prædictarum tenotes Præsentibus pro expressis habentes, de Omnipotentis DEI misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius Auctoritate confisi, omnibus, & singulis, vtriusq; sexus CHRISTI fidelibus, in aliqua ex dictis Confraternitatibus

Confraternitatibus vbiq; in Ecclesijs Fratrum Prædicatorum Ordinis huiusmodi Canonicè institutis, nunc descriptis, & pro tempore describendis, verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione resectis, qui Processioni secunda Dominica cuiuslibet mensis, vt præfertur, per dictas Confraternitates celebrari solite, deuotè interfuerint, & pro Sanctæ Matris Ecclesiæ Exaltatione, hæresum extirpatione, ac Christianorum Principum concordia, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, ac Remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, vt, si alijs Christi fidelibus in dictis Confraternitatibus, seu aliqua earum descriptis, præmissa peragentibus, aliquam aliam indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapsam duraturam concesserimus, illa nulla sit. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo piscatoris, die 28. Septembris, 1612. Pontificatus nostri anno octauo.

*Scipio Cobellinus.*

IESVS. MARIA.  
SPES SALVSQVE  
MEA  
&  
OMNIA.

ANA-

A N A Θ H M A.

*Hoc est:*

VOTIVA MANVBVIARVM  
O B L A I O

*Mortalis, arumnesiq; Filij, Immortalis, felicissimoq; Parenti*

PATRV M PATRI, FRA-  
TRI FRATRVM PRAEDICA-  
TORVM S. DOMINICO.

*Confiteor, Sancte Pater, quoniam, sicut accepisti à Matre Virgine; sic & tradidisti nobis Fratribus Virginis, primum turba Fratrum duodena, post millies plus millena, in generaliones posteras*

ROSARIVM, ROSARIQVE FRA-  
TERNITATEM MARIÆ!

*Ita nunc, ecce, in Tuo, ex Tuo, per Tuos Tuus, quod Duce Drua Matre Virgine in arcu calami mei accepi: hoc omne Matris Filijs, ac Fratribus Virginis, in Fraternitate Sanctissimi Rosarij, volens, lubens, letus tradidi;*

OFFERO, \*DO, TARDO.

*Plura à Deo danda daturus Deo; Tibi, Tuiscq; plura.*

ADIVVA PATER FILIVM,  
Per CHRISTVM Domi-  
num nostrum, A-  
men.

INDEX

## Index Alphabeticus.

**A**bbates Legati Apostolici missi predicant contra Albingenses, 118. recedunt à predicatione, 125

Afflictionis vis, 283. ad proventum bonum proficit, 289. Sacra & religiones in ea sunt procuranda, 289. illuminat mentem, 299. Orationibus indictis vincitur 441

Aggregationes Fraternalitatum ad se factas nequit Fraternalitas Rosarij, 168

ALANVS laudem fert meritam, 125. piissimus, 265 innouat Fraternalitatem, 261. B. Virgo est familiaris illi, ib. in scriptis suis reuelationum, studio nomen suū subtrahit, ib. obit, 262. 286. 303. Tentatur ad apostasiam: a luxuriam, 262. vapulat à cacodemone, 263. Plurimus est in orando Rosario, 263. Desperasset penè vi tentationis, 263. Seruatur à B. Virgine, ib. morbum occultum habet in pœnam, 263. Desponsatur B. Virgini, 264. 284. claret miracule, 266. Triplicis generis sunt, quos habuit reuelationes, 267. patitur maleuolus, 267. 270. non impunit, 269. Scribere cogitur apologiam 267. Peccator fuit, 268. Iuratus testatur de reuelationum veritate, 272

Aggè ipsi credidit factis reuelationibus, 272. Eadem & alijs de ipso reuelata sunt, 272. Iurat de historiarum suarum veritate, 275. Multa millia inscripsit in Fraternalitatem, 277. 286. In zelo predicandi Rosarij intepuit, 278. Arguitur, à Christo, 279. Aridus in oratione, 281. 284. arguitur à B. V. 282. Renouator Fraternalitatis est primus, 281. Conferitur cum S. Paulo, 288

Albingensium propagatio, 138. primum producit, 138. Alitè aduersum eos tentantur, ib.

Albingenses orationibus fracti, 473

Amicitia quid sit, 16

S. Annæ

S. Annæ Fraternalitas à Trishemio describitur, 217. à Carmelitis colitur, 218. S. Anna est patrona in tempestatibus, 218. ditat inopem, 219

Apparentes spiritus probantur obiecto, vel impresso S. Crucis signo, 282

Auaritiam extirpat Fraternalitas. 68. &c. 77. 79

Austriaca Domus meretur Imperium Rom. gerere, 199.

Auxilium fraternum magni est. 88. 89

B.

**B**ellum Nouesense. 291. Præmonstratum & præfiguratum videtur, 326

Beneuolentia est pars misericordie. 66. differt à beneficentia. ibid.

C.

**C**æsarij scripta de Salutatione sunt de Rosario accipienda, 180.

Capite plexi Prædicatores sublati capitibus ambulant. 195

Cardinalitij pilei causa & origo. 196

Carolus Audax obsidens Nouesium, &c. 292

Castrenses Fraternalitates Rosarij quadam. 165

Catholicus quis verè dicatur, 34

Charitas fratrum ducit ad charitatem Dei. 24. succedit, 28

Charitatis actus varij. 18

Carmelitarum Ordo quando venit in Occidentem, 186. Et Regulam disponunt duo Prædicatores. 187. Confirmatur 195

Charmelita dicuntur Fratres Maria 186. S. Annæ Fraternalitatem colunt in Germania. 218

Christus iratus orbi minatur vltima, 118

Placatur à Despara, ioid.

Christiani sunt fructus ventris MARIE. 180

Habent inimicitias cum Serpente. 179

Aliter atq; aliter appellati sunt. 34

Sunt

Kk



<i>Sunt fratres.</i>	4. 22. 45
Collectæ pro egentibus. 73. 78.	<i>Ad luminaria</i>
<i>eccl. sua.</i>	189. 190
Corbonæ seu Caſtophyllaciorum uſus.	74. 78
COLONIA deditur Philippo Imper. 116.	<i>Laudatur.</i>
288 ac. epist. ff. Predicatorum. 189.	proficitur
<i>afflictione.</i>	289
Coloniæ Predicatorum renouata Fraternitas Rosarij.	
305. quantum illi præſtitum uidetur bonum per	
<i>id inſtitutum.</i>	454
Coloniensium Conſulum petitiõ ad Priorem Predicatorum. 301.	<i>Senatus, populiq; Col. pietas ac</i>
<i>ſupplicaciones tempore belli.</i>	300
Coloniensis Fraternitas eſt Mater aliarum de Rosario. 371.	<i>Pacem promeruit.</i>
	306. 312
Communione fortunarum facit fraternitas. 20	
Communicatio ſpiritualis meritorum, & eius finis.	
424.	<i>eſt mutua.</i>
	425
Communicatio eſt mutua Ordinem inter Predicatorum & Fraternitatem. 419.	<i>huius origo.</i>
	421.
	422
Conſultandi modus inter Officiales Fraternitatis Rosarij.	406
Conſuetudinæ Fraternitatis S. Petri Mediol. & S. Antonij donatur meritis Ordinis Predicatorum. 204.	
Conſtantia in beneſactia parit Fraternitas inuita. 88	
Concionib; cũ fructu habenda neceſſaria oratio. 173.	
Concionandi ſimplicitas commendatur. 126 132. 183. 262. 466.	
Concordiæ Fraternitas. 41. 214.	<i>eſt inuictus murus.</i>
	6
Conuentus variorum Ordinum toti in Fraternitatem Rosarij inſtituti.	321
Conuentuales ſunt eccleſia Ord. Predic. 226. diſtinguntur à parochialibus. & eluſtrantibus.	217
Correçtio ſi aterna in Fraternitate.	17
	C17

<i>Cruciata Expeditiones frustrata.</i>	115
Criminatores Fraternitatis Rosarij & Alani. 267	
270. <i>iram ſibi habent ſenatorem.</i> 269. 279.	
<i>Fraternitatem.</i>	307
<b>D</b> Amnati apparent. 253. <i>Damnatorum poenitentia</i>	
279. <i>qui plurimi.</i>	254
Defuncti in Fraternitate Rosarij participant de ſuffragijs uirorum. 384.	<i>quantum pro ijs hebdomadam orandum.</i> 384.
<i>Quanta eis in Fraternitate Rosarij ſiant ſuffragia.</i> 443. 444.	<i>Eorum exequia</i> 384. 386.
<i>Ius &amp; priuilegium eos ſoleniter ſepeliendi</i>	388. 229
Defunctorum fraternitas priſca. 40. <i>Indulgentia</i> 415.	<i>Anniuerſaria in Fraternitate Rosarij.</i>
	373. 386. 387.
Diuites tenentur largiri egenis.	61. 62
S. DOMINICVS præſentatur Chriſto à B. V. M. 119.	
<i>laborem ſuccurrit Eccleſiæ.</i> 120. <i>Captus à tyranno adducitur remis.</i> 124.	<i>ſecurus in periculo ſuæ uitæ ponti.</i> 125.
	<i>apparuit ei B. V. MARIA</i>
124. 128. 29. <i>predicat Rosarium in quantitate aduerſis.</i> 125.	<i>predicare inchoat à B. Virg.</i> 126.
128. 130. <i>Jubetur &amp; à Chriſto.</i> 131. <i>ſe diſſagellat pro hæreticorum conuerſione.</i> 129.	<i>eius manu gemina.</i> 163.
	<i>Conuerſis hæreticis plurimos.</i> 157.
	<i>zelat conuertere.</i> 129. 183.
	<i>Ordinem in Prouincijs diſtribuit</i> 158.
<i>Super candelabrum eſt poſitus</i> 159. <i>Solus cum Simone Comite perſeuerat aduerſus Albigenſes.</i> 183	
<i>Capit Fraternitatem S. Crucis.</i> 203. <i>eſt reſtitutor, &amp; inſtitutor Fraternitatis Rosarij.</i> 315. 460	
S. Dominici laus è S. Scriptura. 154. <i>ex factis &amp; inſtitutis.</i> 155. <i>ex teſtimonijs</i> 156. <i>Simplicitas in predicando.</i> 183. 126. 132. <i>Vox horribila è ſepulcro.</i> 255.	
	<i>Mater eiusdem.</i> 465
Dux luſitaceniſis à Papa Fraternitatis approbationem petit. 334. <i>Item &amp; Dux Britannia.</i>	336.
	Kk 2
	Eccle-

## E.

<b>E</b> cclesiam sustentat S. Dominicus.	120
<i>adiuuat precibus Rosarij Fraternalis.</i>	155.
	157.
<i>Ecclesiarum persequentis poena.</i>	199
<i>Ecclesia Notarum una est liberalitas Fidelium.</i>	221.
<i>Ecclesiarum gazophylacia cepta.</i>	117
<i>Obpignratio prima in bello.</i>	116
Episcopi Fraternalitatem Rosarij amant ac promouunt.	374
Europa status afflictus.	115.

## F.

<b>F</b> acultas absoluendi in Fraternalitate Rosarij.	417.
<i>in ordine.</i>	473
Familiares Ordinis <i>Prudicatorum qui censendi.</i>	225.
S. Franciscus datur S. Dominico socius à B.V.M.	119
Feritatem animi detegit inita fraternalitas.	53 62
Festa beneficij Dei recolenda instituantur.	354
Flagellantes heretici.	195: 244.
Frater germanus pro marito est.	163
Fratres sunt quadruplices, 1. differunt nouem modis, 26. Sunt omnes Christiani. 4. 5. 2. 45. Quales sint. 32. Snt iudices controuersiarum.	83
Fratres uterini ratio pacifici.	13
Fratres sent etiam heretici appellandi.	37
Fratres dicti Christiani sapè. 33. 48. Gloriantur eo nomine. 33. superat omnia nomina Christianiana.	34
Fratrum appellatio friget in Clero. 36. Viget in Causis. <i>ibid.</i>	
Fratres dicit quos pudet.	37
Fraternalis neminis vis, & excellentia.	44
Fratres in <i>id.</i> in necessitate. 90. feri. 52.	
Fratres MARIE dicitur. <i>Prudicatores.</i> 182. <i>item &amp; Coronarij.</i> <i>ibidem</i> 180. <i>Tentonici,</i> 185. <i>Carmita.</i>	197
Frater.	

Fraternalis unitas animorum.	23. 45.
Corporum.	25.
Fraternalitas est multiplex. 5. o. 91. valet ad concordiam. 41. 54. 84. ad misericordiam. 20. 51. 57. &c. ad bene iudicandum inter litigantes. 83. ad constantiam valet. 88. contra auaritiam, 68. Est candelabrum aureum Ecclesia. 57. est paradysus horreus.	II
Fraternalitas Spiritualis quid sit. 6. 21. est duplex. 18. 169. dissoluitur. 7. perennat. 8. 9. laudatur. 45. 59. Eius fons est charitas. 11. 12. 27. Charitati persimilis est. 13. 44. 45. eius actus. 18. 20. 57. eius origo ex Deo. 21. 25. eius in Laicos actus varij. 18. 20. 57. Vnit nos Deo. 22. 24. Vnit proximo etiam corporaliter. 25. è calo venit. 21. 25. &c. descripta ex adiunctis. 26. sit proprietaria. 35. penè intercidit. 36. opponitur Naturali. 12. 14. &c.	
Fraternalitas naturalis perit. 8. sua quarit. 21. 15. sua est.	81
Fraternalitas Civilis optimus est murus.	55. 56
Fraternalitas natura. 29. Legis. 30. Apostolica. 31. primitiua Ecclesia. 32. 60. Ecclesiastica. 35. Monastica. 36. Defunctorum. 40. Domina. 40.	
Fraternalitas Pacis seu Concordia.	41. 214
Fraternalitas Misericordiae est laicorum propria. 58. in primitiua Ecclesia. 211. Orta inter potentes opibus sit Ordo.	212
Fraternalitas misericordiae Annunciata instituta. 212. 2. 3. renouatur. 213. solemniter celebratur. 214. dotat egentium ciuium filias nuptui. 214.	
Fraternalitas S. Crucis, vel S. Petri Mediolan. 200. eius orta occasio gemina. 201. Cepta à S. Dominico. 203. Consuetudine incorporatur meritis Ordinis <i>Prudic.</i>	204.
Fraternalitas IESU vide IESUS.	
Fraternalitas V. Sacramenti Euchar. à S. Thom. Aqu. cepta. 199. Progressa est ex Fraternalitate Rosarij. 205. Eius processiones quot ferijs quintis abrogantur.	

tur. 205. Indulgentia comitantibus V. Sacramentum ad agros. 206. meditationis puncta pro Rosario in honorem V. Sacramenti oran lo. 207  
 Fraternalitatis de Salve Regina oratio. 215 Status a 216.  
 Fraternalitatis Annunciatæ inter Scholasticos origo, institutum, inscriptio in Rosario, confirmatio, primi instituti nulla facta unquam: mutatio. C. 166.  
 C. C. Eius Manuale Herbipolense fuisse & salutare 168. refelliturque 16  
 Fraternalitatis S. Annae autor. 217. causa cur instituta, persumque precum 16. propagatio, confirmatio. que 218. Carmelitæ eam promouent. 16. Feria tertia cur et sacra. 218  
 Fraternalitates variae laicorum sunt ordines religiosi. 41  
 Fraternalis dilectio suadetur. 23  
 Fraternalis liberalitas. 20. 51. 57. C. V. liberal.  
 FRATERNITAS ROSARII origo præcellit omnibus 47. suavitati, deuotione. 50. Est appropria in seipso penè omni iure. 485. post eam nata plures fraternitates. 43 est quoddam quasi Totum aliam. 486. est inseparabilis ab Ordine Præd. 160. permixta alijs quatuor. 260. male usurpatur ab alijs. 480. Autem d. Lomnico fuit prima inter nauticos piratas 225. conditæ Albigenses, 128. Unionem facit. non scissionem. 187 in turbis ciuilibus efflorescit. 199. Insuperum firmat 126. 138. in moribus corruptis alicuius est in gra. 196. causat Germanis nominum Christianorum usum. 199. Exulcerata tempora sanant. 136. 138. 149. est pacificatrix. 172. 300. 307. 312. Hæresim est exim-patrix. 138. 157. 173. 179. Ecclesiam adiuuat pro-bis. 155. 157. similia est Patri auctori suo. 155. C. Morbidos & mortuos resuscitat. 195. est et debum pietatis pia formanda 156. non est molestanda vili-ibi. quos reditus pendit Ordini. 162. Curamgenus instituitur. 105. Ordini Præd. est permagis affi-manæ. 163. non migravit à Prædicatoribus ad lesur-

tas 166. Ob qua migrasse erroneè videri posset. 167. Habet filiales plures. 200. nec à se se degeneres. 220. Cur in Bullis Pontificum prius non nominetur. 230. Viget inter literatos scholasticos. 233. Ante S. Domnici tempora elanguit. 275. numerosa Alani. 277. 280. renouatur 304. patitur amulos. 307. amula male ce. lit. 269  
 est Generalis ob varias & certas causas. 314. C. 371. est similia primitiua fraternitati. 315. Est exemplar aliarum fraternitatum. 316. 437. sub pallio B. V. protegatur. 322. Nani similes. 323. Seruat in periculis mundi. 324: diuinitus testata est. 329. adeoq; tota est opus Dei. ibid. habet testimonia Romanorum Pontif. 333. C. Capax sit legatorum, donorum, C. 351. Colonienfis est Mater caterarum fraternitatum Rosarij. 371  
 Est ut aluearium. 394  
 debet esse ordinata & interstincta quoad personas seu Officiales. 393 C. Alioquin trunca erit & imperfecta 397. huius similia. 397. participat merita Ordinis Prædicatorum. 419. est apta omnibus. 437. Et libera ab obligatione. 446. Est quasi religio 456. Regimen practicum & administratio 398.  
 Fraternalitatis & Ord. Præd. instituendi pares causa, 134. initta, 124. origo occasio, 139 142. Patres sunt Papa. 151. 305. 309. Coniunctio perpetua cum Ordine Præd. 124. 152. 160. 158. 232. 235 237. 422. eam sibi spirituum semen arrogat male. 480. Prærogatiua. 160. 172. 182. 432. C. Idem nomen cum Ord. Præd. 182. Indulgentia certa. 153. 409. adstricta ad ecclesiam Prædicatorum. 162. perpetua, 163. 233. resuscitata, 367. Varia in varios actus, 410. C. Privilegia, 161. Monumenta prisca, 188. 235. Statuta & exercitia, 190. 383. 401. Vigentis sunt testes in Ordine Prædicatorum. Sancti, & Boni, 195.  
 Vigorens

vigorem testatur eius in Ordinem liberalitas. 220.  
 221. 423. eius appellatio à Rosario est recentior.  
 241. *Reina* 247. 250. *haec ei gloriosa*, 247. *Ru-*  
*isse non mirandum, quòd similia multa.* 258  
*Tria in ea praeipua.* 276. *Laus.* 352. 368. *pen-*  
*sus hebdomadarii omissum.* 276. *Eius hos-*  
*bis Christus est hostis.* 279  
 De renouandae deliberatio. 303. *iussio Beat. Virg.*  
 304. *Potum P. Prioris Colonienfis* 304. *Consi-*  
*lium bonorum virorum.* 304. *Senatus Colouien-*  
*approbatio.* 305. *Institutum propositis Quodli-*  
*bet is academicè commendatur.* 308. *Renouan-*  
*da apparatus.* 309. *Collecta typus.* 313. *idem*  
*explicatur.* 317. *eius restitutor & institutor fuit*  
*S. Dominicus.* 315. 460. *Eius exemplorum &*  
*miraculorum per summa capita catalogus.* 318.  
 319. *Eius renouatio videtur fuisse praeonstra-*  
*ta.* 326. *praecellentia.* 333. *instituta fuit.* 374  
 333. 389. *Confirmanda primùm causa* 333.  
*approbatio.* 334. *Facultates in absoluendo.* 341.  
 417. *Inscriptio gratuita.* 342. 383. 385. 387.  
*Curfus rectus pede inoffenso.* 347. 348. 350.  
*Patris Praedicatoris ei deputari solent certi.* 351.  
*Eius processiones antemeridionales.* 356. *meren-*  
*tur victoriam.* 354. *eius Ara Confratribus ma-*  
*nutenãa.* 372. *eius anniversaria.* 373. 386. 387.  
*exequia.* 384. 387. *eius Patroni IESVS & MA-*  
*RIA.* 383. 385. *Nuncius* 387. *Sepultura eius.*  
 388. *Functionum duo genera.* 396. *Officia &*  
*Officiales* 398. *Procedit, & Patroni,* 399. *Pa-*  
*ter spiritualis & huius munia duo.* 400. *Pres-*  
*ti.* 401. 404. *Quindecimviri.* 401. *Con-*  
*muniatio meritorum & quorum.* 402. *Con-*  
*sultandi modus.* 406. *Fructus & effectus miri*  
*ac multi* 446. &c. *Ob Fraternitatem benedi-*  
*citur à Deo Ordini.* 480. *Fraternitatis obrecta-*  
*tores arguuntur.* 483. &c. *Semper erunt.* 487. *pu-*  
*niuntur*

*niuntur diuinitus.* 488. *peccant variè.* 491. *In eam*  
*obiectiones & quarela varia.* 484. 489. *obrectato-*  
*res comparatur pessimis quibusque in S. scriptura* 492  
*Fraternitatem institui solebat Rosarij conditio* 150  
*viuisq. similitum.* 141. *ad eam inuitant Papa.* 339.  
 352. 368. *Eam Cardinales commendant.* 372. *Legati*  
*et Apostolici, Episcopi, &c.* 374  
 In Fraternitate est donum orationis, quod eam illu-  
 strat. 436. 437. 441 492  
 Fraternitati aduersantes puniendi. 269. 270. 279. 307  
 De Fraternitate scriptores pauci, at certi 143. 231.  
 Traditio est certior. 143. *Tales exceptiones maiores,*  
 149. *In negligentes ipsius mina.* 251  
 Fraternitates Castrenses Rosarij, 165  
 Fraternitatum alibi, praeterquam in ecclesiis Predi-  
 catorum, conditiones. 164  
 Fraternitatis Rosarij aggregatae sunt multa 166  
 Fraternitatis Filiales non sunt à matre degeneres. 220  
 Fraternitates instituendi licentia data ab Alano qua  
 tenus. 279

## G.

**G** Azophylacia in templis. 117  
 Gratitude. 210  
 Germanicae mittunt scythicae necmina, assumunt.  
 Christiana. 199  
 Germani motus decennales & deuastatio eius. 119  
 Generalis Praedicatorum Fraternitatem. S. Petri  
 Confluentia ordinis meritorum participem facit.  
 204. *Clauari reformari vox.* 255. *deputare solet*  
*praedicatoris Fraternitatis Rosarij.* 351

## H.

**H** Aretici dici à catholicis possunt fratres. 17.  
 Extirpantur per Fraternitatem 182. 138  
 157. 73. 179. sunt can. ni 177. Flagellantes  
 195.  
 Haereticos conuertit plurimos Dominicus, 157. *zelat*  
*pro eorum salute.* 119

I N D E X.

Henricus VI. Imp. infestat Papam suo malo 116  
 Herbipolense M. inuolans sodalitate peruersè narrat de  
 sodalitate Annunciata 168. 169.  
 Historiarum Alani fides & attestatio. 271  
 Homines defunt urbibus & agris colendis ob pestē. 248  
 Coluntur eximie in Ordine Præd. 121. 123.  
 Hospitalis est Fraternitas 58. 75. 77  
 Hospitalis essera. 76  
 IESU & MARIE Nomina inuocata sedant tempestates,  
 127. Induigentias cōfirunt pronuntiata 413. 121. 123.  
 IESU fraternitatis institutum, indulgentia &c. 210.  
 191. 123. Bulla. 497  
 IESU Nomen additum ad Salutacionem Ang. cum in-  
 dulgentijs. 191  
 Imperator Fridericus III ducit contra Carolum Lu-  
 dacem, 293. &c. 297. decernit acie cum Carolo, 297  
 Veneratur Fraternitatem Rosarij cum precibus  
 Imperij, 309 se cum hisce inscribit, 310. ad sim-  
 preces confirmatur inuocatio Fraternitatis, 311  
 Imperator & Pōtifex de inuestitura cōtrouersat, 115.  
 Imperatorum duo: um cōfustationes decennales, 116  
 Imperij interregnum, 199. status miser in Oriente, 113  
 114. Imp. Orientalis & Occidentalis aquila gemina  
 distracta, 1. 6. 199. Migratio de Saxonia in Austriam  
 199. Migrationem variarum causa in multis una  
 137. Eius stat. Maiestas, quā diu stat. Fraternitas, 136  
 Indulgentia plenaria uideatur predicata à S. Domi-  
 nico. 113  
 Indulgentiæ Fraternitatis certa 153. perpetua 163. ad  
 prædicatorum templum adscribita 162. stationu da-  
 te 341. 416. confirmata. 547. &c. ad Nomen IESU  
 CHRIVS in Salutacione Ang. 191. 233. Colonijs  
 tēplo Prædicatorū date, 192. data comitantibus Vi-  
 cramentū ad egros, 206. Prisca Fraternitatu Rosarij  
 191. Psalterij trāsferuntur in Rosariū, 345. precibus  
 onū data etiā nō confectis, 351. Fraternitatu & Or-  
 dinū Mendicantiū cassantur, datis noui, 361. 163.  
 Rēgi-

R E R V M

Restituuntur Fraternitati Rosarij prisca, 367  
 varia in varios actus pios Confratrum Rosarij 410  
 &c. Ad nomina IESVS Mariæ 412. ad remissio-  
 nem peccatorum uenialium, 415. Ad salue Re-  
 gina, 412. Indulgentiarum contra hereticos danda-  
 rum initium valde uero similiter 181. Inquisitio in  
 indulgentias, 362. 363. 366. Error, rectus semper fuit  
 usus in fraternitate Rosarij, 409. Infestat 478.  
 Inscriptio in Fraternitate Rosarij sit gratuita, 342  
 385. 386. 387. 421. 439. 425. 427. 429. Imperatorum,  
 Principum, Comitum, &c. Colonia 376. Rerump.  
 Ciuitatum, regionum, &c. 378. Conuentuum, 380  
 Inscriptiōni data indulgentia. 410  
 Ad ingressum in Fraternitatem qua obseruanda.  
 426.  
 Iohanni Abbati Vaticanis de uenturo Ordine Pre-  
 dicatorum, 119. an ea rectè ad alios religiofos referan-  
 tur, 120  
 Ius mitigat uox Frater 44. &c. 84  
 Iudeorum Fraternitas 69. usuraria, 70. cū Sphar-  
 ribus 52  
 Iudices sunt Spiritales fratres 83

L:

Libelli precarij imminuunt usum Rosarij  
 458.  
 Liberalitas fraterna prædicorum 20. 51. 57. 60. 63. 73.  
 &c. est Notitia Ecclesie, 221. Fratrum Rosarij  
 in Ordinem 221. 224.  
 Liberalitas animi saepe fatidat. 65. cause fallas te  
 67.  
 Lintzum capitur, 293

M.

MARIA Deipara orat pro orbe peccatore, 118.  
 presentat S. Dominicum Christo prædica-  
 torem, 119. contrahit caput serpenti, 177. etiam in  
 semine Christianorum Confratrum Rosarij, 178.  
 179. 180. Alanum seruat desperandum, &c. V.  
 Alanica

I N D E X,

*Alanus. Donat eū monibilibus miris.* 265. *Apparuit P. Sprengero.* 304. *subspallio fouet Fratemitatē Rosarij & Ordinem Prædic.* 323. *Maria fratres in Rosario.* 180. &c. *Officium B. V. indicitur Clero horis Canonicis addendum* 461  
*Meditationum puncta ad Rosarium V. Sacramenti.* 207.  
*Michaël ab Insulis Quodlibeta proponit de Instituto Fratemitatis Rosarij,* 308  
*Misericordia cur beet 62. est duplex manus & mentis 65. &c. debetur fratri misero duplici nomine 63. 65.*  
*Misericordiæ opera colit Fratemitas 57. &c.*  
*Misericordiæ Fratemitas 211. renouatur, celebratur, 213. &c.*  
*Miracula etiamnum patrantur. 274. à Deo tantum, quomodo, 330*  
*Miracula & Exempla de Rosario & Fratemitate prætereuntur in hoc tractatu 131. summa tantum capita enumerantur. 318. 319*  
*Mores in peius eunt, 82. pessundati, 117. Ecclesiasticorum egrescunt.* 196  
*Mors felix plerisque obtingit Cultoribus Maria in Rosario.* 435  
*Mors innocentum cum iubilo.* 243  
*Mortui resuscitati per preces Fratemitatis* 155

N,

**N**omina Christiana plura, 34. princeps nomen est Frater. 35  
 Nomina Christiana Germani assumere inceptant. 199.  
 Nomen commune primitus fuit Ordini Prædic. & Fratemitati Rosarij, 182. Vnde id natum. 181  
 Nucleum obfidetur, 292. fortiter agit. 294. famem & ultima patitur. ibid.

Obedi-

R E R V M

*Obedientia est propria Catholicorum.* 35  
*Oetingensis Conuentus & Ecclesia habet Fratemitatem Rosarij,* 165  
*Officialium B. V. M. indicitur Clero aduertenda aduersi,* 461  
*Officia Fratemitatis Rosarij varia.* 398  
*Officialium Fratemitatis Roselebio.* 406  
*Oratio concionatoribus necessaria 173. etiam Paulo Apo. ibi. Orationis donum, in fratemitate Rosarij præcipit, 436. 441. Fratemitatem misericordè commendat,* 437.  
*Orandi ariditas mentis quandoque bona. 272. citius auditur.* 283  
*Orbis Christiani utriusque misera facies. 114. 115. 199. ingratus est Deo 118. Vicia tria capit alia puenienda 119.*  
*Orbi iratus Christus, B. V. M. deprecante,* 118  
*Ordines relig. facti ex fratemitatibus laicorum, & aliorum,* 41  
*Ordinum Mendicantium ortus, 194. Indulgentiarum antiquitate, data noue certa.* 361  
*Ordo Cisterciensis abundans olim laicis fratribus,* 41.  
*Ordo ff Prædicatorum non laborat cupiditate, 223. 4:4. 425*  
*Ordinis prædicatorum Beati & Beate, 195. 251. 322. Vigor,* 236.  
*Affiduitas in vsu Rosarij 446. 448. prima se des Tolosa. 131. amplitudo & numerositas prouinciarum: 153. ruina gloriosa, 242. 247. R. formatio difficilis. 248. 252. 255. perficitur tamen vel serò, at bene 249. nouitas commouit quosdam in celum non bonum, 472.*  
*Ordinis & Fratemitatis initia progressusque conueniunt. 124. 152. 160. 158. & 232. 235. 237. 422.*  
*Varinsque insti. uendi pares cause,* 134

Nomen

*Nomen commune.* 182  
 Ordinis Familiares qui videantur esse 225. *Eius*  
*perturbatores disciplina sunt Ordine pulsi.* 257.  
*Eius Utilitas in Ecclesia* 360. *Laus in Ecclesia* 360  
*Merita communicantur Fraternitati Rosarij.* 419  
*Constitutiones laxare volens Papa punit ut morbo*  
*& morte* 156 *Benevolentia & beneficentiam*  
*Fraternitatis gaudet.* 221. 224.

## P.

**P** *Actio Fraternitas.* 41. 54  
*Pacificus.* 85  
*Paradisus hortensis artificiosus est fraternitas Rosarij.* 113  
*Patristantes hodierni.* 38  
*Patrem Imperatorem suffocat filius.* 199  
*S. Paulus petit pro se orationes fratrum.* 173. *cum eo*  
*confertur Alanus.* 268  
*S. Paulus eremita ad caculos orat ccc. preculos.* 460  
*Pauperum bona que sint.* 61  
*S. Petri Martyres vita exemplaris.* 201. *Miracula*  
*202. &c. sic auctor aut Patronus fraternitatis. ibid.*  
*Petrus Ambianus eremita predicat Crucem, &*  
*Rosarium.* 46:  
*Pestis incomparabiliter omnium immanissima.* 243.  
*246. Nudat fraternitatem ab hominibus nem.* 475  
*orbem urbes, & ordines.* 16. *predicta à fr. Præ-*  
*dicatore:* 248.  
*Pontifex Rom. volens laxare statuta Ordinis Præ-*  
*punitur.* 191. *Est Pater & caput totius Fraternita-*  
*tis.* 151. 309. 359. *infestatur ab Henrico vi. Impo*  
*116.*  
*Pontifices Rom. inuitant ad templa Prædicatorum*  
*Christianos.* 192. *inuitant ad fraternitatem* 337.  
*352. Fraternitatem laudant.* 368

Pon-

*Pontificum Rom. cura & fauor in Fraternitatem*  
*350. 360 364. Bulla cur huicoberi ad longum*  
*et inferantur.* 368. *Testimonia de Fraternitate qua*  
*haberi loco debeant.* 369. *Bullis cur minus quidam*  
*tribuant.* 376  
*Prædicatores religiosi à Christo predicti.* 118. à B.V.  
*119. ab Ioachimo.* 120. &c. *ab Episcopo Aurascen-*  
*si* 152. *Martyres* 195 *Beati.* 195. 251. *fiunt capaces*  
*colationum* 227. *sepulturae ut accipiunt.* 229. *de-*  
*feruntur à Papa.* 226. *Est. O. seruantes & Irre-*  
*firmati.* 49 *hac nomina scilicet unanimes ab-*  
*dicant.* 16. *Uniuersum Coloniam.* 189. *unde nomen hoc*  
*fortis.* 184. *Quotum damnandi.* 254. *Obseruantes*  
*Regulam,* 256  
*Prædicatorum Ordo. V. Ordo. est fiducium Ecclesia.*  
*120. a. probatur.* 120. *habitus pramonstratur.* 121.  
*demonstratur.* 122. *in quibus sit noua religio.* 120  
*Liber est quatenus.* 111. *Est S. S. Apostolica auxiliaris*  
*121. ob dicens admissio.* 122. *Persecutiones pati-*  
*tur.* 122. 196. *IESV Nomen colit multipliciter.* 123  
*Vocatio & ratio Institut.* 154. *redditur exfraterni-*  
*tate.* 162. *Ecclesia & Domus sunt conuentuales.* 226  
*Charitas in pestiferis.* 246. *eruelega & gratias*  
*Spirituales omnes confirmat Paulus P.* 360. *Horum*  
*ad templa conuertuntur.* 474  
*Prædicatorum Ordo de tertia Regula penitentiæ*  
*123.*  
*Prædicatores Rosarij à Generali designari soliti.* 351  
*ijdem fuerunt olim qui & orationis.* 458. 459. *Confere-*  
*runtur cum eximij in S. scriptura.* 168  
*Prædicare Rosarium in Ord. P. ad. est traditio.* 160  
*olim ad minus seruata.* 217 *non est uile.* 464  
*humiliter prædicandum.* 127. 128. 262. 466. *est*  
*procurum Ord. Prædicatorum.* 463 *cur videndum*  
*463. melius est, iuxta orare* 466  
*Prædicat Rosarium Petrus H. Spanus* 462  
 Prædi-

- Præfcti Fraternalis *dalmirini*. 401. 404. *ut*  
*legendi*. 405  
 Prærogatiæ *Fraternitatis*. 160. 172. 182. *duplice*.  
 433. *initia*. 434.  
 Privilegia *Fraternitatis*. 101. 341. 417  
 Proceffiones. (*V. supplic.*) *indictæ malis publi. aucto-*  
*runcandis*. 117. *cum V. Sacramento*. 205. *Colo-*  
*nia propæce*. 205. *merentur victoriam*. 354. *fu-*  
*runt pleriq; locis antemeridiana*. 356. *meritua*  
*quo cum ritu*. 407  
 Proceffionum *Indulgentia etiam non Consi* *tribus*  
*communiuntur*. 351. *quatenus data*. 411  
 Proceffio *prima Fraternitatis Tolosa quasi adum-*  
*brata*. 131  
 Psalterium. (*vide Rosarium*) *definitur*. 110  
 Psalteria *donantur in Fraternitatem*. 190  
 Psalterij *effctus & fructus in populo miri & multi*.  
 150. 240. *Vigor in Ordine Præd.* 239  
 Pueritiæ *aphobium est Fraternitas rosarij*. 156

Quinquagenæ origo. 257  
 Quindecimviri *Fraternitatis Rosarij*. 404. *eorum*  
*creatio*. 405

## R.

- Revelationes *Alani iuramentis affirmuntur ca-*  
*nonicæ*. 272. *eadem & aliis reuelantur de*  
*eodem*. 273. *egre creduntur etiam à suis, &*  
*ab iis quibus sunt factæ*. 273. *Nouæ etiam sunt*  
*credibiles*. 274. *reprehenduntur plerumq; ex hu-*  
*mana sapientia*. 274. *non ijs inniuntur res Fra-*  
*ternitatis*. 425  
 ROSARIUM (*V. Psalterij*) *pyratis primùm prædica* *ur*  
*125. à B. V. M. iubetur prædicari*. 126. 128. 130.  
 166. *& à Christo*. 132. *acceptatum opulatur*  
*in tempestate maris*. 127. *est signum & tessera fi-*  
*dei*. 173. 438. *p acet 8. Virgini multum*. 41. *est*  
*ingæ sacrificium orationum*. 438. *dat victoriam*.  
 446.

446. 303. *est Euangelium*. 462. *cur prædicadum*.  
 463. *testatum meretur indulgentias*. 410. *Ha-*  
*ber commendatores Papas*. 20. 176. *est unicum*  
*quod simplices orent*. 465. 493. *mutat animos*.  
 465. *Id sciuerunt S. Patres*. 466.  
 Rosarij *predicatores duo primi pene*. 141. 151.  
 188. *eius conditio Fraternitatem postulabat*.  
 140. *Vigor in ord. præd.* 250. *Festum* 354.  
*orandi omisso aperit locum tentationi*. 263.  
 268. *Affiduitas in Ord. Præd.* 446. 448. *No-*  
*men non antiquum est*. 457. 337.  
 Rosarij *est Apostolica & peruenit*. 458. *pra-*  
*dicatores ijdem, qui ad orationem cohortatores*.  
*S. Patres*. 458. 459. *Vsus facit fratres-Maria*.  
 180. 182. *Definitio*. 334. 337. 352. *numerus in-*  
*festatur*. 477.

## S.

- SALVE Regina *Horis Canonicis addi captum*.  
*ob persecutiones*. 196. *Fraternitatis ipsius au-*  
*tor*. 215. *Leges*. 216. *Indulgentia*. 412.  
 SALVATIO ANGELICA *accipit*  
*solet subinde pro Rosario*. 128. *maxime in Casa-*  
*rio*. 189. *augetur adiectis Vocabulis IESVS*  
*Christus cum indulgentijs*. 191. *orata libenter,*  
*est signum predestinationis*. 443.  
 Saraceni *obtinent Terram sanctam*. 155. *Hista-*  
*nam obrunt*. 116. *Constantinopolim habent*  
*tributariam*. 115.  
 Saxonia *excidit sceptro Imperij*. 199.  
 V. Sacramenti *Eucl. fraternitas orta ex illa Ro-*  
*sarij*. 199. *eius processiones hebdomadariae*. 205.  
*Indulgentia*. 206.  
 V. Sacramentum *etiam damnati venerantur*. 253.  
 Schisma *dirum & diuturnum*. 245.  
 S. Scripturæ *studium Rusperti Tuitiens. indefessum*.  
 178.  
 Sepulturæ *ius Prædicatoribus datum*. 229. 388.



I N D E X

- Sodalitas Annunciatae debet nomina dare in  
Fraternitate Rosarii. 170. Vide Fraternitas.  
Spartanae leges antiquae. 51. Spartani ex Ismabele  
orundi. 31.  
Statuta Fraternitatis in tabula proponenda. 385.  
prisca. 190. 383.  
Supplicationes in bellis. 176. 298. V. Process. Earum  
usus apud maiores. 310.

T

- Tabula cum: 1. minimis Clericorum & Civium,  
qui sunt in Fraternitate. 405.  
Tabula Statutorum. 385.  
Terra sancta sub Saraceno. 115  
Tolosa qua mira peracta. 131.  
Tentationes Fraternitatis varia. 471.  
Traditionis vis. 141. Non eget ea testis scriptoria.  
146.  
Traditio est de predicanda Fraternitate. 160.  
Teutonici Domini dicti fratres Mariae; quando  
orti. 185. sunt professi. 186.  
Treuren. Archiepiscopus pro Fraternitate scri-  
bit. 375.

V

- Vaticinia de Ordine Praed. futuro. 118. 119. 120.  
152. eorum euentus. 123.  
B. Venturinus pacificator mirus. 14.  
Vita Communis in prima Ecclesia. 20. 60. Cleri-  
corum perit. 35.  
Vnitas Fraternitatis est ex Deo. 21. impetrata est  
a Christo. 12. est animorum. 23. & corporum. 25.  
Voluntas pro facta. 65. 66.  
Vltima fraternitas coerces. 68.  
Vltima sauitia. 71. seditionem mouet. 72.

NOTV.

N O T V L A E

Ad indicandam materiem nonnullis ex hoc li-  
bro conciunculis apparandis.

Parandis, inquam, non paratis. Rem do, &  
materiam; tu formam adde. Intelligenti  
paucis. Facile quisque sentiet, in isto me tracta-  
tus qualicumque conatu Narrare, simul Docere  
historica quidem; at minus historicè: magis e-  
pideicticè: Ita tamè, & ea; quæ in cathedras que-  
ant ecclesiasticas ascendere. Ista, ad præcipua  
Deiparæ Festa reuocauit ea, quæ concionem de-  
siderare plerumque videntur ad Fraternitatem de  
hac ipsa, eiusque Rosario, aut vtriusque Institutio-  
rum aliquo instituendam. De hisce, deque; illo in  
Clauis prædicandi pertracto: de ista hinc: Proinde  
de his, & illo hinc nihil: de sola autem Fraternita-  
te tantum: & NOTVLAS hæcæ pauculas. Acci-  
pe, exempli causâ; & boni consule:

I. Materia.

IN PURIFICATIONE

Lucæ 2.

I. Erit in resurrectionem multorum. Prædictio  
est hæc de IESV per Deiparam in templum alla-  
to, & Deo Patri oblato. Ita eadem obtulit ira-  
to flagitijs mundi Filio suo S. Dominicum, pag.  
118, futurum Ordinis & Fraternitatis autorem;  
ac orbis per hoc æuique vitij pessundati reparato-  
rè. De quo prædictiones antequam istæ, de quibus  
lib. 1. c. 3: indices eadè, Ordinem multis fore in  
resurrectionem, feliciter fructificando inter  
Christi fideles: Vide lib. 3. cap. 15. de Fructibus Fra-  
ternitatis: Vide etiam pag 326. de Navi seruatrice.

II. Erit in ruinam. Erat, estque; Fraternitas &  
Ordo obtrectatoribus suis in ruinam: Vide lib. 3.  
cap. 18. de Obtrectatoribus: & in rerum Indice Cri-

M m

minato-

## N O T Y L Æ

*minatores*: In ruinam hæreticorum. Vide *lib. 2. cap. 9.* & in Indice: *Hæretici.*

III *In signum cui contradicatur*: Huc refer *lib. 3. caput 17. de Tentationibus*: & quæ aduersa Rosarij Prædicatoribus obiecta fuisse Index monstrat.

IV. *Simeon expectans*, ex instinctu Spiritus. Talis & Auraficensis ille Antistes: *pag. 152.* Talis & Joachim Abbas, spiritu cognoscens venturum Ordinem Prædicatorum. *pag. 120.* Talis & Alanus quasi præcursor generalis Renouationis. *lib. 2. cap. 17.*

V. *Offerunt*. Ita & MARIÆ Cultores in Rosario liberales in suos extitere Prædicatores. Vide *lib. 2. cap. 13.* & *lib. 3. cap. 13.* & in Indice: *Liberalitas: Misericordia, Inscriptio gratuita.* Huc spectant offerentes se ipsos maximo numero & zelo in Fraternitatem Rosarij sua nomina dando. Vide *lib. 3. cap. 9.*

VI. *Anna Prophetissa*. Hic illa de *Fraternitate S. Anna* poterunt audiri. Consule indicem *Sancta Anna.*

### II. Materia.

#### IN ANNUNCIATIONE.

Lucæ 1.

I. *Gratia plena*. Planè cadet ad gratiam auditorum gratiosa enumeratio instituta Apostolicarum Gratiarum in Fraternitatem factarum. Vide *lib. 3. caput. 12. de Indulgentijs*: Indicem consule de *Pontificum cura in Fraternitatem ac fauore.*

II. *Dominus tecum*. Et cum Fraternitate orta miraculè, propagata, reparata, amplificata, locupletata gratijs, omnia penè miraculis plena; cum quibus haud dubiè DOMINVS erat. Vide *lib. 3. cap. 5. de Fraternitate diuinitus testata.*

III. *Benedicta*. Huc collecta iuuabunt testimonia encomiastica de Fraternitate Pontificum, Cardi-

## CONCIVNCTVLARVM

Cardinalium, Episcoporum, Scriptorum, & Orbis. Inprimis verò *lib. 3. cap. 14. de Prærogatiuis & Eximijs Fraternitatis*. Item in Indice de *Prærogatiuis* quæ alia alibi sunt annotata.

IV. *Qualis est ista Saluatoris* Angelo annunciati Salutē sunt similes quodammodo Fraternitatis ac Rosarij Prædicatores ac renouatores. Vide passim in Indice: & *lib. 3. cap. 16. de Prædicatoribus.*

### III. Materia.

#### IN VISITATIONE.

Lucæ 1.

I. *Exurgens MARIA abijt in montana cum festinatione*. Et Fraternitas MARIÆ exoriens seu nata primùm, seu post renata, abijt per montana mundi ab virijs asperi, à fastu ardui & erecti, à charitate rigidi ac iacentis. Huc non pauca suggeret Index tit: *Orbis & Imperium: & lib. 2. cap. 2. de statu orbis perturbato.*

II. *Benedicta Tu*, quia Mater facta Domini, & aucta hoc Matris titulo, isti Virginis superadito. Benedictus is qui cum nomine *Frater*, rem assumit & demonstrat. Istud autem nomen quantæ Excellentiæ non est? Ecce *lib. 1. caput. 7.* Inspice & Indicem in *Fraternit.*

III. *Benedictus fructus ventris tui*, An nō & Fraternitatis fructus benedicti, beneq; dicendi? 1. Vel ipse instituta *Fines* id testantur *lib. 3. cap. 10. eiusq; Statuta. ibid. 2.* Testantur id *Filiales Fraternitates* eiusdem. *lib. 2. cap. 12.* 3. An non & *Semen sunt MARIÆ filij fratresq;* MARIÆ docet id *lib. 2. cap. 9. in parte.*

Mm 2

IV. Matris-

N O T V L Æ

IV. *Materia*  
IN ASSVMPTIONE,  
Lucæ 10.

I. *Martha accipiebat eum in domum suam.* 1. *Misericordia* opus præstabat. De ea *lib. 1. capite 9.*  
2. *Hospitalitatis* officium exhibebat: De hac, vt & de illa consule *Indicem.* 3. Sua illis communicabat Christus: Sic Ordo Fraternitati donat *meritorum participationem.* De qua *lib. 3. cap. 13.* Index plura dabit in *Communicatio.*

II. *Solicita es.* 1. Nimiam castigat curam Dominus: At vsuram Fraternitas & habendi auiditatem. Vide *lib. 1. cap. 10.* 2. Deinde *auxilium* Martha desiderabat: Id Fraterna charitas præstat. *lib. 1. cap. 11, 3.* Ad hæc Dominus eam corripit. *Correctio Fraterna* est Fraternitati propria. *lib. 1. cap. 11. 4.* Demum diuersa studia & officia sunt in domo vna: In vna Fraternitate sunt ritè administranda Officia item diuersa & distributa. *lib. 3. cap. 11.* Tu ora, ruque labora.

III. *Non est tibi cura, quòd,* &c. 1. Curæ diuersæ rerum Terrenarum, & Cælestium inuicem sunt querulæ: Quales *Fraternitatis naturalis, & spiritualis* animi sunt & cogitationes. Euolue *lib. 1. ca. 1. & 2.* & quæ alibi alia notat Index tit. *Fraternitas Spiritualis & Naturalis.* 2. Salua tamen perfratrum *Concordia*: Et verò maximè Confratrum; liquet *lib. 1. cap. 8.*

III. *MARIA sedet ad pedes IESV:* Sic Ordini Prædicatorum adhærescit *inseparabilis Fraternitas.* *lib. 2. cap. 7.*

V. *Optimam partem elegit* *MARIA.* Per magnâ namq; distantia abest eam supra terrenarum pereuntium, cura spiritualis cælestium: ita longè est ante Naturalem Spirituales fraternitas.  
De cu-

CONCIUVCVLARVM.

De cuius vtriusque discrimine *lib. 1. capite 3.* & alibi.

V. *Materia*

IN NATIVITATE,  
Matth 1.

I. Nata in terris *Fraternitatis origo* inde è cælis petita argumento respondebit Generationis Euangelio: *ex lib. 1. cap. 4.* 2. Varia quoque Generationis capita recensita varietati *Fraternitatum variarum* locum aperient explicandarum *ex lib. 1. capite 5.*

II. *Nata Virgo* haud degener erat dissimilisq; optimis quibusq; maioribus suis. Fraternitas & ipsa minimè vnquam Autori suo Patri S. Dominico multùm dispar spiritu, studio, factisque fuisse reperitur *lib. 2. cap. 6.*

III. Ex varijs, eximijsq; progressa maioribus vna maior omnium *MARIA* supergressa est vniuersos. Ita Fraternitas vna omnes fraternitates antecellit. Vide *Indicem Fraternitas.* Hæc est arbor vna inter omnes nobilis, quotquot vsquâ quantumcunq; celebres. patet *libro 2. capite 1.*

III. Tanta Domus regis Gentis ad tantum relictæ obscuritatem, aut paucitatem capitum, quâula id ætatis erat in fabro lignario Iosepho: at in Christo reparata surrexit gloriosior, & innumerabiliter numerosior. Talis & lapsa *Fraternitas* *lib. 2. cap. 15.* At *Reparata* prouincialiter primùm, *lib. 2. cap. 16. 17.* &c. dein vniuersaliter, *lib. 3. cap. 1. 2. 3. 4. 9.* numero creuit in numero, hodieq; crescit.

VI. *Materia.*

INFESTO ROSARII.

I. Conueniebat ad tam eximium precandi ritum & conseruandum, & amplificandum, Festi-

M m 3 cele-

NOTVLÆ

celebritatem institui. Quanto magis olim oportebat eidem Fraternitatem informari? Docetur hoc *lib. 2. cap. 4.*

II. Festum Nomen ab Rosario tulit? Fraternitas ab *MARIA*, vt in ea descripti communiter cū Cardine Prædic. nomine audirent eodem: *Prædicatorum* & *Beati Mariæ*. Id quod *lib. 2. cap. 10.* pertractatur.

III. Generale est Festum hoc cæterorum in Fraternitate obseruari solitorum; sicut Fraternitas *Rosarii*, cæterarum Generalis est Fraternitatum. Ne fallas te; quasi debitam ab hac voce modestiam abesse committamus. Docetur veritas *lib. 2. cap. 4.* Quam igitur tanti semper fecerunt Pontifices, vt liquet *lib. 2. cap. 6* & ex Indice titulo *Pontif.* par erat hunc Festi colophonem superaddi ab iisdem.

III. Fraternitas in Albigenſi bello nata triumphauit hæresim; renata in Colonienſi bello triumphauit Caroli Audacis superbiâ: propagata in Nauali Bello Triumphauit Turcam; cõseruauit Ecclesiam. Voluit Deus Magnalium suorum tali Festo gratam custodiri memoriam. De Albigenſi *liber 2.* De Colonienſi *tertius*: De renouata Imperator Fridericus. III. solennitatem celebrauit: totaque Colonia. *lib. 2. cap. 3.* De triumphante, Festiuitatem Papa consecrauit.

*Atque hæc Notula,*

Aspectu primo minutulæ: ac collectu fortè nouita cuius promptæ; mihi (vrgente prælo omninò extemperanæ In harum penè singulis est concio; sed vt nucus sub corrice. Frangas necesse; si esse velis. Apparatum si requiras lauiorem; *Prædicandi Rosarii* arripe *Clauim*, & que propediem submittam *Exemplorum Rosarii. la ista, inque hæc.* (nã me quid fallat.)

*Quod Caput attinges, id tibi concio erit.*

V T E R E.

*Per Operarum festinantiam relicta*

MENDA sic EMENDA.

Pagin. 2. v. i. illustrentur. 13. 30. Charitati. 14. 4. succumbit malis. 18. 17. valet. 21. 21. secus fieri. 24. 5. VII. Alterum. 27. VIII. Exceper. 33. 5. orè. 20. Antoninum. 37. 15. Collationem 44. 10. sermo durus. 49. 24. Fratrem. 58. 34. mutuus 59. 25. & 30. alius. 61. 30. præcipio. vlt. ob. 62. 1. fortunis illa suis. 63. 27. Liberalitate vlt. mireris. 65. 18. at 66. 4. prouenire. 74. 20. Collectas. 78. 2. nouissimis. 3. iniquitas. refrigescet. 5. cessabat. 79. 19. infatigatus. 80. 2. prou. 84. 5. index 29. vis. 85. 34. eram. 87. 31. vt idem. 93. 33. Lauero. 96. 7. Sanctissimi 8. arborem. 9. 7. 18. eius.

100. 17. 4. Sed. 104. 15. Cymba saluti. 105. 5. protensis. 14. Symbolicum. 106. 4. aspectus. 29. octcultum. 107. 29. tegmine. 109. 7. IX. 20. quoque. 113. ortu. fac. arbore allegor. 5. Valla. 23. Rosarij. 114. vlt. intermicaret. 115. 1. Palæstina. 117. 1. quæ. 119. 19. missi fuerant. 122. 13. ipso, 129. 2. auctus. 138. 12. à Deo. 14. Breue tempus, 139. ortu. 140. 22. quaq; 35. contraxit, 141. 17. audiit, 22. e. 5. ex 145. 12. durior. 153. 34. alicuius. 23. quas. 156. 10. etiamnum, 29. continuauit. 157. 12. inflammati, 158. 20. 12. 16. 24. istæ, 160. 1. Caput VII. 10. post S. 161. 7. alicubi. 163. 5. præsent. 168. 2. rogato, 32. Apostolica, 169. 35. Sodalitatis, 171. 23. decreta, 27. adde obstat, 28. institutum, 172. 17. Deprauat, 20. debere visum, 21. lector, aut ipſius. 173. 12. Principum, 175. 2. auspicio, 178. 1. Jam, 180. 25. Piorum, 36. obterit, 181. 26. precibus, 184. 27. fratres, 185. 34. habitaretur, 186. 22. Nauclerovlt. vocare, 189. 13. audisset, 19. Colonia, vlt. sustentatione, 191. 6. superbus, 16. Urbanum, 30. V. vlt. Fraternitatem, adde, subindicant, 198. 13. sæculo XIII.

200. 9. cognoscer, 202. 24. ipſius lucem fidei, 35. amæ

35, amonus, 203. 19, vtroq; 21, martyru, 205, 15 Al  
 bigensiu, 28, Platinam; 34 *supra*, 206, 22. fraterni-  
 tas, 207. Progressu, ac Statu, 3. Aquisgran. 20 mā-  
 na, 28 Deus est: 216, 29, dicti, 217. 1. Quodlibeto,  
 15, libello, 16, edito, 22, progressu ac statu, 22, 29,  
 prædicatio. 223, 7, mandatū, 22, refrixit. 26, que-  
 rentes, 225, 10. fundata, vasa, 336, 6, functionū. 10  
 argumēta, 25. institutū, 237. 19, ab testimonio. 239  
 9. vestrū 240, 9 addit. 5, 242. 4. LX, 243, 1. defcuijt,  
 249, 36 Ordine. 252. 27. ostento, 254, 2. hac, 260, 6  
 LX. 265, 3, quem, 268, 22, & tolle, 271. 17, ista mar-  
 hinalc tolle, 281. 11, præcipit, 282, 21, salute, 284,  
 28, dele, & 286, 12, apparatū luci dabo, Lucc, 229  
 1. beneficij.

303. 25, deuotione, 304, 4. offerentur, 312, 5, il-  
 luftri, 20, dicccesis, 313, 37, ab re, 319, 15, heberes,  
 327, 21. in ea, 335. 1, credidi, 338, 3, adde, siue modū  
 orandi, prædictū. 17. relaxamus, 339, 16, superiori,  
 348, 27, quod Pontifex, 354, 3, festo, 6, beneficijs,  
 332, 12, incedentes, 15, credendū, 360, 23, & ca. 368,  
 4, datis, 370, 1, quidam. 371. 18. allatis, 373, 26. stu-  
 dium, 377, vlt. vtrosq; 387. 27. Nuncius, 392, 29,  
 reputabitur, 393. 2. Fluent. 394, 28, ille, 397. 25,  
 Cruce. 399. 1, res.

403. 9. libenter, &, 426. 22. surrogatio, 23 quin-  
 queuirū, 412, 4 refero, 426. 29. circa ingressum,  
 428, 35. ordine. 435. 5. cōtinuatione. 9. vti hac, 23.  
 scripserint, 27 obtigerunt, 437. 7. acquirant vlt.  
 quā latè in 438, 30, hæreticos, 449, 6. diuinam  
 451, 30. reuocauit, 452. 33, decet: rantū 51, 458, 22,  
 fastidium, 461. 2, viriditatem. 6, erroris, 30, Præ-  
 dicat 35, Maria 467, 16, singularis, 470, 28, Vi-  
 carijs, 471, 36, sæculo, 472. 26, potuisset, 481, 5,  
 Comcediæ, 484, 9, quondam, 487, 15, MARIA, 19,  
 mala, 511, 3, oblatio. 22, T rado.

*Puluerem interpuccionum, quamvis sanguis  
 ladatur sententia, colligere tamen piget  
 ac pudet. da veniam precanti.*